Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Bibliothèque nationale de France

HERODOTI Halicarnaſei hiſtoriæ expli
catio hæc eſt: ut neq; ea quæ geſta ſũt ex
rebus hũanis obliterent ætate: neq; ingẽtia
h & admirãda opa uel a græcis edita uel a
barbaris gloria fraudẽtur: cũ alia: cũ uero
qua de cauſa inter ſe belligerauerũt. Per-
ſarũ eximii memorãt diſſenſionis aucto-
res extitiſſe phœnices: qui a mari quod rubrum uocatur in hoc
noſtrũ profiſcentes & hanc incolẽtes regionẽ: quam nũc quoq;
incolunt longinquis continuo nauigationibus incubuerunt:
faciendiſq; ægyptiarũ & aſſyriarum mercium uecturis in alias
plagas præcipueq; argos traiecerunt. Argos & enim ea tẽpeſtate
omnibus ciuitatibus regionis: quæ nunc græcia nõiatur: añcel-
lebat. Huc appulſos phœnices mercimonia expoſuiſſe: & quĩ-
to ſexto ue q̃ appulſiſſent die cunctis fere diuenditis fœminas
ad mare uenuſſe cũ alias multas: tum uero regis filiam cui no-
men eſſet idem quod græci tradunt Io filiam Inachi. Dumq;
hæ fœminæ puppi nauis aſſiſtẽtes ea mercarẽtur: quæ cuiuſq;
auiditas maxime ferebat: in eas phœnices ſeſe adhortatos im-
petum feciſſe: & ipſarum plenſq; aufugientibus Io cum aliis
aliquot raptam fuiſſe: eiſq; in nauem impoſitis phœnices in
ægyptum uela feciſſe. Hunc itaq; in modum Io ĩ ægyptum
abiſſe memorant perſæ non quẽadmodum græci: & hoc in-
iuriarum principiũ extitiſſe. Poſt hæc græcorum quoſdam
quorum nõia non tradunt nec tenent: tyrum appulſos filiam
regis rapuiſſe Europam. Fuerunt autem hi cretes: illiſq; par
pari repenſum. Vere poſtea græcos ſecundæ iniuriæ auctores
extitiſſe longa uecti naue in oram colchidis & ad phaſim flu-
uium cum cætera tranſegiſſent quor gratia uenerant abſpor-
tarunt illinc filiam regis Medeam: Ad quã repoſcendam pœ-
naſq; de raptu petendas cum rex colchorum caduceatorem
miſiſſet: græcos reſpõdiſſe ut illi de rapta Io argiua pœnas ſibi
nõ dediſſent: ita ne ſe quidem illis daturos. Secunda dehinc

ætate ferunt Alexandro Priami filio cum ista audisset cupidi-
dinem incessisse uxoris sibi per rapinam e græcia comparādæ:
certū habēti oīno se pœnas nō pensuꝝ quas nec illi pependis-
sent. Ita cum is Helenam rapuisset uisū esse græcis primum
missis illic nunciis & Helenā repetēt & pœnas de raptu petēt.
illos uero tergiuersantes mentionē fecisse de raptu Medeæ: &
qui nec pœnas dedissent: nec rapinam reposcētibus reddidis-
sent: quomodo uellent ipsi ab aliis sibi pœnas dari. Hacte-
nus inter eos mutuis rapinis actū. Eorum aūt quæ deinceps
extiterūt græcos præcipue auctores extitisse: q̄ priores ī asiam
q̄ ipsi in europā copias ducere incepissent. Se qdem sentire ī-
iuroꝝ uiroꝝ factū esse rapere fœminas: amentium uero raptis
ulciscēdis operā dare: prudentiū autē ꝓ nulla habere raptaꝝ
pulchritudinem: quippe quæ nisi uoluissēt haud dubie raptæ
nō fuissent. Eoq; suaꝝ fœminaꝝ ex asia raptaꝝ persæ negāt
ullā se habuisse ratōnem. Græcos aūt lacedæmoniæ mulieris
gratia īgentem cōparasse classem. Deinde in asiam ꝓfectos
imperiū Priami euertisse. Atq; ex eo tēpoꝝ semp existīasse sibi
hostes esse græcos. Siquidem asiā & quæ illam īcolūt barba-
ras gentes putant persæ sibi necessitudine cōiunctas. Europā
uero & græcos a se esse disiunctos. Hunc in modum persæ
rem gestam esse memorāt. & ob illi excidium sibi discordiæ
cum græcis extitisse principium comperiunt: cum quibus nō
consentiunt de Io phœnices: quam negant se ī ægyptum ab-
duxisse raptu usos: sed eam apud argos cum nauclero ipsoꝝ
nauis habuisse rem: & cum se grauidam esse comperisset: ue-
ritam parentes sic uolūtariam cum phœnicibus nauigasse ne
detegeretur. Et hæc quidem persæ phœniceſq; referunt. Ego
uero utrum sic gesta sint nec ne nō pluribus persequar. Cæ-
teruꝝ quē ipse noui primum īcepisse īferre græcis iniuriam hūc
indicabo lōgius oratione ꝓgens tam paruas urbes ciuitateſq;
cōmemorādo q̄ magnas. Nam quæ olī magnæ erant: earū ꝓ-
multæ factæ sūt paruæ. Rursus quæ mea memoria magnæ fu
erūt prius fuerāt paruæ. Igit cū sciā hūanā felicitatē nequaq̄ ī
eodē tenore ꝓstare: utriusq; fortunæ mētionem habebo.

Rœſus genere quidem fuit lydus: pre autem Alyatte.
c eaq; uero natonum tyrannus: quæ intra halym amne
ſunt: qui a meridie ſyros ac paphlagones interfluens
cotra uetu aqlone i mar quod uocat euxinu euoluit. Hic Cræ
ſus e barbaris dutaxat quos cognitos habemus primus græco
ru alios ad tributu pendendu adegit: alios ſibi amicos concilia-
uit. Subegit qde Iones æoles: & q ſut in aſia dores. Amicos
aut ſibi fecit lacedæmonios cu an eius iperiu uniuerſi græci li-
beri fuiſſent. Na cimerioq; aduerſus Ioniam expeditio uetu-
ſtior illa qde Croeſo extitit no tame urbes expugnauit: ſed p
incurſiones prædas abegit: Cæteq; principatus cu fuiſſet hera
clidaq;: ad genus Croeſi q uocabat Mermnadæ ſic puenit.

Andaules is: que græci Myrſilu noiant: ſardium fuit
c* tyranus ab Alceo Herculis filio onudus. Si qde hera-
clidaq; primus ſardiu rex extitit Agron nouiſſimus
Cadaules Myrſi filius. Cu an Agrone q in ea regione regnaue
rant fuiſſet oriudi a Lydo Atys filio: a quo totus is populus
cognoiatus eſt lydus: cu meon antea uocaret. Ab his ſuccede-
tes heraclidæ iperiu ex oraculo adepti ſut Iardana ancilla &
Hercule geniti: idq; p quingetos & quiq; apos duos & uiginti
uiroq; ætates tenuerut filius patri deinceps ſuccedetes uſq; ad
Cadaule Myrſi. Hic igit Candaules uxore adamabat. eaq; præ
amore arbitrabat omniu fœminaq; eſſe pulcherrima. Hoc ita
eſſe ſibi pſuades apud Gygem Daſcyli filiu eu ſatellitibus ſu
is (erat enim is maxime acceptus: & quo miniſtro in rebus ma
gis arduis utebat) ſpem uxoris ſupra modu extollebat. Ad que
no multo interiecto tepore (neceſſe naq; erat ei male euenire)
Inquit his uerbis. Gyges neq; enim uideris mihi fidem habere
refereti de coiugis ſpecie: q magis incredulæ ſut hoibus aures
q oculi: fac ut illa coſpicias nudam. Hic aut uehemeter excla
mas quenam inqt here ſermone pfers haud quaqua ſanu q
me iubes iſpicere hera mea nudam. Mulier exuta tunica: &
uerecudiam pariter exuit. Olim ia hoibus ſut honeſta excogi
tata: Vn diſcere debemus: ex qbus hoc unu eſt quæ ſua ſint
quenq; inſpicere debere. Ego uero tibi fidem habeo illam eſſe

fœiatũ omniũ ſpecioſiſſimã: teq; oro ne me ores illicita. Atq; hæc dicẽdo Gyges repugnabat ptimeſcens ne qd ſibi ex ea te mali cõtĩgeret. Cui uiciſſim ille his uerbis. Fidẽs inqt eſto Gyges: caue timeas aut me tãq hoc te ſermone tẽtantẽ: aut uxorẽ meã ne quid tibi ex ea detrimẽti creet. Principio. n. ſic ego machinabor: ut illa ne deprehendere qdẽ poſſit ſe abs te fuiſſe inſpectã. Te nãq; ſecũdũ foses domus in q̃ cubamus cũ aptæ fuerint ſiſtã. Vbi ego fuero ĩgreſſus: aderit & uxor mea in cubiculũ: iuxta cuius introitũ ſella poſita eſt: ſup quã ueſtes illa ut quãq; exuet: reponet ſeſe p multũ ociũ ſpectãdã præbẽs: quæ cũ a ſella cubitũ pget oñdens inuicẽ terga: curæ tibi ſit illĩc ne te p fores abeũtẽ cõſpiciat. Gyges ubi effugeꝛ non potuit: fuit paratus. qué Cãdaules poſteaq̃ hora cubãdi uiſa ẽ adeẽ: in cubiculũ duxit: ſtatiq; poſt & uxor affuit: quã introeũtẽ ac ueſtimenta deponẽtẽ Gyges intuitus ubi auerſa fuit illa cubitũ uadẽs: ipẽ e loco ꝓpẽs foras abiit: & inter exeũdũ a mulieꝛ cõſpectus ẽ. Hæc ut didicit a uiro quod actũ eẽt: neq; præ pudore exclamauit: neq; uiſa ẽ ꝓcepiſſe hñs in aĩo Cãdaulẽ ulciſci. Apud lydos enim & fere apud cæteros quoq; barbaros magno ꝓbro eſt & uiꝝ cõſpici nudũ: Ita tũc nihil apiens mulier ſilentiũ tenuit. Mox ubi dies illuxit quos domeſticoꝝ maxime ſibi fideles ĩtelligebat ẽe cũ præparaſſet: Gygẽ accerſit: Hic eã nihil ſuſpicãs ſcire eoꝝ quæ acta erãt accerſitus uenit. Quippe q antea ſolitus eſſet ad reginã cõcedere quotiẽs ab ea uocaretꝛ: Vt uenit ad eũ his uerbis mulier inqt. Nũc duabus tibi præſẽtibus uiis Gyges offero electoẽm in utram malis diuertaꝛ: Aut enim me pariter ac regnũ lydoꝝ ubi Cãdaulẽ interfeceris: aut te ipſũ cõtinuo occũbere ſic oportet: ne in oĩbus Candauli obſequendo poſthac ſcias quæ te ſcir nõ decet. Sed aut illũ q iſta cõſuluit itenre opuſ é: aut ge q nudã me es cõſpicatus: & illicita feciſti. Ad hæc uerba Gyges parũp obſtupefactus: mox obſecrare illã ne ſe ad talẽ neceſſitatẽ adigeret alterutꝝ eligẽdi. Vbi nõ ꝓſua det: ſed utiq; ꝓpoſitã ſibi neceſſitatẽ cernit: aut ĩterimẽdi heꝝ: aut p alios ꝓeundi: elegit ut ipſe ſupeſſet: atq; ita pcũctãs illã inquit qñqdẽ me adigis ĩuitũ ad herũ meũ occidendum: age

audiã quo pacto illũ adoriemur. Excipiens illa ecce eo inquit loco adoriendũ erit: uñ ille me nudã oſtendit. In ſopitum impetus dabit. Poſteaq̃ inſidias inſtruxerũt: & nox aduenit: Gyges nihil cũctatus ẽ: Quippe cui nulla deuitãdi facultas eſſet: ſed neceſſe aut perire aut Cãdaulẽ pimere mulierẽ in thalamũ ſequit: quẽ illa dato pugione ſubter eaſdẽ fores occulit. Vnde poſtmodũ iſte ꝓcedẽs qeſcentẽ Candaulẽ obtruncat: uxoreq; eius & regno potitus eſt. Cuius rei meminit & Archilochus parius: q per idẽ tẽpus fuit in Iambo trimetro: Optinuit aũt regnũ Gyges atq; poſſedit ex delphico oraculo. Nã cũ lydi indigno aĩmo ferrẽt Cãdaulis caſũ atq; in armis eſſẽt: cõuẽit inter hos ac factõnẽ gygianã ut ſi oraculũ reſpõdiſſet hũc eſſe regẽ lydoꝝ: ipẽ regnaret. ſin minus: prĩcipatũ heraclidis reſtitueret. Accepto pro ſe oraculo Gyges ita regnauit. ſed demũ Pythia locuta heraclidaꝝ ultioẽm in atnepotem Gygis eſſe uenturã. Quod carmen neq; lydi neq; ipſorũ reges ullius momẽti fecerũt priuſq̃ exitu cõꝓbatũ eſt. Hũc in medũ optinuere tyrannidem mermnadæ ſublatis heraclidis. Gyges tyrãnide occupata delphos donaria miſit nõ pauca. Vbi quæ ex argento donata uiſunt: eoꝝ pleraq; iſtius ſunt: & prꝛæter argentũ ĩmenſã uim auri dedicauit: poſuitq; cũ alia: tum uero quod præcipua mentõe dignũ eſt patheras auꝛas numero ſex pondo triginta talentoꝝ: quæ corinthioꝝ theſauro collocata ſũt. Licet is thesaurus (ſi uera loq uolũmus) nõ corĩthii populi eſt: ſed Cypſeli Eetionis filii. Ita Gyges barbaroꝝ quos ipſi nouimus primus munera apud delphos poſuit. ſecũdũ Midã Gordii filium phrygiæ regẽ. Nã & Midas optulit regiã ſellã: ĩ qua ſedẽs iura ſolitus dicere erat rẽ ſpectaculo dignã: quod tribunal eodem quo Gyges optulit uocitat a delphis Gygadas eius uidelicet q optulit cognõie. Is poſtq̃ imperio potitus ẽ arma intulit mileto & ſmyrnæ .urbẽq; colophonẽ ui cepit. Nec aliud ullũ prælaꝝ facinus ab eo geſtu ẽ: cũ duo de quadraginta ãnos regnauerit. Hũc nos his duntaxat de eo cõmemoratis miſſũ faciamus Ardyis eius filii facturi mentionem: qui poſt Gygem regnauit.

Ic prieneas expugnauit: miletū oppugnauit: quo sar-
h dium tyrānidē optinēte cīmerii a scythis nomadibus
eiecti e sedibus suis in asiā trāsierunt: Sardisq; præter
arcē ceperūt. Ardyi: cū undequinq̄ginta regnasset ānos: succes
sit Sadyattes: rēgnauit ānis duodecī. Sadyatti successit Alyat-
tes: q cū Cyaxare Deiocis ꝓnepote bellauit & medis: Cīmerios
q; exegit ex asia. Smyrnā & a Colophone conditā cepit: & cla
zomenas inuasit. Vñ nō quēadmodū optabat discessit ueheh-
menter euentu frustrato. Alia quoq; opa cum in imperio fuit
dignissima memoratu edidit quæ hæc sūt. Bello quod gessit cū
milesiis a patre traditū hac ratione miletū illuc trāsgressus ob-
sidebat: dū fruges in regione erāt adultæ tūc exercitū immitte
bat: procedens in expeditionē ad cātum fistulaꝝ fidiūq; ac ti-
biæ tam muliebris q̄ uirilis. Cū in agrum milesiū peruenerat:
nō ædificia quæ i agris erāt diruere: nō incēdere: nō fores effri-
gere: sed incolumes esse passī sinere: Arboribus modo fructi-
busq; regionis puastatis rursus se recipiebat. Nam milesii ma
re optinebāt: ut opus nō esset hosti illic cōsidere. Aedificia aūt
iccirco lydus non excidebat: ut & milesii habētes unde proce-
derēt: humū sererēt: colerētq;. Et cū hoc illi feciſſent: ipse cū
exercitu ingressus haberet aliquid quod popularetur. Hæc fa
ciens undecim oppugnauit ānis per quos duo ingentia uulne
ra accepere milesii: Vnū in Limeneio quod est ipsorum regio
nis pugna cōmissa: Alteꝝ in cāpo Mæādri. Horꝝ undecī ānō-
rum: sex adhuc apud lydos regnabat Sadyattes Ardyis filius: qui cū exercitu terrā milesiā tunc inuaserat: & idē bellum
conflauerat: quinq; reliquis eius filius Alyattes bellū quod a
patre receperat: ut a me supius cōmemoratū est: intētius admi
nistrauit: in quo bello milesios nulli ex Ioniis subleuauerūt:
præter chios q soli fuere auxilio reddētes uicē: q; alias quādo
milesii chiis bello quod cū erythræis gerebant auxilia tulis-
sēt. Duodecīo autē āno īcēsis ab exercitu segetibus hoc rei fie-
ri cōtīgit. Segetes ut erāt īcēsæ ualido uigēte uēto celerrīe pua
serūt Mineruæ tēplū cognomīe Assesiæ: quo īcēdio tēplū de-
flagrauit. Neq; ullius mōti ea res īpūtiaꝝ hīta est: sed cum

poſt exercitus reditū ſardis Alyattes decubuiſſet: diutumiuſ q; ægrotaret: delphos miſit ad deū de ſua ualitudīe ſciſcitatū: ſiue aliēo ſiue ſuopte cōſilio ad mittēdū īductus. Nūciis cū delphos peruēiſſēt ſe redditurā rnſū Pythia negat prius q̄ tēplū Mineruæ rparīt: quod ī terra mileſioꝝ apud aſſeſū cōcrēaſſēt. Ita actū eē ego apud delphos accepi. Mileſii his illa addūt Periādrū Cypſelli filiū cū audiſſet oraculū Alyatti rdditū miſiſſe nūciū ad Thraſybulū tūc mileſioꝝ tyrānū: cuius ī prīs erat fāiliaris: admōitū: ut aliqd pſpiciēdo ſibi cōſuleret ī pns. Et mileſii qdē ita geſtū mēorāt. Alyattes āt ubi hæc ipſi nūciata ſūt: cōfeſtī caduceatores miletū mittit ad ieūdas cū Thraſybulo: & mileſiis pactōes tātiſp dum templum ædificaretur. Dum caduceator miletū uēit Thraſybulus: ut q oēm ſermonē plane pſēſerat: noratq; qdnā Alyattes facer ſtatuiſſet: huiuſcemodi rē machīat. Quod frumti ī urbe erat uel ſuū ipſius uel priuatoꝝ: id oē ī foꝝ cōgerit: præcipitq; mileſiis ut cū ipſe ſignum dediſſet cūcti potarēt: & īter ſe cōmeſſatōibus uterentur. Hæc Thraſybulus ea gra fecit: præcepitq; ut caduceator ſardyius cernēs īgētē frumti aceruū effuſū: & hoīes oblectatōibus uacantes rnūciaret Alyatti: quod & cōtigit. Nā ut illa cōſpexit caduceator: Thraſybuloq; lydi mādata expoſuit: ruerſus ē ſardis. Et ut ego audio ob nihil aliud īter eos pacificatū ē. Sperans .n. Alyattes uehemtē penuriā rei frumtariæ mileti eē: & populū ad extremū uſq; maloꝝ deueniſſe. Reuerſo illīc caduceatore audiebat cōtraria: atq; ipſe fuerat opinatus. Poſt hæc inter eos ita cōuētū ē: ut mutuo hoſpites eſſēt ac ſocii: pq; uno duo delubra apud aſſeſū ædificauit. Alyattes ipſe ex morbo cōualuit. Et quæ ad bellū qdē Alyattis cū mileſiis atq; Thraſybulo pertinent ita habuere.

p Eriāder aūt Cypſelli filius fuit: is q Thraſybulo īdicauit oraculū: corinthi tyrānus: cui maximū miraculū fuiſſe oblatū populars ſui prædicāt: & his leſbii aſētiūt Arionē methymnæū delphīo īſidētē ad tænarō fuiſſe euectū: q erat citharœdoꝝ ſui ſeculi nulli ſecūdus: qq; prius hoīum quos nouīus & fecit & noīauit & docuit corinthi dithyrābū. Hūc Arionē

ſ ſt cū ꝓmultū tēpis triuiſſet apud Periādꝝ :cōcupiſſe ī italiā ſiciliāq; naui g ī :rurſus ꝓta īgēti pecūia uoluiſſe corīthū ſuer ti:& cū ꝓſcūtus e tarēto eēt: qa nullis magis q̄ corīthiis fide/ ret nauigū uiroꝝ corīthioꝝ cōduxiſſe. Cū altū tenerent iſtos Arioī īſidiatos:ut eo deſbato pecūia potirēt. Hoc illū ītelligētē oblata eis pecūia morte tm̄ fuiſſe deprecatū .Nō ꝓſuadēti na/ uitas iuſſiſſe:ut aut ſibi māus afferret ut ſepultura in terra nā ciſceret:aut ilico ī maꝛ deſiliret. Arionē ad hāc difficultatē ſda ctū obſecraſſe: ut qm̄qdē ipſis ita placitū eēt:cernerēt ſe oī ſuo ornatu cōptū:ſtātēq; ſup fores audirēt cātātē:& cū decātaſſet ſibi ſe māus allaturꝝ:atq; iſtos ꝓmittētes (Inuaſerat .n. libido eos audiēdi præſtātiſſimū īter hoīes modulatorē) e puppe in mediā naue cōceſſe. Illū īduto ſibi omni ornatu:ac ſumpta ci thara ſtātē ſup foros īchoaſſe carm̄:quod dr̄ orthiū:eoq; de/ cātato ſeſe ut erat ornatus ī maꝛ iecīſſe:& hos qdē curſū tenu iſſe ī corīthū:illū uero aiūt a delphīo exceptū ī tænarō fuiſſe trā:uectū : & cū e delphīo deſcēdiſſet :corīthū eodē hītu pre/ xiſſe:& ubi puenit qcqd cōtigerat enarraſſe:& Periādꝝ qa nō crēderet tēuiſſe hoīem ī cuſtodia:ne quo ꝓdiret cæteꝝ curauiſ ſe ut nautas hēcet .Eos accitos ubi affueꝛt ꝓcūctatū ſi qd de Arioe mēoratēt:& rferētibus illū ſoſpitē circa italiā ageꝛ fortu natūq; :tarēti ſe rliqſſe : Arionē appuiſſe eodē quo deſiliſſet hītu:iſtos terꝛoſcōs nihil āplius hūſſe:quod cōuicti ifiçiaren/ tur. Hæc corīthii ac leſbii aiūt:extatq; ī tænaro īgēs Arionis ex ære dōariū ſup delphinū ſedēs. Porro Alyattes lydus cōpoſi/ to cū mileſiis bello: poſtea cū ſeptē & qnq̄gīta rgnaſſet ānos: uita exceſſit:q ſecūdus ex hac domo cū e morbo cōualuiſſet : apud delphos dedicauit grādē ex argēto paterā. Itēq; alterā ex ferro puulā cōpactile ſpectatōe dignā ītꝰ oīa quæ ſūt delphis dōaria opus Glauci chii : qui ſolus omniū cōpactionem ferri excogitauit.

d Efūcto Alyatti ſucceſſit ī rgno Crœſus ānos natus qnq; & trigīta:q prīs græcoꝝ epheſiis bellū ītulit. Vñ epheſii ab eo obſeſſi urbē Dianæ dōaueꝛt fūe ex æde Diānæ ad muꝝ al

ligato. Eſt ãt ĩter ueteré urbẽ: quæ tũc obſidebaẽ & tẽplũ ſeptẽ ſtadioꝝ ĩteruallũ. his prĩs Crœſus arma ĩtulit. Deiñ carptĩ ſigulis ionũ æoliꝝq; alias in alios cauſas prætẽdés: ut in quoſq; maxĩas ꝓp ĩ poterat. In quoſdã ẽt friuola cauſatus. Poſtea uero q̃ gracos in aſia ſubegit ad tributũ pẽdendũ: tũc cõſtituit ædificatis nauibus aggredi ĩſulãos. Ad q̃s cõpingẽdas cũ oĩa ĩ expedito eſſẽt: dicũt alii Biãtẽ prienæũ: alii Pittacũ mitylenæũ cũ ſe ſardis cõtuliſſet ĩterrogatũ a Crœſo nũqd apud græciã noui eẽt: rñdiſſe q; illũ a cõpĩgẽda claſſe ĩhibuit. Inqt. n. ĩſulãi rex decẽ milia equoꝝ coemerũt hñtes ĩ aĩo aduerſus ſardis: at q; te exire ĩ expeditionẽ: & Crœſũ uera loq ratũ dixiſſe: utinã dẽt dii hanc ĩſulanis mẽtẽ ĩ filios lydoꝝ ueniẽdi cũ equis: Atq; hinc excipiẽtẽ dixiſſe uideris mihi rex cupide uota facturus: ut ĩſulanos ĩ cõtinẽte adipiſcaris eq̃tãtes haud abſurda ſpe: Veꝝ qd aliud inſulanos optare cẽſes q̃ ſimulac audierĩt cõſtituiſſe te aduerſus ſe claſſẽ ædificaſſe: ut nacti lydos ĩ mari intercipiãt: teq; ꝓp his græcis quos tu ĩ cõtinẽte tibĩ adieciſti ulciſcãt. Hac rõe delectatũ admodũ Crœſũ atq; ĩductũ (Eſt. n. uiſus ille pq̃ſcite dixiſſe) ab ædificãda claſſe: atq; ita cũ ionibus q ĩſulas ĩcolerẽt hoſpitiũ cõtraxiſſe. Inſiecto tẽpoꝝ ſubactis ferme oĩbus q ĩtra halym colũt. Nã præter cylices ac lycios: cæteros oẽs Crœſus ĩ ſuã potãtẽ redegit: q hi ſũt. lydi: phryges: myſi: maryãdyni: chalybes: paphlagones: thraces: oetyniq;: & bithyni: cares: iones dores: æoles: pãphyli. his ſubactis: & potẽtia lydoꝝ ꝓ Crœſũ aucta cõtulerũt ſe ſardis opibus florẽtes: cũ cæteris oẽs e græcia ſophiſtæ q ea tẽpeſtate erãt ꝓ ſe q̃ſq; ꝓficiſcẽtes. Tũ uero Solõ uir athenienſis: q cũ leges iubẽtibus athenienſibus tuliſſet decem annos per cauſam contemplandi naturandi erat peregrinatus: ut ne quam legum quas condiderat abrogare cogeretur. Nam hoc athenienſes ipſi facere nequibant maximo iureiurando adacti ad eas decem per annos ſeruandas: quas ipſis Solon condidiſſet. Harum itaq; legum ac contemplandi gratia Solon peregre profectus: in ægyptum ad Hamaſim ſe contulit: & ſardis ad Crœſum. Eo cum ꝓuenit: hoſpitaliter in regiam a

Crœſo exceptus é: tertioq; aut q̃rto q̃ uenerat die iuſſu Crœſi miſtri circũduxerũt hoiem circa theſauros: oiaq; quæ illic ierãt magna atq; beata oñtarẽt. Cõtéplatũ eũ cũcta: & ut ſibi opportunũ fuerat ituitũ talibus pcũctatus é Crœſus. hoſpes athenienſis: qa multus ad nos rumor de te emanauit ob tuã ſapientiã: tuãq; diſcurſationẽ: q philoſophãdo pmulta uidẽdi gra es pegrïatus: iõ mihi tũc cupido iceſſit ſciſcitãdi te ecquẽ uidiſti oium beatiſſimũ. Sperãs uidelicet ſe iter hoies beatiſſimũ eſſe ita ſciſcitabat. Solõ nihil admodũ aſſẽtatus: ſed ut res erat ïſpõdẽs. Ego uero iqt rex uidi beatiſſimũ Tellũ athenïẽſem: quod dictũ admiratus Crœſus iſtat iterrogarẽ q̃ de re Tellũ iudicat eẽ beatiſſimũ. Quod iqt Tello ĩ pria bñ iſtituta filii erãt hõeſti & boni: eoq; ſigulis liberi: hiq; oẽs ſupſtites: & cũ hoc uitæ quãtũ ĩ nobis ſitũ é bñ traduxiſſet: obitus ſplẽdidiſſimus obtigit. Siqdẽ prælio quod athenïẽſes cũ finitïs geſſere apud eleuſinã hic cũ auxilio uẽiſſet: hoſtẽq; ĩ fugã uertiſſet: pulcherrimã oppetiit mortẽ. Quẽ athenïẽſes quo loco occubuerat: in eo loco publice hũauerẽt: magïficeq; hõrarẽt. Multa de Tello ac beata Solõe ïferẽte excitatus Crœſus iterrogat quẽnã ſecũdũ ab illo uidiſſet putãs haud dubie ſecũdas ſe ptes eẽ latur̃: Cleobĩ iqt ille & Bitonẽ: qppe his & genus argiuũ erat & uictus ſuppeditabat. Ad hæc corpis robur tm̃ ut & ĩ certaĩbus ãbo pi ter uictores extiterït: & de his iſta memorẽt. Cũ dies feſtus lunõis apud argiuos eẽt: oporteretq; oĩo mr̃em hor̃ ad tẽplũ ferri bobus iũctis: hiq; boues ex agro eis ad horã præſto ñ ẽnt: tũc iuuenes excluſi tẽpoĩ iugũ ſubeũtes plauſtr̃ ptraxerẽt: quo mr̃ uehebat & qnq; ac q̃dragïta p ſtadia trahẽtes ad tẽplũ puenerũt. Quibus cũ hæc feciſſẽt & ab oĩ cœtu cõſpecti fuiſſẽt: optimus obtigit uitæ exitus: p quẽ deus iudicauit ſatius hõi eẽ mori q̃ uiueř. Nã cũ circũſtãtes argii laudibus tollerẽt: uiri qdẽ cõſiliũ filioq;: fœïæ uero eoq; mr̃em q; talibus filiis prædita eẽt: mr̃ gaudio pfuſa cũ liberoq; fcõ tũ fama añ ſiũlacq; ſtãs precata é deã: ut Cleobi & Bitõi filiis ſuis darẽt id quod optimũ eẽt hõi cõtïgerẽt. poſt hãc prædicatõnẽ ubi ſacrificarẽt epulatiq; ſũt qeſcẽtes ĩ ipſo delubro ñ ſũt ãplius excitati: ſed hoc uitæ exitu p

fūcti: quoꝝ effigies tāꝫ uiroꝝ q optimi extitiſſēt argiī factas apud delphos cōllocarūt Et his qdē Solō ſecūdas beatitudīs ptes tribuebat. Crœſus autē cōturbatus īqt hoſpes atheniēſis adeone tibi ꝓ nulla cōtēnit nr̄a felicitas: ut ne priuatis qdē uiris nos æqparādos ducas? Cui ille. me Crœſe gnaꝝ oē num̄ iui dū eē & turbulētū de r̄bus hūanis īterrogas. In diu no. n. tēpore multa uidēt quæ nemo uelit uider̄: & tolerāt multa quæ nolit qſpiā toler̄. Propōamus. n. hōi terminū uitæ ad ſeptuagīta ānos: q āni cōſtāt ex uigītiqnqꝫ milibus ac ducētis diebus: m̄ſe intercalari ñ poſito. Quod ſi uelis r̄liquū ānoꝝ ob hunc m̄ſē ꝓlixius fieri: ut horæ ad id quod deē accedēte s cōgruāt: m̄ſes qdē intercalar̄s ſupra ānos ſeptuagīta fiēt trigintaqnqꝫ: dies autē ex his m̄ſibus mille qngēti. hoꝝ dieꝝ ōniū q ſūt ad ſeptuaginta ānos nūero uiginti ſex milia ducēti qnq̄gīta nullus ꝓrſus q̄lē alius rē affert. Ita igit Crœſe ōnino calāitoſus ē hō: ueꝝ tu mihi uideris & diuitis ualde poller̄: & ꝑmultorum hōinū eē rex: ſed quod me interrogaſti nōdū te appello priuſq̄ bñ uita defūctū te audiero. Neqꝫ. n. beatior ē q magīs opibus præditus ē eo q diuinū uictū hēt: niſi eidē ōnibus bonis præditō fortūa cōceſſerit bñ uita defūgi. Etenim cōplures hoīes ſūt pq̄locupletes minime tñ beati: cōplures itē mediocria hñtes ꝓſimōia fortunati. Quoꝝ is q diuitiis affluit ſed ñ beatus ē: duabus tm̄modo r̄bus añcellit fortūatū: at hic illū pluribus. Ille ad cupiditates īplēdas: & ad grādem quæ incidat offenſā ſupādā ualidior eſt: hic & ſi illo inferior eſt in his duobus quæ bñ illi a fortūa denegāt: tñ excellit q illoꝝ inexptus eſt: q ꝓſpera fruit ualitudine: q malorū exps: q bonorū liberorū parēs: q formoſus eſt: q ſi præter hæc diem quoq; ſuū recte obierit: is eſt quem quæris dignus q uocet beatus: prius tñ q̄ ad obitū puenerit nequaq̄ beatus appellādus ſed fortunatus: quæ oīa cōſeq q̄ diu ſis hō īpoſſibile ē: ſicut nec una r̄gio cūcta ſibi ipſi ſuppeditat: ſed aliud hñs alio īdiget: quæ tñ hēt plurima ea eſt optīa: quemadmodū & hōis corpus unū aliquod ñ eſt conſumatum: quia aliud habet alio uacat. Quiſquis autem horum plurima perpetuo habuerit: dehinc placido animo

e uita exceſſerit: hic apud me nõie hoc ueluti rex donari mere
tur. Omnis rei oportet iſpicere exitũ quo ſit eũaſura: qm̃ mul
tos deus qbus fortunas ſuppeditauerat: radicitus euertit. Hæc
Solon neq; aſſẽtãdo Crœſo: neq; ullius eũ momẽti faciẽdo lo
cutus dimittit. Sane q̃ uiſus eſſe ĩdoctus: q bonis præſẽtibus
prætermiſſis iuberet omniũ rer̃ inſpicere exitum.

Oſt obitũ Solonis ingens deor̃ indignatõ (ut cõiicer
p licet) Crœſũ excepit: q ſe ipſũ oĩum hoĩnum beatiſſi
mũ arbitraret. Cui ſtatĩ qeſcẽti ſõniũ oblatũ eſt ueri
tatẽ ĩdicãs malor̃ quæ circa filiũ erãt euẽtura. Erãt aũt Crœſo
liberi duo: quor̃ alter q mutus ĩutilis erat: alter ĩter æq̃les oĩ
iure lõgᷓ primus noie Atys. Hũc itaq; Atym Crœſo ſignificat
ſõniũ foꝛ ut ferrea cuſpis traiectũ ĩterimeret. Exprectus & ſe
cũ rem uerſãs ſõnio territus ducit filio uxorẽ: ſolitũ præeſſe co
piis lydor̃: poſthac ad tale munus nequaq̃ dimittit. Iacula &
haſtas oĩaq; huiuſcemodi: qbus hoĩes in bello utunt̃: e portici
bus ãmouẽs in thalamos infert: ne qd ſuſpenſũ in filiũ deci
deret. Cũ aũt nuptias filii in manibus haberet: aduẽit ſardis q
dã calamitate præditus mãibuſq; nõ puris natõe phryx regio
ex genet̃. Hũc cũ ad ædes Crœſi uẽiſſet: ex rituq; domeſtico ut
ſibi expiari liceret: oraſſet: Crœſus expiauit. Modus expiãdi ꝑ
pemodũ is eſt apud lydos q apud græcos. Vbi legitima pegit
Crœſus poõtatus eſt unde ille & qſnã foret: ĩqens hõ quis tu
& unde e phrygia ꝑfectus domeſticus mihi factus es: & quẽ
uir̃ aut quã fœminã interemiſti? Ad quẽ ille rñdit. Midis ego
Gordii rex ſũ filius noie Adraſtus: qa fratrẽ meũ ipſius ĩpru
dens interemi. Adſũ eiectus a patre & oĩbus r̃bus exutus. Crœ
ſus inuicem ad eũ his uerbis inqt. Ex uiris nobis amicis oriũ
dus es: & ad amicos ueniſti hic ĩ noſtris ædibus tu manes: nul
lius rei indigebis. Iſtã porro calamitatẽ q̃leuiſſime ferẽdo plu
rimũ lucri facies. Atq; ille qdẽ apud Crœſũ domiciliũ habuit.
Ver̃ p hoc idẽ tempus apud olympũ myſiæ aper eximiæ ma
gnitudĩs extitit: q ex hoc mõte ꝑgreſſus myſor̃ opa puaſta
bat: quẽq; ſæpenumero myſi aggreſſi nihil admodũ mali ei fe
cerãt: ſed ab eo acceperãt. Ad extremũ miſſis ad Crœſũ nũcĩis

ita dixere, Apparuit tex apud nos maxīa res ap: q̄ agrestia cor-
rūpit opa: quē studiosissīe captātes interimer tñ nō ualuimus.
Nūc itaq; te obsecramus: ut nobiscū filiū tuū ac delectos iuue
nes canesq; mittas: quo beluā e regiōe tollamus. Hæc illis pre-
cātibus Crœsus sōnia memoria repetēs ita rñdit. Filii q̄dē mei
nolite āplius facere mētioēm: neq; enim eū uobis dimitterē: nā
est nouus maritus: & nuptialia sūt ei cordi: Lydos; tñ delectos
& uenatores oēs cū canibus una mittā: mādaboq; eūtibus ut
q̄pr̄optissime uobiscū beluā de regiōe sūmoueāt. Hæc Crœsus
respōdit. Cuius uerbis cū cōtenti nō essēt mysii: īteruēit Crœ-
si filius: auditisq; quæ mysi precarent & Crœso negāte cū illis
missur; se filiū: Hæc inqt ad eū adolescēs. Pater quæ nobis añ
hac aliqñ hōestissima ac magnificētissima erāt uel in bella uel
in uenatōnes eūdo specimē sui dare: Hos; utroq; nūc exclusū
me tenes nulla in me aīaduersa neq; ignauia neq; socordia:
q̄busnā me oculis cōspici oportet euntē in fos; atq; illinc rede
untē: q̄lis ciuibus q̄lis uxori recens nuptæ uidebor? cui illa uiro
uidebit nupta? Proinde me tu aut sinas uenatū ire: aut oratōe
psuadeas potiora ista esse quæ facis: Cui rñdens Crœsus fili i-
quit neq; q̄ ignauiā: neq; q̄ aliud q̄ppiā iniocundū mihi aīad-
uertere in te hæc facio: sed uisū quod in sōnis mihi oblatū est
dixit te breuis æui futur;: q̄ppe ferrea peritur; cuspide: Cuius
uisi gratia & has maturaui nuptias: nec ad ea quæ susc̄ipiūt di
mitto q̄bseruās si quo pacto queā te dū uiuo a clade subtra-
here: filius enī mihi unicus es. Nāq; alter; auditu captū p̄ nul-
lo mihi existīo. Ad quē uicissim adolescēs. Pater inqt tibi eq̄dē
ignosco agenti circa me custodiā: q̄ talē uideris uisionē. Ver;
tu illā nō p̄be pcipis: quā(qm̄ te latet)æquū me tibi īterpretari: A-
is tibi sōnū ostēdisse me ferrea pitur; cuspide. At uero quænā
manus sūt: quæue cuspis ferrea quā tu p̄timescas? Nā si den-
te dixisset: aut alio quo huius simili pitur; me: debers facer quæ
facis. nūc aūt dixit cuspide. Quar cū nō sit nobis pugna cū ui
tis: ire me sinas. Et Crœsus euincis me iqt fili ista loquēs de sō-
no in te: ligēdo. Quap̄pter ut abs te uictus tibi īdulgeo: uenia
q; do eūdi ad uenatoēm. Hæc locutus Crœsus Adrastū phrygē

accerſcit: eiq; ubi affuit talia inqt. Ego te Adraſte calamitate prædituꝫ (nō ingrato tibi hæc exp̄bro) expiaui & receptū domi habeo oēm ſuppeditans ſūptū. Nūc ergo de me qui prior de te bñmeritus ſū debes inuicē bñmereri: cuſtodē te opus ē eſſe filii mei uenatū p̄ficiſcentis: ne q̄ inter uiā occulti graſſatores in ueſtrā p̄niciem p̄deāt. Ad hæc tua intereſt eo te uadere ūde ſplendor ex opibus exiſtit quod tibi paternū ē: & præterea qa robur adeſt. Cui Adraſtus ego inqt rex ī iſtud certamē alioqn nō p̄gerem: quē tali calamitate affectū nefas eſt ad æquales ſe cōferre fortunatos: aut uelle īter eos adeſſe: a qua re & frequē ter meipſū cōtinui. Nūc qm̄ tibi hoc in aīmo eſt cui gratificari debeo & gr̄am referre p̄ bñficiis: Iſtud exequi patus ſū: filiūq; tuū quē me cuſtodire iubes: expecta īcolumem reditu; cuſtodis cauſa. Poſtea q̄ his uerbis Adraſtus Crœſo r̄ſpōdit: & mox apparata res eſt uiris delectis iuuēibuſq; & canibus diſcedit. Qui ubi ad montē olympū p̄uenere beluā indagāt inuentam circūfuſi iaculis inceſſūt. Ibi hoſpes is qui a cæde fuerat expiatus: & uocabat Adraſtus: uibrato in aprum iaculo non illū ſed fruſtrato ictu filium Crœſi adeptus eſt. Iſte cuſpide ictus uocem ſōnii impl-uit. Quod factū q̄dam ad Crœſo nunciandū cucurrit: p̄ueniēſq; ſardis pugnam illi & filii necem indicauit. Crœſus morte q̄dem filii p̄turbatus: nō nihil tamē ægrius ferebat q̄ is eum necauerat quē expiaſſet a cæde. Et cū pergraui-ter cladem ſuā lamentaret Ioūem expiatorē inuocare teſtifi cās quæ ab hoſpite paſſus eſſet: Inuocare & hoſpitalē & familiarē hūc eundē noīans deū. Hoſpitalē q̄dem uocās q̄ in domū excepiſſet hoſpitē p̄cuſſorē filii ſui ignarus ſe paſcere: Familiarē uero q̄ quē pro illius cuſtode miſiſſet eum cōperiret hoſtiliſſimū. Secūdū hæc lydi affuerūt q̄ mortuū afferebāt: poſt ipſū interfector ſequebat: ſtans autē hic añ cadauer ſeſe Crœſo tradebat: manus p̄tendens iubenſq; ut ſe ſup cadauer mactaret referendo tum priorē calamitatē ſuā: tum quoniā ſuum etiam expiatorem interemiſſet ſibi uiuendum amplius nō eſſe. Hæc crœſus audiēs & ſi ī tanto domeſtico luctu poſitus: tñ Adraſtū miſeratus eſt: ad eumq; inquit. Habeo abs te

hoſpes oēm ſatiſfactōnem qm̄ te ipſū morte cōdēnas. Neq; uero tu huius mihi cladis auctor es: niſi q̄tenus id feciſti īprudens: ſed deoꝝ qſpiā q iam mihi uētura ſignificauit. Et Crœſus filium ꝑ ſua dignitate ſepeliuit: Adraſtus aūt Gorgii filius Midis nepos is qui tum fratris tum expiatoris interfector extiterat: ubi ſilentiū fuit ad ſepulchꝝ ignoſcētibus ei hōibus: ob quæ ipſe grauiſſīe afflictabat ſeſe ſup buſtū trāſfodit. Crœſus filio orbatus ingēti ī luctu duos annos egit.

Vem luctū poſtea finiuit Aſtyagis Cyaxaris filii dñaq tōe a Cyro Cambyſis filio ſublata: & rebus perſarum augeſcētibus: atq; in ſollicitudinē uenit ſi qua ratōne poſſet potentiam ꝑſicam priuſq̄ magna efficeret occupare. Sub hanc ſtatim cogitatōnem tentaſ ſtatuit uaticinia quæq; apud græcos quæq; in africa eſſent: Aliis alio dimiſſis: quibuſdam delphos: quibuſdam dodonā: nō nullis ad Amphiaraū ac Trophonium. Sunt qui ierunt ad branchidas oræ mileſiæ. Atq; hæc ſunt græca ad quæ cōſulenda Crœſus miſit oracula. In africa uero ad Hammonem alios reſpōſa petituros dimiſit. Omnes autem exploratum oracula quid ſentirent ut ſi conſentanea in uero deprehenderentur: ſecundo loco de ſuis tentatum mitteret: nunquid in perſas expeditōnem moliretur. Mittens itaq; ad oracula tētanda lydos: hæc dedit mandata ut qua die proficiſcerentur ex ſardibus ab ea reliquum tēpus ſupputātes quotidie oraculis uterēt ſciſcitantes qdnam faceret lydorū rex Crœſus Halyatti filius: & quod ſīgula oracula reſpōdiſſet: Id oē cōſcriptū ad ſe rferrēt: Quid cætera reſpōderint oracula a nēine cōmemoraſ. At apud delphos ſimul atq; īgreſſi ſūt lydi domū cōſulturi deū: & ſcitaturi quod ſibi eet īūctū: pythia hexametro tenoꝝ hæc inquit. Noui ego quis numerus ſabuli: mēſuraq; ponti: Mutū præcipio: fantis nihil audio uocē. Vēit ad hos ſēſus nidor teſtudinis acris. Quā ſimul agnina coquit cum caſne lebete. Qui ſupeſt ſtratus: ſtratum cui deſup ē æs. Vel. Noui ego harenaꝝ numerum ſpaciumq; ꝑfundi. Vel. Noui ego haīnai numeꝝ modios & aquai Vel. Aequoris eſt ſpatium numerus mihi notus harena.

His oraculis quæ pythia reddidit cõscriptis lydi digressi sardis redierẽ. Cumq; alii quos circũmiserat Crœsus affuissent: tunc singula aperiens quod scriptum esset inspexit: quoꝝ quidem nullum ꝓbauit. Vbi autẽ illud delphicum audiuit protinus adorauit atq; admisit existimans solam esse apud delphos uaticinationẽ: quippe quæ cõpererat quod ipse fecisset. Etenim postea q̃ ad petenda oracula nuncios dimiserat obseruato ex õnibus diebus præcipuo tale quiddã ẽ machinatus cõmẽtãdo ea quæ ad deprehendendum & ad differendum ardua forent. Testudinẽ pariter & agnum cõcisos in aheno coxit operculo æneo ĩposito. Atq; ita e delphis Crœso respõsũ est: Ex Amphiarai uaticinio quidnam respõsum sit lydis cum in sacro illo rite sacrificasset: non queo dicere. Nam de eo nil fertur aliud q̃ quod & hoc Crœsus uerax esse uaticinium existimauit. Post hæc ingẽtibus hostiis deum qui est apud delphos exorandum statuit. Immolauit enim pecora quæ fas est ĩmolari numero tria milia. Fultra & aurata argenteaq; ad hoc phialas aureas & amictus purpureos ac tunicas ingenti pyra extructa cõcremauit: sperans aliquantomagis his rebus ꝓpiciari deum. Missis etiam lydis õnibus ut sua ipsoꝝ quicquid tale haberet quisq; immolaret. Quo ex sacrificio cũ imméſa uis auri defluxisset: ex ea dimidiatos lateres deformauit longiores ut iscripsit sex palmoꝝ: breuiores triũ: crassitudine palmari numero cẽtũ decem & septem: quoꝝ quatuor erant auri excocti: singuli põdo duoꝝ & dimidii talenti. Cæteri uero auri albidi põdo binum talentoꝝ. Fecit leonis quoq; effigiem ex auro excocto decem talentorum põdo: qui leo dum templum delphicum deflagrauit: a semi lateribus decidit. Super illos enim erat collocatus: & nunc in corinthiorum thesauro repositus est pondo sex talentorum atq; dimidii eliquatis tribus talentis ac dimidio. Hæc crœsus ubi ꝓfecit delphos misit. Cumq; eis hæc alia duas grandi forma pateras auream argẽteamq;: quarum aurea intrantibus tẽplum ad dexteram põita erat: Argẽtea ad siniſtrã: quæ & ipsæ cum tẽplum incensum est amotæ fuerunt: Aureaq; ĩ clazomeniorum thesauro posita põdo talentorum octo

& dimidii. Præterea mnarum duodecim argẽtea ad ſuggrundam angulli tẽpli ſexcẽtarum amphorarũ capax: in quam miſcebatur uinum a delphis Theophaniæ feſto opus: ut delphi aiũt: Theodori ſamii: & ego arbitror. Non. n. mihi uidetur opus temere factum. Miſit præterea dolia argentea quattuor: quæ in coríthiorum theſauro ſtant. Donauit itẽ aquiminaria duo: aureum argenteũq; quorũ in aureo ſupraſcriptũ eſt dõarium eſſe lacedæmoniorũ: non recte ſupraſcriptum: quoniam & hoc Crœſi eſt. Sed quidã delphorum gratificari lacedæmoniis uolens inſcripſit: cuius nomen ego cognitum habens: nõ tamen promam. Vestibulum puer: per cuius manus fluit aqua lacedæmoniorũ eſt: ſed eorum neutrum aquiminare. Alia quoq; cũ his permulta Crœſus dona miſit non inſignia. Item fuſilia ex argento orbiculata: nec non mulieris ſimulacrum tricubitale: quod delphi narrant eſſe effigiem priſticis Crœſi: ſuper hoc donauit uxoris ſuæ monilia a collo pẽdẽtia: ac zonas quæ delphos Crœſus tranſmiſit. Amphiarao inſuper cuius & uirtutẽ audiſſet & cladem: donauit clipeum ex auro totũ: totamq; ex auro ſolido cuſpidem: & xyſtum cũ ſuis iaculis aureum: quæ ambo ad meam uſq; memoriam apud thebas repoſita fuerunt ĩ Iſmeni Apollinaris templo. Hæc donà lydis qui portaturi ad oracula erant: Crœſus imunxit ut interrogarent nũqd aduerſus perſas Crœſus ſumeret expeditionem: & nũ aliquorum hominum auxilia ſibi aſciſceret. Lydi ubi eo quo dimittebãtur peruenerunt: donariis oblatis oracula cõſultarunt. Inquientes Crœſus lydorum aliarumq; nationum rex iſta in hoĩbus ſola eẽ uaticinia ſẽtiens: iccirco qualia debita ſũt dõa dat: uoſq; percũctatur nũquid aduerſus perſas proficiſcatur in expeditionem: & nũ quem ſocialem aſciſcat exercitum. Atq; hi quidem hæc interrogauerunt. Oraculorum autem in idẽ cõcurrebant ſententiæ prædicentes Crœſo fore: ut ſi arma perſis inferret: magnum imperium euerteret. Conſulebant tamen ut potentiſſimos quoſq; græcorũ ad comparandos ſibi ſocios exquireret. His reſponſis relatis atq; auditis Crœſus ita elatus animo eſt: ut omnino conciperet ſpem ſe euerſurum eſſe im-

perium Cyri: ac rurſus mitteret delphos ad Pythiam dona in ſingulos uiros: quos illic multos eſſe audiebat binos auri ſtateres. Ob quæ mũera delphi uiciſſĩ Crœſo lydiſq; dõãrt primas in conſulendo oraculo partes: primumq; in ſedendo locum atq; immunitatem: & ius perpetuum cuiq; uoleti aſcribi ĩ numero delphorum. Donis Crœſus proſecutus delphos tertio uaticinium propoſcit: quod uidelicet illud uerax ſibi eſſe comperiſſet. popoſcit autem nũquid diuturnum foret imperium ſibi: Cui Pythia in hæc uerba reſpõdit. Regis apud medos mulo iam ſede potito Tunc ad ſcrupoſum fugere heimũ ſtrẽnue lyde. Nec perſtare nec ignauum te eſſe pudendũ. His ex uerſibus cum allati eſſẽt multo magis q̃ ex cæteris uoluptatem Crœſus accepit: ſperans fore ut nunq̃ apud medos mulus pro uiro regnaret: & proinde nec ipſe nec poſteri ſui principatu abrogarentur. Poſt hæc putauit ſibi curandum: ut potentiſſimos quoſq; græcorum ſibi conciliaret. Idq; ueſtigando cõperit lacedæmonios atq; athenienſes eos eſſe quod alteri in dorico genere: alteri in ionico ãtecellerent. Nam de his ita antea iudicabatur: cum ab initio altera gens foret pelaſgica: altera hellenica hoc eſt graeca: quarum hæc nunq̃ ſolum mutauit: illa aſſidue multumq; eſt peruagata. Etenim ſub Deucalione rege oram phthiotidem incolunt ſub Doro Hellenis filio tractum: qui ad oſſam & olympum iacet nomine Iſtieotem. Vnde a cadmeis eiecta coluit in pidno locũ quem uocãt macedonum. Rurſus in dryopidem cõmigrauit. atq; ita in pelopõneſum uenit: doricaq; cognominata eſt. Qua lingua pelaſgi ſint uſi: affirmare non poſſum: ſed coniectura ſignorum licet dicere eadem qua nunc pelaſgi utuntur: qui ſupra tyrrhenos urbẽ creſtonem incolunt: quodam tempore finitimi eos qui nunc dores uocantur tunc incolentes regionem: quæ nũc theſſalia nominatur: & placeam: & ſcylacem: cum pelaſgi habitarent ad helleſpontum: qui contermini athenienſium erãt: aliaq; omnia pelaſgica oppida nomen ĩmutarunt. Quibus ſignis coniectantes oportet dicere pelaſgos barbara lingua fuiſſe: & ſi tota gens pelaſgica talis erat: gentem atticam utpote

pelaſgicam cum in hellenes: ideſt græcos tranſiit: linguam ſimul iſtorum perdidiſſe. Etenim neq; creſtonitarum loquela cum ullo circa populorum conſentit: & placianorum ne ſecū quidem ipſa. Per quod declarant quam linguæ figuram optinebant cum in hæc loca tranſierunt: eandem ſe nunc cōſeruaſ. At natio hellenica: ideſt græca ex quo extitit eadē līgua ſēp ē uſa: ut mihi uidetur: ideo ībecillis q̄ ex pelaſgica fuit abſciſſa: & exiguo initio profecta: mox in multas gentes augeſcens tū aliarum: tum præcipue barbararum frequentia ſe ad illam cō ferente. Quæ cauſa mihi uidetur fuiſſe cur gens pelaſgica q̄ græca eſſet nequaquam magnos profectus fecerit. Ex his igit gentibus attica Crœſus audiebat optineri: oppreſſamq; eſſe a Piſiſtrato Hippocratis filio: Hic enim ea tēpeſtate tyrannus athenis erat. Cuius patri cum priuatus ſpectaret olympia: īgēs cōtigit portentū: Nam cū hoſtiam īmolaſſet ahenea ut impoſita erant plena & carne & aqua abſq; igne efferbuerunt: ita ut aqua redundaret. Quod portētum conſpicatus Chilon lacedæmonius: qui forte aderat ſuaſit ei primum ne uxorē fœcundā duceret domū. Secūdo loco ſi uxorē haberet eiiceret: & ſi quem ex illa filiū ſuſtuliſſet abdicaret. Huius conſilio non perſuaſus Hippocrates hunc poſtea Piſiſtratum filium ſuſtulit: qui in ſeditione littoraliū: quibus præerat Megades Alcmeonis filius: & campeſtrium: quibus præerat Lycurgus Ariſtolaīdi filius tertiam ſeditionem excitauit tyrannidem affectās: contractiſq; ſeditioſis per cauſam tutandi montanos huiuſcemodi rem machinatur. Se ipſum ac par mularum cum uulneraſſet: agitauit illas in forum tanq̄ elapſus ex hoſtibus: quem rus proficiſcētem illi prorſus interimere uoluiſſent: Ora re populum: ut aliquid cuſtodiæ circa ſe habere permitteret: cum prius ſpecimen ſui in expeditione: qua contra megareas præfuerat. Capta Niſæa: aliiſq; præclaris opibus editis: populus athenienſis ita deceptus dedit ei quoſdam e ciuibus delectos pro ſatellitibus: non qui haſtas: ſed clauas ferrent Piſiſtratū ſectantes. Cum quibus ille impetu facto arcē occupauit. & inde athenienſium imperio potitus eſt: nullas neque digni-

tates quæ erant perturbans :neq; consuetudines transferens: sed constitutis adhæresens :urbem bene atq; cõmode exornauit. Eum tamen non multo post tempore milites Megadis:& Lycurgi:qui idem senserat eiecerunt. Hunc in modũ Pisistratus primum athenas :tyrannidemq; nõdum ualde stabilitam amisit. Cuius electores rursus inter se seditiones redintegrauerunt: In qua seditione Megades satagens Pisistratum misso caduceatore inuitat nũquid uelit filiam capere uxorem. Accipiente conditionem Pisistrato:initur consilium de illo restituendo :res ut ego interpretor longe stultissima: quoniam inde a priscis temporibus responsum erat græcam gentem dexteriorem esse q̃ barbaram:& magis ab ineptiis abhorrentem:& si athenienses inter græcos feruntur sapientia principes :ex quibus fuerunt isti qui talia sunt machinati. Erat in tribu pæanea mulier nomine Phya tribus digitis minus statura quattuor digitorum: alioquin formosa. Hanc mulierem omni armatura cum instruxissent :in currumq; sustulissent compositam ĩ eum habitũ quo uenustissima uidenda esset in urbem agunt: præmissis præconibus emissariis:qui cum in urbem uenirent: hæc mandata exequerentur ut dicerent. Atheniẽses bona mẽte excipite Pisistratum: quẽ Minerua ipsa præcipuo inter homines honore prosecuta in suam reducit arcem. Et hi quidẽ passim uadentes talia pradicabant:statimq; rumor emanauit in tribus Minetuam reducere Pisistratum. Qui in urbẽ erant credentes mulierem ipsam deam :fœminæ supplicauerunt pariter. & Pisistratum acceperũt. Hunc in modum quẽ diximus recuperata tyrannide Pisistratus ex pactione: quam inierat cum Megade illius filiam duxit uxorẽ. Veꝝ cũ & filii essẽt ei adolescentes :& qui oriundi forent ex Alcmeone dicerẽtur ob noxii esse crimini piaculari nolens ex nouo coniugio liberos tollere: haud legitime coibat cum uxore. Quam rẽ cũ ĩter illic ta occultasset:postea ad matrem rettulit enũciaret id:nec ne: mater uiro iudicauit. Id iste iniquo animo ferens se a Pisistrato contumelia affici :ut erat iratus milites homini ĩfensos reddidit. Quæ fieri Pisistratus cõtra se aĩmaduertẽs e rgiõe ꝓrsus

abſceſſit: & ubi eretriam peruenit una cum filiis deliberabat: & cum ſententia Hippiæ præualuiſſet de tyrānide rurſus recuperāda: aliquot ciuitates excitauerunt: quæ ipſis nō nihil beniuolæ erāt: & cū aliæ cōplures pecuniæ multū cōtulerunt: Tū uero thebani plurimū: poſt hæc nō ita multo iteriecto tempore omnia ad reditū eis in expedito fuerunt. Nam & ex peloponneſo argiui aderant mercede cōducti: & Nactius quidam noſter Lygdamus: qui ultro aduenies plurimū ſtudii exhibuit allatis & pecuniis & copiis. Profecti ex eretria āno uertēte redierunt: & primū in attica marathonē occupauerunt. Ad quos interea ibi caſtra habētes: cū ſeditioſi ex urbe ſe cōferebāt: cū alii ex tribubus confluebāt: quibus erat tyrānis q̄ libertas iocūdior: atq; ita cōgregabātur. Dum Piſiſtratus pecuniā cogit: & marathonē tenet: Atheniēſes qui intra urbem agebāt: rē nullius momēti fecerunt. Ac ubi acceperūt eum ex marathone urbē uerſus mouere: ita domū ad ſe defēdēdos obuiam tendūt. Et dum iſti cū omnibus copiis infeſti in illos: & illi circa Piſiſtratum e marathone digreſſi cōtra urbem irent: & in eundē locū conueniſſēt: perrexerunt ad Mineruæ pallenidis fanum: altrinſecuſq; arma poſuerūt. Hic diuina pōpa fungens Amphilitus Acarnā uir ariolus: Piſiſtratū cui aſſiſtebat adiit: atq; hæc exametro carmīe uaticinatus ē inquiens. Eſt nūmus proiectus: item ſunt retia tēta. Nocte meant thynni claro ſub ſidere lūnæ. Hoc ille oraculum diuino afflatus ſpiritu reddidit. Quod oraculum Piſiſtratus coniectans: & ſe accipe affirmās: in athenienſes urbe egreſſos copias ducit. At illi tunc ad prandium ſe conuerterant: & ſecundum prandium partim ad ſomnum. In hos impetu dato hi qui cum Piſiſtrato erant in fugam uertunt. Quibus fugientibus ſolertiſſimū cōſilium Piſiſtratus excogitauit ut athenienſes: nec amplius caperentur: & tamen diſſiparentur: pueros iuſſos conſcendere equos præmittit: q aſſequēdo fugientes mādata Piſiſtrati dicerēt: iuberētq; eos bono aīo eſſe: & ad ſua quēq; abire. Ita audiētibus dicto atheniēſibus: Piſiſtratus tertio potitus athenis tyrānidē ſtabiliuit tū auxiliariorū copiis: tū pecūiarū prouētibus partim

a fluīe ſtrymmone cōparatis: filios quoq; eoꝝ athenieſiū qui perſtiterant nec e ueſtigio fugā fecerant ꝑ obſidibus ſūptos in naxum trāſtulit. Hāc enim ītulā bello ſubegerat: Lygdamoq; permiſerat cū ante hæc etiā delū inſulam ex oraculis expiaſſet. Expiauit autē ſic. Quatenus profectus a tēplo ferebatur eatenus ex omni loco mortuos effodit: In aliū eiuſdē inſulæ locū trāſtulit. Igitur Piſiſtratus tyrannide potitus ē athenienſium: aliis ī prælio cæſis: alii una cū Alcmeōidis domo ꝑfugis. Hūc ita atheniēſibus īperātē ea tēpeſtate Crœſus audiebat: lacedæmonios quoq; magnis e cladibus ereptos: & iā tegeatibus bello ſuperiores eſſe. Quippe ſub Leonte & Hegeſide in ſparta regnantibus cū cætera bella ꝑſpere geſſiſſēt: in tegeati tñ ſuccubuerūt. Nam iā inde ante iſtos fere ex oībus græcis peſſime morati fuerāt tā circa ſe q̄ circa hoſpites: nullo conſuetudinis conuerſationiſq; cōmercio: quæ inſtituta in melius mutauere Lycurgo: inter ſpartiatas probato uiro delphos ad oraculū ꝑfecto. Cui ſtatim atriū ingreſſo Pythia hæc īqt. Ad mea uenti ſti præpinguia tēpla Lycurge Grate Ioui & cūctis qui tecta tuentur olympi. Ambigo uaticiner ſis utrum uir ne deus ne. Sed multo magis eſſe deū te ſpero Lycurge. Nōnulli præter hæc aiunt Pythiā ei diſſeruiſſe īſtituta quæ nunc a ſpartiatis ſeruātur. Ipſi tñ lacedæmonii uolūt Lycurgū cū eſſet tutor & idē patruus Leoboti ſpartiatarꝝ regis e creta hæc attuliſſe. Siquidē cū primū tutor factus eſt: oīa iura īmutauit: deditq; operam ne qs ea præteriret. Deinde quæ ad bellū pertinerēt iurīurādū cōuētus cōmeſſatōes: ſuper hæc īſtituit tribunos plebis ephoros ac ſenatores: Ita illi ad rectū uitæ genus trāſlati ſūt a Lycurgo. Quē uita defunctum delubro ædificato egregie colūt. Ex quo cū bonitate ſoli: tū nō exigua hoīum copia diſcurrerīt ſtatim ac bene rē geſſerūt. Nec āplius cōtēti ocio frui cum ſe arcadibus præſtātiores eſſe arbitrarentur: de omni illoꝝ terra occupanda oraculum delphicum cōſuluerunt: quibus Pythia reſpondit. Me petis arcadiam multis petis haud tibi tradam Multi apud arcadiam ueſcentes glande uiri ſunt: Qui te reiicient: tibi ego haud inuidero quicq̄ Saltandam: tegeam

planta plaudente daturus. Vtq; queas campum metiri fune feracem. Hæc reſponſa ubi accepere lacedæmonii a cæteris arcadibus abſtinentes bellum intulere tegeatibus ferentes ſecū compedes: uidelicet captioſo freti oraculo tanq; eſſent ipſi reducturi tegeatas in captiuitatem. Verum congreſſi prælio ac fugati quicunq; eorum uiui ſunt capti eiſdem quas ipſi attulerant compedibus inductis campum tegeatem metiti fune coluerunt. Compedes quibus uincti fuerant ad noſtram uſq; memoriam incolumes fuere circa templum Mineruæ Aleæ apud tegeam ſuſpenſæ: atq; ſuperioꝝ quidem bello lacedæmonii aduerſus tegeatas aſſidue ſemper male pugnanerant. Croeſi tamē ætate & Anaxandridæ Ariſtoniſq; regum ſuorum lōge ſuperiores contra eoſdem extiterunt hunc in modum tales effecti. Cum ſemper i bello a tegeatibus repellerentur miſſis delphos conſultoribus: oraculum ſunt ſciſcitati: quemnā deorum placarent: ut tegeatum uictores exiſterēt. His Pythia reſpondit: id fore ſi oſſa Oreſtis filii Agamemnonis referrēt: Cuius urnam cum nequirent īuenire rurſus ad deum mittūt de loco ſciſcitatum in quo ſitus Oreſtes eſſet. Hæc nunciis interrogātibus ita Pythia inquit. Eſt pars arcadiæ tegeæ in regione patenti Hic duo flant uenti in parhemente coacti. Forma hoſtis formæ & plagæ ſuperindita plaga. Hic agamemnonides terra omni parente tenetur. Quo tu ſublato tegeæ ſperabere uictor. Vbi hæc audierunt nihil tamen minus inuentione fruſtrabantur: & ſi omnia diſquirētes donec Lyches unus ſpartiatarum eorum qui benemeriti uocantur comperit. Sūt autem benemeriti ex ciuibus ſemper militia equeſtri perfunctis quini quot ānis: qui quo anno ex equitibus ſpartiatis exeunt ne torpeſcant alius alio mittuntur. Ex his Lyches cum eſſet rem apud tegeam adinuenit: fortuna pariter atq; ſolertia uſus. Nam cum lacedæmoniis ac tegeatibus hoc anno commercium mutuo ſe adeundi eſſet: & iſte in teretriam officinam ueniſſet intuebatur ferrum dum procudebatur: quo in ſpectaculo admirabundum animaduertens: faber ærarius īter miſſo ope q̄to magis Lacō īq; thoſpes admiraretur ſi idē: quod

ego tu noſces :qui tãtopere admiraris ferrariũ opificiũ. In hac enim corte puteum facere cũ uellem: incidi in ſepulchrum ſeptem cubitoꝝ :& quia incredulus eram omnino fuiſſe maiores q̃ nunc ſunt homines: aperui undiq; mortuũ æquali atq; ſepulchrum longitudine :quã ubi menſus ſum iterum obrui. Hæc illo referẽte quæ uiderat Lyches conſiderans coniectauit hunc ex oraculo eſſe Oreſtẽ hac uidelicet coniectura :duos quidem quos cernebat excuſoris folles totidem cõperit eſſe uentos. Incudem uero & malleũ formã formæ hoſtẽ : ferrum uero quod procuderetur plagã ſuper inditã plagæ :hac ratiõe cõiectabat q; in plagam hominis ferꝝ inuentum ẽ. Hæc itaq; ſecum agitans ſpartam regreſſus rem oẽm lacedæmoniis refert. Illi ex compoſito hominẽ crĩs conuictum exilio dãnant. Qui in tegeam profectus & calamitatẽ ſuam referens fabro excuſori conducit ab eo nolenti uendere cortẽ. Ibiq; aliquãdiu habitãs ubi rẽ cognouit effoſſo ſepulchro oſſa collegit: eaq; portans ſpartam rediit. Quo ex tempore lacedæmonii quotiens cum tegeatibus congreſſi ſunt ſuperiores extitere : Adeo ut multum iam peloponeſi eis pareret. Hæc itaq; omnia Crœſus audiens miſit nuncios ſpartam cum muneribus ad rogandam belli ſotietatem iuſſos dicere quæ oporteret. Ii poſtq̃ peruenerunt nos aiunt Crœſus miſit lydorum aliarumq; gentium rex ita inquiẽs: Lacedamonii quoniam deus oraculũ reddidit: ut græcam mihi ſotietatẽ aſciſcerem: & uos inter græcos antecellere audio: ſtatui uos mihi in ſotietatem ex oraculo prouocandos ad ineundã mecum quã cupio amicitiã atq; ſocietatem citra dolum fraudemq;. Crœſus hæc per legatos nũciauit: Quorum aduentu lacedæmonii: qui & ipſi oraculum audierãt gauiſi: fœdus cum eis hoſpitii ſotietatiſq; inierunt. Etenim iam antea itercedebant non nulla Crœſi in lacedæmonios beneficia. Nam cum illi miſiſſent ſardis ad aurum coemendũ quo uſuri erant in id ſimulacrum :quod nunc poſitum eſt apud laconicam in thornace Apollinis eo auro ſunt a Crœſo donati. Qua de re lacedamonii quodq; ſe amicos ille delegiſſet: ſocietatẽ admiſerit: & hoc denũciãti ſeſe patos exhibuerit. Quod

ubi fecerũt paterã æneam labioꝝ tenus frequentibus animalibus cælatam triginta amphoraꝝ capacẽ dono afferebãt uolẽtes Crœſũ remunerari .ſed eam ſardis nõ pertulerunt propter altetutram haꝝ quæ ferũtur cauſaꝝ . Lacedæmonii quidẽ aiũt hanc paterã cum ferebatur ſardis cum ſamum appulſi eſſẽt : a ſamiis fuiſſe interceptam :qui cognita re nauibus iſtos lõgis aggreſſi fuere .Ipſi uero ſamii lacedæmonios qui paterã portabant ſero uenientes cũ audiſſent Crœſum captum eſſe cũ ſardibus illam in ſamo uendidiſſe uiris priuatis: qui eam Iunonis tẽplo dedicauere:& illos qui uẽdidiſſẽt ſpartã reuerſos forſitan dixiſſe a ſamiis ſibi fuiſſe ereptam. De patera ita res ſe habet. Crœſus eluſus oraculo aduerſus cappadociã exercitus comparabat ſpe & Cyrum & potẽtiam perſicam euertẽdi: Cui in hac apparanda expeditione occupato : Lydus quidam nomine Sandanis & antehac pro circunſpecto habitus : & ob hanc quam dixit ſententiã plus noĩnis apud lydos cõſecutus: hunc in modum Crœſo conſuluit. Aduerſus tales uiros expeditionem paras rex q cõriacea ſubligacula:qui e corio reliquã ueſtem ferunt :qui non quibus uolunt cibis ueſcuntur : ſed quos habent utpote regionem aſperam incolentes . Ad hæc potu non uini utuntur ſed aquæ :non ficos ad comedendum nec aliud quicq̃ boni habentes . Quibus cum nihil ſit eripies ſi uiceris :Sin uictus fueris animaduerte quot bona amittes : ubi guſtauerunt illi noſtra bona circunſiſtent, nos nec abigi poterunt. Equidem diis habeo gratiam qui non induxerunt in animũm perſis: ut lydos inuaderent .Hæc locutus loquẽs non tamẽ Crœſum perſuaſit. Etenim perſis ante q̃ lydos ſubigerẽt nihil erat neq; lautum neq; opiparũ .Porro cappadoces a græcis ſyri nominãtur:& eránt hi ſyri ante q̃ perſæ ĩperitarẽt ditionis medorum tunc autem Crœſo parebant . Siquidem imperium medicum ac lydum diſterminabat fluuuis halys : qui ex armeno monte perfluens primum cylicas:dehinc mantienos qui ſunt ad dexteram :& phrygas qui ſunt ad leuam . tum boream uerſus tendens ſyros: cappadoces: paphlagoneſ q; ĩterfluit:cappadoces a dextra paphlagões a ſiniſtra pſtrigẽs.

Ita flumen halys cuncta fere ſuperiora aſiæ a mari: quod cypro obnoxium eſt ad euxinū uſq; pontū dirimit dorſum oīs regionis lōgitudine quīq; dieꝝ itineris uiri expediti aduerſus cappadociam Crœſus cū exercitu proficiſcebatur cupidus cū hanc partem ſoli fœcūdi ſuo adiiciendi cum uel magis fiducia oraculoꝝ Cyꝝ ulciſcēdi pp Aſtyagē Cyaxaris filiū medoꝝ rḡē affinē ſuū: quē Cyrus Cābyſis filius prælio' uictum 'ceperat. Erat auté Crœſo Aſtyages hūc in modū affinis. Apud ſcythas pecuarios cū eſſet ſeditio caterua quædā eoꝝ ſeceſſit ī terram medicā: qua tēpeſtate medoꝝ tyrānus erat Cyaxaris Phraortis filius Deiocis nepos: q ſcythas hos tāq; ſupplices initio bēigne alloquebat: ac plurimi faciebat: adeo ut pueros eis traderet ībuendos: tū līgua ſcythica: tū artificio arcus utēdi. Interiecto deinde tēpore cū ſcythæ uenatū aſſidue irent & ſēper afferent: nōnunq; tñ cōtingebat ut nihil caperent. Quos ita ſuertentes inanibus Cyaxares (Erat enī cū īgēti tenebat ira pectoribus) probris īſectabat. Id illi ut ſe īdignū a Cyaxare pati ñ ferētes cōſilio habito decreuerūt: ut aliquē eoꝝ puerorꝝ quos docerēt trucidarent: Inſtructūq; ut feras īſtruere cōſueuerāt: Cyaxari offerēt. periīde atq; uenationē. Idq; cū obtuliſſēt q̄celerrime ſe ad Alyattē Sadyacis filiū ſardis cōferrēt: quod & factū eſt. Nā & Cyaxares & qui aderāt cōuiuæ ex his carnibus guſtauerūt: & ſcythæ perpetrato hoc Alyatte ſe ſupplices præbuerūt: quos poſtea repoſcēti Cyaxari q̄ Alyattes rēddere abnuerat: bellum inter lydos medoſq; quinquennale cōflatū ē: quo ī bello aliquotiēs lydi aliquotiēs medi uictoꝝ extiterūt. & noctīnū quoddā prælīū geſſerūt ſexto āno ſignis collatis cū æquo marte cerrarent ſtante acie cōtigit ut repēte dies nox efficeretur. Quā īmutationē huius diei futā Thales mileſius ionibus prædicauerat hunc ānū præfiniēs: quo īmutatio facta eſt. Lydi ac medi ubi diē nocteſcere uiderūt: a pugnādo deſtiterūt: eoq; ꝓpēſius ad pacē īter ſe cōſtituēdā feſtinarūt auctoribus conuentionis Sieneſi Cilice & Labyneto babylonio: q ut & iuſiurādū ītercederet: & recōciliatio affinitate fieret ꝓperarunt decernentes ab Alyatte Arienā filiā Aſtyagi Cyaxaris filio nuptum dandam

quoniam ſine uehementi neceſſitate conuentiones ſtabiles iniri non queunt. Ineunt autem hæ gentes fœdera cũ cætera ritu græcorum: tum feriendo brachia qua illa humeris cõuertuntur ac mutuũ ſãguinẽ delĩgendo. Hunc igitur Aſtyagem auũ ſuũ maternũ Cyrus bello uictũ tenebat ob eã quã in ſequentibus indicabo cauſam. Quo nomine Crœſus ei infẽſus nunquid inferret perſis bellum ad oracula miſerat: & cum reſponſum rediſſet haud ſincærum ſecum facere interpretans in expeditionem profectus eſt aduerſus quandam perſarum partem. Atq; ubi ad halym flumen peruenit: tunc ut ego quidem ſentio pontibus qui nunc ſunt copias trãſduxit. ut autem græci dictitant Thales mileſius traductor extitit. Nam cũ incertus animi Crœſus foret qua parte fluminis traiiceret exercitum (nullos dum enim eorum fuiſſe ea tempeſtate pontes fertur) Thales qui in his caſtris aderat feciſſe: ut fluuius qui ad leuam exercitus fluebat: flueret etiam ad dexteram. Feciſſe autem hunc ĩ modum foſſam peraltam exorſus ſupra caſtra ductam in ſpeciem lunæ depreſſit: quæ caſtra ut erant metata a tergo amplecteretur. In quam cum traduxiſſet ex priſtino alueo fluuium iterum eum ubi exercitus traiectus eẽt in ſuũ alueũ refunderet. Itaq; cũ celerrime fluuius deductus eſſet utrinq; uado meabilis effectus eſt. Quidam aiunt ueterẽ omnino exaruiſſe alueum: Cui rei equidẽ nõ accedo. Quo enim modo qui rurſum redierunt illum tranſierunt. Crœſus exercitu traiecto uenit ĩ cappadociæ locum: qui dicitur pteria: omniũ eius rĝionis tutiſſimũ iuxta urbẽ ſinopẽ fere ad põtũ euxinũ ſitam. Hic ſtatiua habẽs prædia ſyroꝝ uaſtat: & urbẽ pterioꝝ expugnat: diripitq;: cepit quoq; cunctas circa urbes: ſyros nihil cõmeritos exterminans. Hĩc Cyrus coacto ſuo exercitu: ſũptiſq; oĩbus: qui in medio ĩcolebant obuiam pergit: miſſis tamen ante q̃ exercitum educeret caduceatoribus ad iones tentandos ut ad ſe a Crœſo deficerent. Illis abnuentibus profectus caſtra cõtra Crœſũ poſuit: ibidẽq; in regione pteria pro ſe uterq; alteꝝ laceſſere. Cõmiſſaq; acri pugna: & multis utrĩq; cadentibus ad extremũ noctis ĩteruẽtu dirimũt

neutri uictores. Atq; hunc in modum duo exercitus dimica-
uerunt. Crœsus a suo exercitu incusatus q̄ cum Cyri multo
maioribus copiis conflixisset: postero die cum Cyrus ipsum
supersederet inuadere regressus est sardis: habens in animo
euocare ægyptios: & ex fœdere quorum cū rege Hamasi añ q̄
cū lacedæmōiis societatē coierat accersere & babylonios: cum
quibus & ipse fœdus percusserat. Erat autem babyloniorum
tyrannus ea tēpestate Labynetus: Denūciare item lacedæmo-
nijs: ut ad certam diem præsto essent. Hisq; & suis copiis co-
actis ubi per hyemē quieuisset: initio statim ueris tendere ad-
uersus persas. Hæc destinās Crœsus abiit sardis: dimisitq; ca-
duceatores ad socios edicēs uti ad quintum mensē sardis cō-
uenirent. Exercitum uero qui aderat ex militibus conductis:
qui cum persis dimicarat: missum fecit ac dissipauit: minime
credens unq̄ fore ut Cyrus qui sic æquo Marte pugnasset: sar-
dis copias promoueret. Hæc Crœso ratiocinante omnia sub-
urbana colubris impleta sunt: Quos ut existebant equi inter
ambulandum cum ad pascua irent comedebant. Id Crœso
cernenti: ut erat: uisum est esse portentum: Ideoq; mittendū
ad coniectores telmisses. Qui missi sunt ad consulendos tel-
misses ubi accepere responsum: didicereq; quid sibi uellet si-
gnificaretq; portentum: non contigit ut Crœso renunciarent.
Nam prius q̄ retro sardis reueherētur Crœsus est captus. Tel-
misses ita consueuerant exercitum extēnum Crœso illuc ad-
turum: qui cū afforet indigenas subigeret q̄ dicerent colubr̄
terræ filium esse equum hostem & aduenam. Hæc telmisses
Crœso sunt interpretati: sed iam capto. nondum tamē gnari
eorum quæ circa sardis ac Crœsum erāt. Cyrus certior factus
Crœsum qui statim post prælium apud pteriam gestum ab-
scesserat cōstituisse dispergere copias habito comperiebat ope
precium esse q̄maturrime posset promouer exercitum: sardis
ut hostem prius q̄ ille contraheret iterum lydorum copias oc-
cuparet. Hoc ubi probauit executus est: propereq; ducto in
lydiā exercitu ipse nūcius Crœso aduēit. Vñ Crœsus in magnā
sollicitudinem adductus q̄ præter opinionem: præterq; expe-

ctationem ſuā ſe res hērēt: tñ lydos in prælīū producit. lydoꝝ gēte ī aſia nulla fuit ea tēpeſtate nec fortior nec magis ſtrenua. Ex eqſq; pugnabat eqtādi ſane perita haſtas perlōgas geſtās. Cāpus ī quo cōcurſū ē ante urbē ſardēſē iacet magnus & editus: quē cū alii amnes īterfluūt: tū oīum maxīus hermus pallude interruptus: qui e mōte hiro matris Dyndimene lapſus infunditur mari iuxta phociam oppidum. Hic ubi uidit lydos ad pugnādū īſtructos Cyrus eoꝝ eqtatū reformidans cōſtituit admonitu Harpagi uiri medi ita faciēdū. Coactis oībus q ipſius exercitū ſequebātur camellis uel frumtū uel uaſa portātibus: ſarcinas detraxit: uiros īpoſuit equeſtri ſtola īdutos: quibus ornatis præcipit ut præirēt cæteras copias aduerſus Crœſi equitatum peditatu ut hos ſubſequeret. Poſt hūc collocat oēm equitatū. Poſtq; oēs cōſtituit īperat eis ne cui cæteroꝝ lydoꝝ parcerent: ſed quēcunq; occiderēt obſiſtētē præter ipſum Crœſum: ne ſi captus quidē repugnaret. Hæc īperans camellos cōtra eqtatū īſtruit hac rōe q camellum equus reformidat: adeo quidē ut nec ſpeciē eius ītueri nec odorem ſentire ſuſtineat. Id ideo cōmentus eſt ut equitatū Crœſi: quo ille ſe prævalituꝝ confidebat: inutilē redderet. Simul atq; ī pugnā itū eſt: equi olfactis protinus conſpectiſq; camellis retro ſe auertunt: Vnde ſpes Crœſi intenit. Verum non protinus lydi ob id exterriti ſunt: ſed cognita re ab equis deſiliunt: ac pedites cūm perſis confligunt. Multis tamen aliquandiu utrīq; cadentibus: tandem uertuntur in fugam: muros ingreſſi a perſis obſidebantur. Quam obſidionem in longius proceſſuram ratus Crœſus alios nuncioſe muris mittit ad ſocios. Nam qui antea dimiſſi erant hi conuentum ſardis ad quintum mēſem indixerant. Ad hos dimittebat oratum q̄celerrima auxilia mitti ſibi utiq; iam obſeſſo. Et cum ad alios ſocios miſit: tum uero ad lacedæmones. Cæterum per id tempus & ipſis ſpartiatis inciderat cum argiuis cōtentio de agro: qui dicitur tyria: quem locum &ſi terræ argolicæ partem: tamen lacedæmonii īterciſū tenebāt. Etenī argiuoꝝ eſt qcqd rgioīs malea tēus ad occaſū uergit ī cōtinēte: & inſulæ tum aliæ: tū uero cytheria.

Cū ergo argiui ſuo territorio ītercīſo auxiliū ferrēt: ibi ab utriſ
q; ī colloquiū uētū ē: ut treceni utrinq; dimicarēt: & utri ſup
iores extitiſſet: eorum regio foret: atq; ābo exercitus in ſuam
uterq; terrā diſcederēt: nec permanerēt dū dimicaret ea ſcilicet
cauſa ne ſi adeſſent pti ſuccūbēti auxiliū ſui ferrēt. His cōuē
tis in diuerſa digrediuntur. Ex utriſq; delecti uiri q relicti ſūt
conflixerūt. atq; ita quidē ut æquo marte pugnātibus: ex ſex
cētis tres oīo reliqui fuerint: & id noctis interuentu: ex argi
uis duo Alcenor & Chromius: q tāq; uictores agros curſu cōtē
derīt: ex lacedæmoniis unus Othryades: qui ſpoliatis argiuoꝝ
cadaueribus eoꝝ arma ad ſuoꝝ caſtra detulit: & ſe ī ſuo ordīe
tenuit. Poſtero die utriq; re audita affuerīt: ſibiq; uictoriā uin
dicabant. Argiui quidem q ſuoꝝ pluries ſupfuiſſēt dicentes.
Lacedæmonii uero q eorum qui ſupererāt illi fugiſſent ſuus
perſtitiſſet: & hoſtiū cæſos ſpoliaſſet. Ex cōtētōe tādē concur
rentes pugnāt: ac poſtq; pmulti utrinq; ceciderīt lacedæmonii
uincūt. Quo ex tēpore argiui tōſis capitibus cū antea criniti
eſſent neceſſario legē cōdiderīt ſe deuouentes ne prius comam
alerent: neue mulieres auꝝ ferrent q thyreas recuperaſſēt. His
e diuerſo legem tulere lacedæmoni ut in poſteꝝ comati eſſent
cum antehac non fuiſſent. Othryadem qui unus e trecentis
delectus reliquus fuiſſet: aiunt pudore ſpartam reuertendi ob
ſocios interfectos illic apud thyreas mortem ſibi cōſciuiſſe: Cū
hæc eſſet apud ſpartiatas rerum conditio: aduenit caduceator
precatum Crœſo obſeſſo auxilia. Illi caduceatore audito ſta
tuerunt Crœſo ſtatim ſuccurrendum: quibus iam ſe apparā
tibus ac nauibus paratis alius effertur nuncius murum lydoꝝ
expugnatum: Crœſumq; uiuum eſſe captum. Sic lacedæmo
nii magno ſe affectos detrimento rati ſuperſederunt. Sardis
autem in hunc modum ſunt expugnatæ. Quartodecimo q
obſideri cœptæ ſunt die Cyrus miſſis paſſim equitibus per
ſuas copias edicit ſe dona daturum ei: qui primus muros cō
ſcendiſſet. Poſteaq; id conato exercitu res non proceſſit: ibi
quieſcentibus cæteris mardus quidam: cui nomen erat Hy
ræades id aggredi eſt auſus a parte arcis: ubi nullus ad

excubâdum erat collocatus: qa illinc nequãdo urbs caperet haud ſuſpectũ erat: utpote loco prærupto atq; ĩexpugnabili: quaq; parte ſolũ ne Leoné qdẽ Meles primus ſardius rex circuntulerat ex pellice ſua genitũ: qui Leo quacũq; ꝑte muroꝝ circũlatus eſſet ex ea parte ſardes inexpugnabiles fore telmiſſes iudicauerant. Eũ Meles ꝑ cæterã partẽ muroꝝ circũduxit: quacunq; poterat arx oppugnari: per hãc ꝑtẽ tãq; ĩoppugnabilẽ atq; præciſã circũducere prætermiſit quæ ad thmolũ fluuiũ uergit. Ab hac igit ꝑte Hyrœades ipſe Mardus cõſpicatus quẽdã lydũ pridie deſcẽdiſſe ad recipiẽdã galeã illuc deuolutã aduertit animũ: atq; cõſiderauit: dehinc ipſe cõſcẽdit. & poſt eũ alii perſæ ſubinde: atq; alii frequẽtes. Ita urbs ſardis capta eſt atq; oĩs direpta. Circa ipſũ autẽ Crœſũ hoc cõtigit. Erat ei filius cuius ſuperius habui mentionẽ habilis ad cætera: ſed mutus. In cuius uitiũ emẽdãdum Crœſus pro uiribus omnia fecerat: cum alia excogitãdo: tũ uero delphos mittẽdo ad oraculũ ſciſcitãdũ: atq; ei Pythia talibus reſpõdit. Lyde genus rex multoꝝ ualde ĩlicie Crœſe: Nec cura gnati exoptatam audiſſe loquẽtis. Intra ædes uocẽ: ſine qua potior tibi lõge Ille die qm̃ primum infelice loquetur. Captis mœnibus quidam perſes in Crœſum ſibi ignotum ut occurſurus uadebat. Quem inuadentem ſe Crœſus cum uideret tamen præſẽti clade affectus deuitaꝝ negligebat nihil putãs differre: an ꝑcuſſus oppeteret mortẽ an ñ. Id ubi filius eius mutus aſpexit tinctẽs pr̃i erupit ĩ uocem inquiens. Homo ne perimas Crœſum: atq; hoc ille primum effatus: poſtmodum per omne uitæ tempus uocalis extitit. Perſæ & ſardibus potiti ſunt: & Crœſo uiuo cum regnaſſet annos quattuordecim totidẽq; dies fuiſſet obſeſſus: miſſo magno imperio: ut ei fuerat reſponſum. Eum captum perſæ ad Cyrum perduxerũt: quem ille uinctum compedibus ſuper ingentem quam ſtruxerat lignorum ſtruem imponit: circaq; eum bis ſeptem lydorum filios ſiue habens in animo primicias has alicui deo offerre: ſiue uolens uotum perſoluere: ſiue cupidus ſciendi num quis dæmonũ liberaret Crœſum quem ſligioſum eſſe audierat: quo minus pyræ ĩpoſitus

uiuus concremaretur. Hæc quidem Cyrū feciſſe aiunt. Crœſo autē ſuper pyram ſtāti &ſi in tāta calamitate poſito: tñ uēiſſe ī mtē Solōis quod ab eo ſibi nutu dei fuiſſet dictū ex uiuētibus beatum eſſe neminē. Quod dictum ubi ſubiit Crœſo ferī eū ex uehemēti defectione animi uictum atq; īgemiſcentē ter Solonē nominaſſe: & Cyr cū audiſſet iuſſiſſe interpretes eum percōctari quēnā īuocaret. Illoſq; accedētes fuiſſe pcōctatos: & hunc interrogatū tamen ſilentiū egiſſe: Deinde cum loqui cogeret dixiſſe. Illū nominaui qui ut oēs tyrannos alloqueret: ego q̄ingentē pecuniā præoptarē. Eum nō plane loquentem rurſus īterrogat quodnā eſſet quod dixiſſet efflagitātibus atq; infeſtātibus interrogatione inquit quēadmodum Solon qui eſſet atheniēſis ad ipſū a principio ueniſſet: & ītuitus omnes eius opes coram pro nihilo duxiſſet. Adeo quæ de ipſo dixerat ea ōnia euenīſſe. neq; hæc magis de ſe ipſo q̄ de omni hominū genere: & de his præſertim qui ſibi ipſis beati uiderentur. Hæc Crœſo referente iam pyra īcenſa ardeī extrema cœpiſſe: & Cyrum auditis per interpretē quæ Crœſus dixiſſet: pœnituiſſe: cuī ſe quoq; hoīem eſſe cognoſceret: qui alium hominem q̄ ſe inferior non fuiſſet opibus uiuum rogo traderet. Præterea ueritum ob id pœnam: ac reputantem nihil eſſe rebus humanis ſtabile iuſſiſſe ignem celerrime extingui iam incenſum: Crœſumq; deponi: & quæ circa eum erant. Verum eos qui ignem iā conabantur extinguere nō eualuiſſe. Ibi Crœſum cognita per lydos Cyri pœnitentia cum cerneret unum quenq; extinguendo deuoluendoq; igni incumbentem: nihil tamen profici exclamando inuocaſſe Apollinem: ut ipſi adeſſet ſi quod ab eo donum illi gratum fuiſſet oblatum: ipſūq; præſenti malo liberaret: Ita cum lachrymis Crœſo deum īnuocante nimbos repente cum ſerenum ac tranquillum eſſet confractos eſſe ībreſq; erupiſſe: ac uehementiſſima aqua pluiſſe: & rogum extinxiſſe. Ita Cyrum cognito deorum cultorem ac bonum uirū eſſe Crœſum e pyra depoſuiſſe: atq; hunc in modū ītrogaſſe. Crœſe q̄nā te hoīnū pſuaſit: ut cū exercitu īuaderes terrā meā ex aīco factus hoſtis? Cui Crœſus Ego īqt rex

iſtud feci tuo proſpero meo īfauſto fato græcorum deo aucto re: qui me ad bellum tibi inferēdum impulit. Neq; enim quiſpiam ita amens eſt: ut bellum q̄ pacē præoptet. Nam in pace filii patres: in bello patres filios ſepeliunt: Sed ut iſta fierent dæmoni cordi fuit. Hæc Crœſus locutus eſt quem Cyrus ſolutum iuxta ſe collocauit: ac multa ſane obſeruātia habebat: intuenſq; eum admirabatur tam ipſe q̄ omnis circa cœtus. Ille cogitabundus ſilentium tenebat. Mox conuerſus ac cernens perſas lydorum diripientes urbem: Vtrū debeo inquit rex tibi loqui quod ſentio an tacere hoc tempore. Cyrus eū uero quæcunq; liberet audacter proloqui iuſſit. Tunc ille Cyrum percontatur quidnam īquiens tanta frequentia properat agere. Cui Cyrus: Tuam inquit urbē diripere: tuaſq; opes abſumer̄. Atqui Crœſus excipit: neq; urbem meam diripis neq; meas opes. Nihil enim mihi iam cum iſtis rebus eſt: ſed tua ferunt aguntq;. His uerbis iniecta cura Cyrus Crœſum ſemotis arbitris interrogat quidnam ī his quæ fierent ſibi conſtituendum cenſeret. Ad quem Crœſus quoniam me dii ſeruum tibi tradiderūt: iure debeo ſi quid amplius animaduerto id tibi indicar̄. Perſæ ait natura proterua ſunt & iidem inopes. Quos ſi diripientes tu ac potientes magnis opibus negligis id tibi ex hoc credibile eſſe euenturum: Vt quiſq; iſtorum plurimis opibus potietur ita maxime in te rebellatur̄ eſſe expectandum. Nūc igitur ſi tibi placēt hæc q̄ ego dico ita facito: Siſte ad ſingulas portas aliquot ex tuis ſatellitibus cuſtodes: qui uetent exportari opes: ut earum decimæ ioui neceſſario reddantur. Ita neq; tū odium illorum contrahes ui opes eripiendo: & ipſi agnoſcētes ſe iuſta agere nō inuiti facient. Hæc audiens Cyrus maiorē in modum gauiſus & tali admonitu: eaq; uehementer approbauit: & iuſſis ſatellitibus id exequi quod Crœſus ipſi ſubieciſſet: his uerbis eū affatus ē. Crœſe quādoquidem & facta & dicta tua egregia uiri regis ſunt: pete quid muneris a me uelis impræſentiarum tibi dari. Ad quem Crœſus. Here inquit ſine me gratum eſſe erga deum græcorum: quem ego maxime omnium ueneratus ſum: ut miſſis ad eum his

uinculis perconter nunquid ei fas sit bene de se ipso merẽtes decipere: Et Cyro interroganti quidnam id esset quod incusa/ret altius repetẽs omnem suũ aperuit animum: redditaq; sibi oracula & præcipue donaria sua quibus rebus fretus susceps/set aduersus persas expeditionem. Hæc cõmemorando rediit rursus ad petendam uenią ob id deo exprobrãdi. Ad quem ri/dens Cyrus & hoc inquit Crœse a me impetrabis & quicquid aliud atq; id quotiens tibi opus erit. Vbi hæc audiuit Crœsus delphos misit quosdam lydorum iussos cum ad limen tẽpli uincula deposuissent scisciatari deum nunquid eũ puderet ob oracula: quibus induxisset ad bellum persis inferendum tãq̃ Cyri potentią euersuum. Vnde tales primitiæ offerrẽtur cõ/pedes scilicet ostendendo: sciscitari cum hæc: tum nunquid græcis diis foret fas eẽ ĩgratis. lydis illuc ꝓfectis & hæc manda/ta executis Pythia fertur ita respondisse. Sortẽ fato destinatã defugere deo quoq; est impossibile: Crœsus quintæ retro æta/tis crimen luit: hoc est abaui: qui cum esset satelles heraclidarũ muliebri dolo ĩductus dñm ĩteremit: Illiusq; dignitate po/titus ẽ nihil ad ipsũ pertinente. Verũ Apollo cũ studuerit ut hæc sardiũ clades circa liberos Crœsi: ñ circa Crœsũ contĩgeret: tamen transferre fata nõ potuit: sed quatenus illa permiserit annixus est: atq; ei gratiam rettulit: utpote dilata sardium ex/pugnatione tres ãnos: & hoc Crœsus discat tribus annis q̃ fa ta destinarant: serius se fuisse captum: Secundo loco ꝙ ipsi ardenti opem tulit: Nã quod ad oraculũ pertinet haud recte Crœsus incusat: quoniã Apollo prædixit eum esse magnum imperium si bellum persis inferret euersurum: de qua re ipsũ consultare uolentem decuerat mittere sciscitatum: utrum ip/sius Apollo diceret imperium an Cyri. Sed quod dictum erat nec considerans nec interrogans sibi ipsi acceptum refe/rat. Quod autẽ ultimo rĩsponso ait Apollinem dixisse de Mu/lo ne hoc quidem discussit. Nam Mulus hic Cyrus erat: quip/pe qui duabus ex gentibus ortus est generosiore matre q̃ pa/tre: Nã illa qdẽ meda erat Astyagis medorũ regis filia: Hic au/tem perses & medis subiectis & licet omnium infimus: tamen

dominam ſuam in matrimonium duxit. Hæc lydis Pythia reſpõdit quæ illi ſardis reuerſi Cræſo renunciaſt. Quibus auditis Cræſus ſuam ipſius agnouit culpã eſſe: non dei. De Cræſi ĩperio: & prĩa Ioniæ ſubactõe ita res hẽt. Porro Lydia quod ſcribit nihil ſane admirãdũ habet, put aliæ regiões præter auri rañta e thmolo proueniẽtes. Nam lydi primi duntaxat eorũ hominũ quos ſcimus: nũmum aureũ argenteũq; ad utẽdum percuſſerũt: ac primi caupones inſtitoreſq; extiterĩt. Iidẽ ut & ipſi aiunt & a græcis ferũt excogitauerunt aleæ teſſerarũq; ludũ & pilæ & cætera genera luſoria præter q̃ talaria. Et lydi quidẽ a perſis ſubacti ſunt.

h Inc autẽ exequetur oratio Cyrũ: qui Cræſi euertit ĩperium quĩnã fuit ac perſas qui aſiam ſubegerũt. Igitur quẽadmodum quidam perſarum memorant: non qui res Cyri inſignire: ſed prout illæ ſe habẽt referre ſtudent: Ita ego cõſcribã: gnarus trifarias alias etiã uias eſſe narrãdi de Cyro. Fuit apud medos uir ſapiens: cui nomen erat Deioces filius Phraortis: qui propter ſuam æquitatẽ: medorũ extitit rex Huic medi id præſtiterunt: Ingentia extruxerũt ædificia: quos uellet ex omnibus medis ſatellites ſibi deligere permiſerunt: ne cui poteſtas fieret regis adeundi: ſed ad omnia internunciis utendi. Nemini præterea coram illo aut ridendi aut ſpuendi: id omnibus factu deforme eſſe. Hæc circa illum ideo faciunt: ne cũ cemẽtes æquales & una cũ eo educati egregii uiri atq; præſtãtes indoleant & inſidientur. Deioces ſolam medicam ſubegit nationem: eiq; ſoli imperauit: Cuius nationes tot numero gentes ſunt. buſæ: parecontacæni: ſtruchates: arizanti: budi: magi: Tot ſunt in media gentes. Deioce defuncto: qui annos tres & quinquaginta regnauit: filius eius Phraortes ſuſcepit imperium: quo ſolo non contentus bellum ante omnes intulit perſis: eoſq; primus in poteſtatem medorum redegit. Quibus nationibus potitus ualida utraq;: mox aſiam ſubegit: aliã deĩceps atq; aliã ĩuadẽdo gẽtẽ donec ad aſſyrios oppugnãdos puenit ad eos aſſyrios: q Ninũ incolebãt quõdã oĩum principes: ſed tũc a ſotis per defectionẽ deſertos alioqn p ſe

bñ hñtes. Aduerſus hos expeditõe ſũpta Phraortes ſecũdo ac uiceſĩo q̃ regno potitus ẽ ãno: cũ pleraq; exercitus pte periit. Poſt obitũ eius Cyaxares filius Deiocis nepos ſucceſſit: q̃ dicit multo q̃ maiores ſui fuiſſe præſtãtior: & prĩus aſiæ populos ĩ ꝓuĩcias diſtĩxiſſe: primuſq; in ſuũ quoſq; ordinẽ diſtribuiſſe: haſtatos: ſagitarios. equites: cũ prius oĩa ꝓmiſcua fuiſſẽt atq; ĩplicita. Hic & cũ lydis prælĩũ fecit: quod prælĩũ cũ fieret dies nox effecta eſt: & omnẽ trans halym flum̃ aſiã ſibi ſubiecit. Poſtq; ãnos regni ſui q̃dragĩta defũctus eſt. Cuius regnũ ſuſcepit Aſtyages filius. Hic filiã ſuſtulit: appellauitq; eã Mãdanem. Quæ uiſa ẽ ei p quietẽ tantũ urinæ facere: ut oẽm ipſius urbẽ oppleret: atq; uniuerſam aſiã ĩundaret. Quod iſõnium cũ magis ſõnioꝝ ĩterpretibus expoſuiſſet: cõterritus eſt ſĩgula quæq; ab illis edoctus. Ideoq; uiſũ hoc reformidãs Mãdanem iam uiro maturã nulli medoꝝ: qui ea dignus eſſet tradẽdã ſtatuit: ſed perſæ cuidã noĩe Cãbyſi: quẽ cõpertum habebat familia quidẽ bona ortum: Cæteꝝ ingenio ſedato: gerẽtemq; ſe multo ĩfra mediocris medi alicuius cõditionẽ. Eodẽ quo Cambyſi collocauerat filiam ãno uiſionẽ alterã uidit. Videbatur ei ex genitalibus filiæ uitis enaſci: quæ oẽm occuparet aſiam. Quod uiſum cum rettuliſſet ad interpretes ſomniorum: filiam iam prægnantem & partui uicinam ex perſis accerſit: eiq; cum ueniſſet cuſtodiam apponit uolens quod illa edidiſſet interimere. Etenim magni ſomniꝝ interpretes uiſionẽ illã protẽdere dicebãt Aſtyagi prolem filiæ ꝓ ipſo regnaturã. Hoc igitur obſeruãs Aſtyages ubi gẽitus ẽ Cyrus: accito Harpago familiari ſuo: & ĩter medos fidiſſĩo: atq; oĩum reꝝ ſuarũ procuratori hæc ĩquit. Harpage negocium quod tibi iniungo "caue prætermittas: aut ullo modo exeq ſuperſedeas: neue cõmittas: aut alios præponẽdo poſtea tibi ipſi pniciẽ cres. Capito quẽ Mãdane peperit puerũ: ĩ domũq; tuã ferto: atq; occidito: poſtmodũ quoquo modo uoles ipſe ſepelito: Cui reſpõdit ille: neq; alias unq̃ rex huic uiro rẽ iniũxiſti ĩgratã: & ĩpoſteꝝ dabĩus operã ne qd in te delinquãus. Quod ſi tibi cordi eſt hoc ita fieri: mea intereſt id induſtriæ exequi. Hæc cum

reſpõdiſſet Harpagus: eiq; puer traditus eſſet ornatus ad necẽ contulit ſe domũ flens: adienſq; uxorem refert omnẽ habitũ ſecum ab Aſtyage ſermonẽ: Ad quem uxor. Quid igit̃ inquit facere tibi in animo eſt? Ego uero reſpondet uir quanq̃ Aſtyages mãdauit: etiam ſi deſipiet peiuſq; inſanıet q̃ nunc inſanit: non tamen eius uoluntati parebo: neq; ad hanc necẽ obſequar: idq; multis de cauſis: tum q̃ puer ipſi mihi cognatus eſt: tum q̃ Aſtyages grãdis natu eſt: & uirili prole orbus: quo defuncto ſi tyrannis ad eius peruentura eſt filiam: cuius nũc filium per me interimit: quid aliud reſtat hinc mihi q̃ periculum maximũ? Enimuero tutelæ meæ cauſa expedit hunc puerum interire: ſed per aliquem ipſius Aſtyagis: nõ per aliquẽ meorum. Hæc locutus e ueſtigio nuncium mittit ad bubulcum Aſtyagis: quem norat paſcuorum maxime idoneorum & montium feris frequentiſſimoq; eſſe gnariſſimum: cui nom̃ erat Mitradates: cuius contubernalis & eadem conſerua erat noĩne Cyno græca lingua: ideſt canis: medica Spaco. Nam canẽ medi ſpaca appellant. Vbi boum paſcua ille habebat: mõtiumq; radices erant ad uentum boream acbatanorum: & ad pontum euxinum. Hoc enim tractu ad apiros uergente media ſane montuoſa eſt: & edita: ac nemoribus frequens: reliqua uero tota admodum plana. Hic itaq; accerſitus propere cum ueniſſet: inquit ad eum Harpagus. Iubet te Aſtyages hunc capere infantem: quem in deſertiſſimo montium exponas: ut celerrime pereat: & hæc ut tibi dicerẽ mihi iũxit: & niſi hũc ĩterĩeris: ulloq; pacto ſeruaueris: peſſĩo exitio te occubi tur̃. Cui expoſitõi ĩfãtis ĩſpector ego præpoſitus ſũ. Hæc ubi audiuit bubulcus ſũpto ĩfãte ĩdiit q̃ uẽerat ad bouile ſuũ. Eo dũ ĩ urbẽ abiit uxor ſua quæ erat prægnãs p totã diẽ ptuliẽs e uolũtate dæmõis enixa eſt filium: Ita ambo in mutua ſollicitudine erant. Vir de partu uxoris timidus: Illa de uiro quẽ præter conſuetudinem Harpagus accerſiſſet. Vbi reuerſus affuit eũ uxor: utpote ex ĩſpato cernẽs priot ĩtrogauit q̃d ita exacte ipſũ Harpagus accerſiſſet. Cui ille: uxor ĩqt ꝓfectus ego ĩ urbẽ & uidi & audiui quod nec uiſum oportuit nec agi circa

dominos noſtros. Harpagi domus omnis luctu tenebatur: In quam ego perterrefactus ſimulatq; introij: uideo infantulum palpitantē: uagientēq; :auro ac diſtincta ueſte ornatum. Eum Harpagus ubi me uidit iuſſit celerrīe ſumere: atq; abſportare in efferatiſſimū montem ubi exponam :dicēs Aſtyagem eſſe qui hæc mihi iniungeret magnopere minatus niſi ea perpetraſſē. Ego acceptum puerū attuli ratus alicuius illum domeſticorū eſſe: non autem illius generis. Admirabar tamen q̄ uiderē auro: ueſtibuſq; ornatum. Præterea q̄ planctus exercebatur ī Harpagi domo. Atqui inter uiam ex omni oratione famuli: qui me extra urbem deduxit: mihiq; infantem tradidit: percepi eum Mandanes Aſtyagis natæ :& Cābyſis Cyro geniti eſſe filium :& ab Aſtyage iuſſum interfici: atq; is hic eſt. Hæc loquens bubulcus puerum detexit atq; oſtēdit: quem illa intuita procerū ac ſpecioſū: gēua uiri cū lachrymis āplectit: obſecrat ne qua ratione puerum exponat. Hic negare aliter iſta fieri poſſe: ſuperuenturos enim ab Harpago ſpeculatores ad rē explorandam: ſeq; niſi id exequatur miſerrime periturum. Mulier ubi uirum non perſuadet: quandoquidem inquit te nēq̄o inducere: quod ſecundum eſt facito :ſi modo neceſſitas prorſus eſt aſpici puerum dum exponitur: quoniam ego quoq; peperi: Pepi autē mortuū. Ferto hunc: & iſtū ex Aſtyagis filia tā q̄ ex nobis genitum alamus. Ita neq; tu iniurius in dominos eſſe deprehenderis: neq; nobis male conſuluerimus. Nam & hic qui obiit regale ſepulchrum nanciſcetur: & iſte qui ſuperē animam non amittet. Sanē q̄ commode uiſa ē bubulco mulier loqui ex præſenti conditione :atq; ita continuo eſſe faciendum. Igitur quem necaturus attulerat eum uxori tradidit: ſuum autē qui mortuus erat ſumens collocauit in eo uaſe: ī quo alterum portauerat. Omniq; alterius pueri cultu ornatū baiulans in uaſtiſſimo montium expoſuit: triduoq; poſt pueri expoſitionem :relicto quodam pecuariorum pro ſe illic uicario ī urbē ſe cōtulit: & ad domum Harpagi: aitq; ſeſe paratū illi oñdere pueri cadauer. Harpagus miſſis ſuos ſatellitū fide liſſis rē p eos iſpexit: ac bubulci filiū ſepeliuit. Et hic qdē īfās

humatus ẽ. Alterũ uero q̃ postea Cyrus appellatus est mulier sibi sumptũ educauit impositio illi noĩe bubulci: alio scilicet q̃ Cyro. Qui e posteaq̃ decennis extitit: huiusmodi rem quæ illi contigit palã fecit. Ludebat in hoc pago ubi boulia illa erãt: & ludebat cũ æqualibus in uia: quẽ interludẽdum cæteri pueri cũ pro rege sibi elegissent cognominatũ bubulci filiũ ipse eos muniis distinguebat: Vt alii domoꝝ structores essent: Alii satellites: Alius ut oculus regis: Alius mandatoꝝ renunciator: suum singulis honorem munusq; assignans. Hoꝝ puerorum quidam collusor Artembaris filius erat: uiri inter medos spectati: quem Cyrus q̃ iperata non fecisset: iussit ab aliis pueris cõprehendi: & cum illi paruissent multis uerbenbus affecit. Quæ puer tãq̃ se indigna passus iniquissimo animo ferẽs ubi primum dimissus est in urbem ad patrem perrexit. & quæ a Cyro pertulisset cõplorauit: non tamẽ Cyrũ nominans (nõdũ enim eius hoc erat nomen) sed filiũ bubulci Astyagis. Artembares ut erat ira percitus ad Astyagẽ ducẽs filiũ secũ cõtẽdit: & rem ĩtolerandã passum esse inquiẽs. Eiusq; humeros ostẽdens: siccine ĩdigne ait accipimur rex a filio bubulci serui tui? Audiens hæc atq; cernẽs Astyages uolens ulcisci puerũ Artembaris honoris gratia: iussit accersi bubulcũ & filium: qui cum ambo affuissent intuẽs in Cyꝝ Astyages tunc inq̃ hoc tali prẽgenitus ausus es huius filiũ uiri apud me primarii tã indignis concidere uerberibus? Cui ille istud inqt here huic ego iure feci: Pueri enim pagani: quorum hic unus erat me regẽ suum ludentes constituerant: quippe qui uidebar eis ad hoc maxĩe esse idoneus. At iste cum cæteri pueri iussis obtemperarẽt audiens dicto esse nolebat: ac me nihili faciebat: propter quod pœnas dedit. Quod si ego propterea ullo malo sum dignus: hic tibi præsto sum. Hæc loquẽte puero subiit Astyagi agnitio eius. uisaq; ẽ figura oris ĩferre ac repñtare ipsũ: & gestus esse liberalior: & tẽpus expositois cũ pueri ætate cõgruere. Hic pulsus Astyages aliquãdiu sine uoce mansit: Vixq; tãdem ad se reuersus uolens a se Artembarem dimittere: ut bubulcum summotis arbitris rimaretur. Ego inquit Artembares efficiam

ut filius quoq; tuus ob hoc nil conqueri poſſit :dimiſſo Artē-
bare :& eius iuſſo per famulos Cyro introducto bubulcū :q
ſolus erat relictus perconctatur unde puerum accepiſſet :quiſ
ue ei tradidiſſet Ille ex ipſo genitum reſpondere & genitricē
eius apud ſe eſſe. Aſtyages dicēr non bene ſibi illū conſuluiſſe:
qui cuperet ad ingentes deuenire neceſſitates :ſimulq; hæc di-
cens ſatellitibus ſignificauit ut caperent ipſum. Hic aūt cū ad
neceſſitates adduceret rē uti erat promit : ab initioq; exorſus
uera referendo deuenit ad preces petendamq; ſibi ueniam iu-
bens ut eum haberet :bubulco ueritatem elocuto : Aſtyages
pauciora iam uerba fecit. Cæterum cui ualde ſuccenſebat
Harpagum uocent ſatellitibus iubet .Quē ubi affuit percon-
ctatur Aſtyages. Harpage qua nece interemiſti quem tibi tra-
didi puerum e filia mea genitum? Harpagus ut uidit paſtorē
intereſſe noluit tergiuerſari mendacio :ne argumentis conuin-
ceret :ſed ita reſpondit. Ego poſteaq; īfātē accepi rex cogitaui
quo pacto ex animi tui ſñtia facerē :& tñ cū apud te īnoxius
extitiſſem :ne forem aut filiæ tuæ :aut tibi ipſi carnifex : eoq;
ita ſtatui agendum. Accerſito huic bubulco īfātē tradidi īqēs
te eſſe qui iuberes illum interfici :in quo dicendo mentitus ñ
ſum. Tu enim ita præcepiſti. Atq; huic dum puerū trado ex
tuo præcepto iuſſi exponeret in deſerto monte: perſtaretq; in
eo obſeruādo tātiſp dū expiraſſet cōmīatus iſti extrema quæ-
q; : niſi hæc effecta reddidiſſet. Vbi hic fecit īperata & īfās obi-
it: miſſis eunuchorum fidiſſimis rē cognoui: p eoſdemq; mor-
tuū ſepeliui. Ita res hēt rex atq; hac morte defūctus eſt puer:
& Harpagus quidē directā habuit oīonē. Aſtyages autem diſ-
ſimulata qua illi īfēſus erat cauſa ob id quod cōtigerat primū
rem ei renarrat quēadmodū ipſe a bubulco audiſſet. Deinde
ea narrata eo deuenit loquendo q puer uiueret :& bñ hēret :
qa ſic actū eſſet. Nāq; ex hoc inqt quod geſtū erat circa pue-
ægro ualde aīo fui :& a filia mea īſimulatus haud leuiter tu-
li. Igitur in bonum conuerſa fortuna mittito filium tuum ad
puerum hunc :qui recēs uenit: Præterea deſtino pro liberatōe
eius dīs immolare: quibus hic honor debetur: tu mihi adeſto

ad cœnam .Harpagus cum hæc audiſſet adorato rege : ac ſibi maiorem in modum gratulatus q̄ peccatum ſuum commode ceſſiſſet: & ultra bonam fortunam ad conuiuium uocaretur domum abiit. Quam ingreſſus properanter filium : qui ipſi unicus erat tredecim ferme natum annos mittit ad domum Aſtyagis iubens exequi quæcunq; ille imperaret. Ipſe geſtiens quid ſibi ſucceſſiſſet uxori exponit . Eius filium ubi aduenit Aſtyages mactat: conciſumq; membratim : & partim aſſum partim elixum ubi eſculentum effecit :paratum habuit dehīc ſub horam cœnæ :poſtq̄ affuerunt cum cæteri conuiuæ : tum uero Harpagus :conuiuis quidem aliis atq; ipſi Aſtyagi méſæ appoſitæ ſunt ouilla refertæ carne. Harpago autem carne filii ſui præter caput atq; extrema manuum pedumq; cætera oīa. Nam ea in caniſtro operta ſeparatim repoſita erāt .Eū poſtq̄ ſatis depaſtum illo cibo putauit .Aſtyages interrogat nunqd ſit illis oblectatus epulis . Se uero ſane oblectatum dicenti Harpago:hi quibus negocium erat datum afferunt caput filii cum extremis manuum pedumq; uelatum:aſſiſtenteſq; iubēt detegere ac ſumere quod uellet ex eis . Harpagus obtemperans ubi detexit cernit reliqas filii. Non tñ eo ſpectaculo conſternatus eſt :ſed apud ſe ipſum fuit .Et perconctāti Aſtyagi nunquid agnoſceret cuius feræ carne paſtus eſſet:ſe agnoſcēre reſpondit:ſibiq; quicquid rex ageret placere. Hoc reddito reſponſo receptiſq; reliquiis carnium domum abiit :eas (ut ego opinor):illīc collectas humaturus. Hac ultione Aſtyages Harpagum proſecutus eſt:Idem de Cyro deliberans eoſdē ex magis accerſiuit qui fuerant ipſi inſomnium interpretati .Poſtq̄ uenerunt ſciſcitatur eos quid cēſeant de uiſione ſibi agendū . Illi neceſſario fore inquiunt :ut puer ſi ſuperſtes eſſet nec hactenus periiſſet regnaret. Atqui puer & uiuit & incolumis eſt Aſtyages excipit: & cum ipſum ruri agentem pueri eius pagi regem delegiſſent :quæ faciunt qui re uera ſunt reges:ea omnia hic fecit . Nam ſatellitibus ianitoribus internunciis ac cæteris muniis inſtitutis imperium exercuit:quæ uobis quonam uidentur ſpectare : Si ſupereſt puer magi reſpondent: atque

ignauit: nulla ex quidétia cõfidito ob id: ac bonũ habeto animum: Iam non eum regnaturum iterum. Nam quædam uaticinationes noſtræ in exigua reciderunt: & uelut inſomnia in imbecillum quiddam tandem redactæ ſunt. Ego inquit Aſtyages reſpondens iſti uræ magi fere ſum ſententiæ me ſomno eſſe defunctum puero iam rege nominato: nihilq; mihi amplius eum eſſe reformidandum. Vos tamen probe conſiderãtes quænam futura ſint: & meæ domui & uobis tutiſſima conſulite. Ad hæc magi nra etiam rex inquiunt magni intereſt tuum ſtare principatum: qui ſi immutetur: & ad hunc puerũ qui perſa eſt tranſeat: nos quoq; qui medi ſumus ĩ ſeruitutẽ redigemur apud perſas: & extranei nullius erimus precii. Te uero regnante cuius populares ſumus tum ex parte imperamus: tum magnos apud te honores optinemus. Quo magis per nos & tibi & regno tuo proſpiciendum eſt: & nunc ſi quid cerneremus: quod timendum eſſet: tibi aperirmus. Verum cum in rem friuolam nunc euaſerit ſomnium: & ipſi confidimus: & te itidem confidere iubemus: & hunc ablegare puerũ ab oculis tuis in perſidem ad parentes. His auditis Aſtyages gauiſus eſt. Accitoq; Cyro hæc inquit. Fili cum ego propter quandam haud ſanam ſomnii uiſionem in te fuiſſẽ iniurius: tuo tamen ipſius facto ſuperſtes es. Nunc itaq; lætus ad perſas ito cum his quos ad te deducendum mittam. Eo perueniens parentes tuos offendes patrem nõ qualis Mitradates bubulcus: & matrem non qualis uxor eius. Hæc locutus Aſtyages Cyrum dimittit: quem ad domum Cambyſis reuerſũ acceperunt ſui parentes: & audita uehementer amplexi ſunt: ut quem ſtatim mortem obiiſſe credidẽrt. Sciſcitabãtur quonã modo ſuperſtes eſſet. Hic ſe uero ait eos antea non nouiſſe: & ob id maxime erraſſe: inter uiam tamen omne ſuum infortunium audiſſe: credidiſſe eum ſe bubulci Aſtyagis eſſe filiũ. Verum in illo itinere omnem rem geſtam ab his qui ipſũ deduxerant accepiſſe. Cõmemorabat autẽ ſe ab uxore bubulci fuiſſe educatum ſemper eam laudibus proſequens ita ut omin eius ſermõe eſſet Cyno. Quod nom accipiẽtes eius parẽtes

ut diuinus uideret perſis filius ſuus fuiſſe ſeruatus diuulgauerũt a cane Cyrum cum eſſet expoſitus fuiſſe educatũ. Vnde hæc fabula emanauit. Cyrus ubi in uirilem adoleuit ætatem: & inter æquales uirilisſimus euaſit: & idem dilectiſſimus: cõſtituit Harpagus ad eum dona mittere Aſtyagis ulciſcendi cupidus. Nam per ſeſe qui priuatus eſſet: non uidebat futuram de Aſtyage uindictam: ſed per Cyrum: cuius caſus ſimilis caſibus ipſius extitiſſet: quem cernens adultum ſibi ſocium cõparabat. Cæteꝝ ante hoc alia ab eo comparantur. Cum eſſet acerbus Aſtyages in medos: Harpagus ſingulis quibuſq; eoꝝ ſe inſinuans: primoribus perſuadet oportere Aſtyagẽ a rẽgno ſũmoueri Cyro delecto. His trãſactis Harpagus ac paratus ita demũ uolẽs Cyro apud perſas agenti ſuam aperire ſñtiam cũ aliter non poſſet utpote itineribus cuſtoditis huiuſmodi rem comminiſcitur. Exenterato quem ſertor optinuerat lepore ut nihil oĩo reſcinderetur indidit libellum: in quo quæ libuit conſcripſerat: reſutoq; uentre leporem una cum retibus tradidit uenatori cuidam ſuorum domeſticoꝝ fidiſſimo: præcipiẽſq; ſuo oꝝ cũ daret leporẽ Cyro diceret ut ipſe ſuis mãibus aperiret: idq; ſine arbitris faceret: hominem dimiſit ĩ perſidẽ. Hæc executo nuncio: Cyrus acceptum leporem aperuit: iuẽtumq; libellum qui in eo inerat legit: in hæc uerba. Fili Cãbyſis quẽ dii reſpiciunt: nam aliter nunq̃ in tantum fortunæ peruenifſes: ulciſcere nũc Aſtyagem tuæ necis auctorẽ. Quonam ex huius tu qdẽ ſtudio perieras: deoꝝ tamen beneficio & meo ſupſtes es. Quæ oĩa quẽadmodum circa te geſta ſunt opinor te olim iam reſciuiſſe: & item qualia ego ab Aſtyage paſſus ſum q̃ te nõ occidiſſẽ: ſed bubulco tradidiſſẽ. Nunc ſi mihi auſcultare uis: oĩ tu (cui Aſtyages imperat) regioni ĩperabis. Perſas ad rebellandum cum perſuaſeris ducito aduerſus medos: ad uotum tibi re ſucceſſura ſiue ego dux ab Aſtyage ad tibi occurrẽdũ creatus fuero: ſiue alius quiſpiam medorũ illuſtris. Horum enim primi quiq; ab illo ad te deficientes: Aſtyagem conabuntur euertere. Ita tanq̃ cuncta tibi ſint hic in expedito iſta exeq̃re ſiñ mora. Cyrus his auditis cõſiderabat

quonam ſollertiſſimo modo perſas induceret ad rbellādum. Cogitando tandem comperit hunc eſſe appoſitiſſimum: ut ita faceret ſcripto libello de his quæ uolebat concilium perſarum coegit. Deinde reſignato libello atque lecto ducem ſe inquit perſarum ab Aſtyage eſſe deſignatum: & nunc perſæ ait edico uobis ut præſto mihi ſitis cum ſingulis falcibus. Hoc Cyrus perſis præcepit: quorum complura ſunt genera: eorum quædam Cyrus contraxit: & a medis deficiendum induxit: ſub quibus alia omnia. Ea autem hæc ſunt arteatæ: perſæ: paſargadæ: maraphii: maſii: ſed horum paſargadæ præſtantiſſimi: in quibus & achæmenidarum cognatio eſt: unde reges perſidæ ſunt oriundi. Alii perſæ hi ſūt panthelæi: deruſiæi: germanii: atque hii omnes aratores. Alii uero pecuarii: dai: mardi: dropici: ſagartii: ubi cuncti affuerunt habentes quod eis erat præceptum: ibi Cyrus iubet locum quendam dumoſum (Erat in perſide is locus circiter decem & octo: aut uiginti ſtadiorū) totum detergant intra diem. Quo labore perfunctis perſis iterum præcipit in poſterum diem: ut lauti aſſint. Interim coactos in unum caprarum ouium boum greges patris ſui mactat: atque inſtruit tanq̄ perſarum exercitū accepturus: uinoq; ac cibariis q̄elegantiſſimis. Poſtero die ubi conuenerunt perſæ iubet eos diſcumbere in prato: atque epulari. Deinde cœnatos interrogat utrum pridianam an præſentem conditionē præoptarent. Illis reſpondentibus multum eſſe inter hæc duo interualli. Pridianam enim omnia mala habuiſſe: præſentem uero omnia bona habere. Excepit Cyrus & omnem rem denudauit inquiens. Viri perſæ ita res ueſtræ habent: uolentibus uobis mihi obtemperare: & hæc & alia infinita commoda aderunt ſine ullo ſeruitutis labore: Nolentibus uero innumerabiles quales heſternæ erumnæ. Nunc itaque obtemperando mihi efficiamini liberi: quæ bona ipſe diuīa quadā ſorte gēitus uideor ī manus ueſtras eſſe allaturus: quos non arbitror inferiores eſſe medis cum in aliis: tū uero in bellicis rebus. Quæ cū ita ſint rebellate q̄primū ab Aſtyage perſæ: ut q̄ iā pridē dedignarentur parere medis nacti præſidē libēter ſe in libertatem

uendicarũt. Hæc moliẽtẽ Cyrũ Aſtyages cum accepiſſet miſſo nuncio accerſiit. Iſte nuncium iubet renũciaſſe prius illuc uẽturum q̃ Aſtyages ipſe uelit. His auditis Aſtyages medos cũctos armat: hiſq; aduerſo numine Harpagũ præficit oblitus eorum quæ illi feciſſet. Cõparato exercitu ubi medoꝝ copiæ cum perſicis prælium cõſeruerunt: quicũq; eorum ſermonis Harpagi erant expertes præliabantur: qui uero participes ad perſas trãſibant. Pleriq; de induſtria ignauiter agebant: fugãq; faciebãt. Dilapſo turpiter medico exercitu: Aſtyages ut primũ rem cognouit minitans Cyro inquit. Ne ſic quidẽ Cyrus gaudebit. Hactenus locutus ante oĩa eos magos ſomniorũ interpretes: qui ſuaſiſſent ipſi Cyrum dimittendum patibulis affixit. Deinde reliquos medorum: qui in urbe erant adoleſcentes pariter & ſenes armat. Quibus eductis cum perſis cõfligẽſ fugatur: uiuuſq; capitur amiſſis quos eduxerat medis. Ei captiuo aſſiſtens Harpagus inſultauit: exprobrauitq; cum alia quæ homini dolerent dicens: tũ uero perconctãdo eum de cœna ſua: in qua ille ipſum carnibus filii pauiſſet: quoniam regnũ eius ad ſeruitutẽ decidiſſet: eũ intuens Aſtyages uiciſſim interrogat nunquid ipſius foret Cyri opus. Harpagus ſuum uero eſſe dicere: idq; merito quoniam ipſe ad Cyrum ſcripſiſſet: & Aſtyages eũ merito ĩprouidiſſimũ atq; iniquiſſimũ oĩum hoĩnum cõpellauit. Improuidiſſimũ quidẽ q̃ ſi facultas ei aderat ut rex efficeretur alteri tribuerit ĩperiũ: ſi modo illa per ipſum geſta eſſent: Iniquiſſimũ uero q̃ cœnæ cauſa medos in ſeruitutẽ redegiſſet. Si enim oportebat oĩo eũ cõparare alteri regnũ nec ſibi habere: ſatius futurum fuiſſe medoꝝ alicui id bonum comparare q̃ perſarum. Nũc medos q huius peccati affines non extitiſſent ex dominis factos eſſe ſeruos: & pſas qui fuiſſẽt hactenus ſerui nũc dominos effectos eſſe medorũ. Hũc ĩ modũ Aſtyages cũ qnq; & trigĩta regnaſſet ãnos: ĩgno amotus ẽ: ob cuius acerbitatẽ medi ſubiecti fuer pſis cẽtũ ac duodetrigĩta ãnos oĩ ſupra halym fluuiũ aſiæ dñati: excepto tẽpore quo ſcythæ regnauerunt. Iidem ſequentibus tẽporibus cum horum pactorum pœniteret a Dario defecerũt.

Sed prælio uicti iterum ſubacti ſunt. Perſæq; qui tunc cum Cyro aduerſus Aſtyagem rebellauerunt: deinceps aſiæ imperitauerunt. Cyrus nullo alio malo afficiens Aſtyagem penes ſe habuit quoad uita exceſſit. Ita Cyrus genitus educatuſq; regno potitus eſt: & mox Crœſum iniuriæ illatorem ſubegit: quemadmodum a me ſuperius commemoratum eſt. Quo ſubacto ita omnem aſiam adeptus eſt. Ritus quibus utuntur perſæ tales eſſe comperi. Neq; ſtatuas: neque templa: neq; aras extruere conſuetudo eſt: quinimo hoc facientibus inſaniæ tribuere: ob id ut mea fert opinio q; non quemadmodum græci ſentiunt deos ex hominibus eſſe ortos. Moris habent editiſſimis quibuſque conſcenſis mõtibus Ioui hoſtias immolare omnem gyrum cæli Iouem appellantes. Soli lunæque ſacrificant: & telluri: & igni: & aquæ: & uentis: quibus ſolis gubernantur. Ex omnibus diebus præcipue honorandũ cẽſent ſuum cuique natalem. Vino perſæ magnopere temperant. Eiſdem nec uomere coram alio: nec urinam facere licet. atque hæc ita obſeruantes: tamen cuiuſcunque generis uoluptatibus: quas audierĩt frui ſtudent: liberos a quinto eorum anno incipientes uſque ad uiceſimum tribus duntaxat rebus inſtituunt equitare: Arcu ſagittas excutere: uera loqui. Ante q̃nquennium filius in conſpectum patris non uenit: ſed apud fœminas degit quod ea gratia ſic fiẽt: ut ſi inter educationem decedat nullam e dãno afferat patri moleſtiam. Equidẽ hunc morem laudo. Laudo item illum ne ob unam tantum cauſã liceat neq; ipſi regi occidere quempiam: neque alicui aliorum perſarum quicq̃ atrox agere ĩ aliquem ex ſua familia: eiſdem quæcunque facere fas non eſt ea: nec dicere. Turpiſſimum dicitur apud eos mentiri. Secundo loco creditum debere: & ĩ flumen uel mingere: uel ĩpuere: uel manus abluere: aut aliud quippiam facere. Flumina religioſiſſime omnium uenerãtur: perſarum nomina in eandem litteram uniuerſa exeunt: quã dores appellant ſan: Iones ſigma. Mortuus ab eis non prius humatur q̃ aut ab alite: aut a cane trahatur. Atque hæc ita tranſiguntur. Cyrus poſteaq̃ omnem continentẽ ſuæ ditionis

fecit : aſſyriis bellum intulit. Aſſyriæ cum alia multa ſunt magna oppida: tum uero celeberrimi nominis ac ualidiſſimū babylon illic ubi euerſæ ab iſtis nini regio extiterat. Huiuſcemodi urbs in ingenti planicie ſita eſt forma quadrata magnitudine quoque uerſus centenum uicenum ſtadiorū in ſūma quadringentorum & octoginta in circuitu quattuor laterum urbis. Tanta eſt babylonici oppidi magnitudo: quod ita exornatum eſt: ut aliud nullam eorum quæ nos nouimus iam primum foſſa ambit alta atque lata aquæ plena. Deinde murus quinquaginta cubitorum regiorum craſſitudine: ducentorum celſitudine. Eſt autem regius cubitus q̄ mediocris tribus digitis maior. Operæ precium eſt me præter hæc diſſerē quemadmodum humus e foſſa ſit geſta & murus effectus: ut quicq; terræ in deprimenda foſſa efferebāt: ex eo lateres ducebant: quorum cum magnam uim extraxerant eos in fornacibus coquebant. Poſtea cœno utentes aſphalto feruenti per triceſimum quenque laterum ordinem ſummitates arundinū inter ſtipatas conglutinabant: & primum labra foſſæ: deinde ipſum murum ad eundem modum: ſuper quem circa oras extruxerūt dictas ſingularias: altrinſecus conuerſas: iter quas tantum intercapedinis relinquebatur: ut quadriga interagi poſſet. Eius per ambitum centum portæ ſtabant æreæ omnes cum cardinibus itidem poſtibuſque a babylone octo dierum itinere abeſt alia urbs nomine Is: ubi fluuius eſt haud magnus eiuſdem nominis: qui ſe deuoluit in flumē euphratem. Hic itaque fluuius Is una cum aqua permultos reddit aſphalti bituminis grumos: quæ aſphaltus ad murum babylonis comportabatur. Hunc autem modum babylon extructa eſt. Eius duæ ſunt plagæ: quas interfluit fluuius nomine euphrates: qui magnus: & altus: & celer ex armeniis in rubrū mare decurrit. In hunc uterq; murus lacertos exporrigit. eiuſq; incuruæ utrīq; ripæ coctilibus lateribus pro maceria prætexuntur. Ipſa urbs plena domibus eſt ternarum quaternarū q; contignationum ſecta in uias rectas cum alias: tū uero trāſuerſas: quæ ad flumen pertīgūt. Ad quas ſīgulas p nūero

uicorum portulæ factæ ſunt in maceria: quæ flumẽ ſepiebat: & ipſæ æreæ: & ad flumen idem ferentes. Et hic quidem murus lorica eſt: alter uero interior non multo q̃ hic debilior: ſed exilior. Huius babylonis multi quoque aliquando reges extitere: quorum mentionem in exponendis rebus aſſyrijs mentionem faciam: qui & muros ornauerunt: & templa: & inter eos duæ fœminæ. Harum prior quæ quinque ætatibus ante poſteriorem ſignauit uocata eſt Semiramis. Hæc per planicie aggeres extruxit ſpectaculo dignos: cum antehac flumen eã oẽm reſtagnaſſ ſolitus eẽt. Poſterior regina Nitocris nomĩe extitit ſuperiore ſolertior. Cuius cum alia monumenta extiterẽt: quæ ego commemorabo: tum uero hoc quod animaduertens imperium medorum ingens ac pacatum: ſubactaque ab his multa oppida: & inter hæc ninum præmuniuit ſe omnibus q̃ potuit maxime: ante omnia fluuium euphratem: qui prius mediam ipſorum urbem interfluens rectus erat tortuoſum reddidit foſſis ſuperius depreſſis: adeo ut quendam aſſyriæ pagum nomine ardericca ter influat: & qui nunc e mari per euphratem babylonem uerſus ſubuehuntur: ter ad hunc eundem pagum applicent: idque triduo. Et hunc quidem talem reddidit. Aggerem uero ex utroque fluminis labro aggeſſit uiſu mirandum. Tantæ eſt & magnitudinis & ſublimitatis: Multo ſupra babylonem aliquantulum ſeorſum a flumine effodit paludis eluuiem profunditate quidem ad aquam ſẽperducta: latitudine uero eius quoquo uerſus trecentorum uiginti ſtadiorum. Hæc foſſitia huius ad fluminis ripas aggeſta eſt: quem locum ubi depreſſit crepidinem ambitus eius lapidibus induxit. Hæc duo ut flumen flexuoſum: & lacuna tota foſſa ideo fecit ut fluuius per multos anfractus retentus ſedatior mearet: & nauigationes in babylonem eſſent tortuoſæ: & ex ipſis nauigationibus longus ambitus lacunæ exciperetur. Ad hæc quæcunque erat regio ad inuadendum opportuna: & compendiaria ex medis uia hanc interſepit ne medi cõmercio aſſyrioꝝ ipſius negocia cognoſcerẽt. Et hæc quidẽ ex ꝓfũdo circũiecit. Cæteꝝ ex eis talẽ fecit cõmunitionẽ.

Cum ſit urbs in duas dirempta ſgiones fluuio mediũ tenẽte: quotiẽs aliquis ex altera ĩ alterã regionẽ trãſire uolebat ſub ſgibus ſuperioribus: Is neceſſe habebat nauigio tranſire: quod erat ut reor ſane odioſũ. Huic rei iſta proſpexit ſiquidẽ ubi effodit effluuiũ lacus aliud opere eodẽ monumẽtũ ſui ſliquit. Saxa prægrãdia præcidit: quæ ubi in expedito fuerũt: & locus depreſſus in locũ ipſũ: quẽ depreſſerat oẽm fluĩs curſũ auertit. Dũ hic locus effoſſus ĩpletur: interea priſtino alueo arefacto oras fluminis ĩtra urbẽ ac deſcẽſus: q̃ ex portulis ad flumẽ ferunt: extruxit coctis laterib⁹ eadẽ ratõe qua muri extructi ſunt. Extruxit itẽ circa mediã ferme urbẽ põtẽ ex iis quos effoderat lapidibus: ferro eos ac plũbo deuinciens. Hũc ſublicis quadratis per quẽ babylonii trãſirẽt ĩterdiu committebat: eaſdẽ noctu tollebat: hac uidelicet cauſa: ne p̃ noctẽ trãſeũtes mutua furta exercerẽt. Vbi lacuna repleta ẽ fluĩe & opus põtis exornatũ: tũc fluuiũ euphratẽ e ſtagno in priſtinũ reuocauit alueũ: atq; ita plus q̃ effoderat uiſa eſt nauigabilis facta: & pons in uſũ cuiũ extructus. Eadẽ regina hũc machinata eſt dolum. Supra portas urbis celeberrimas in loco edito atq; cõſpicuo ſepulchrũ ſibi cõſtruxit: atq; his litteris inſcripſit. Si cui regum babylonis poſt me futuro⁹ fuerit pecuniæ penuria aperto ſepulchro ſumat quãtũcũq; libuerit: pecuniæ dũtaxat indigẽs aliter ne aperiat. Non enim ſatius fuerit. Hoc ſepulchrũ tã diu fuit ĩmotũ: dũ regnũ puenit ad Dariũ. Is indignũ eſſe ratus ſe neq; uti quippiã his portis. Ideo autẽ nõ utebatur q̃ ſupra caput ipſius tranſeuntis mortuus ſitus eſſet: neque ſumere pecunias repoſitas: & eas ipſum prouocãtes: reſerauit monumentum: in quo non quidem pecunias inuenit: ſed litteras ita dicentes. Niſi pecunia eſſes inexplebilis: & turpis lucri cupidus: haud aperuiſſes urnas defunctorum. Talis extitiſſe hæc regina memoratur. Aduerſus cuius filium labyrintum patris nomen & aſſyriæ imperium habentem Cyrus exercitum duxit. *Ducit autem rex magnum exercitum: probe domi comparata re frumentaria atque pecuaria.* Portatur item aqua ex flumine coaſpe: ſuſa

præterfluente: quo uno ex omnibus fluminis rex potat. Cuius coaſpis aquã decoctam: & in argentea uaſa diffuſã ferétes permultæ carrucæ quattuor rotarum mulis trahentibus aſſidue comitantur quocunque ille proficiſcitur. Cyrus babylonem tendens ubi uenit ad gynden amnem: qui in montenis ortus montibus: per dardaneos in tigrim alterum amnẽ fluit: qui opini urbem præterlabens rubro infunditur mari. Conabatur hunc fluuium gynden traiicere cum non poſſit niſi nauibus traiici. Interim ei quidam e ſacris equis candidis petulanter ingreſſus fluuium tranſire conabatur: hunc fluuius uerticibus contorquens obruendo abripuit. Cyrus perq̃ ægre ferens hanc fluminis iniuriam illi comminatus eſt ſe ſic ꝛdditurum eum tenuẽ: ut poſthac facile uel a mulieribus trãſiri poteſt ne genua quidem tingentibus. Hæc minatus expeditione in babylonem intermiſſa copias ſuas bifariam diuiſit: dehinc alueos ad funiculum deſignauit centenos: & octog nos utrinque ad gyndis labra omnino conuerſos: quos diſtributis copiis effodi iuſſit. Et opus quidem ut quod a tãta multitudine fieret perficiebatur: tamen in eo faciendo eam æſtatem triuerunt. Cyrus ubi gynden mulctauit in tercentos & ſexaginta riuos diductum: & alterum uer illuxerat: Ita porro ire babylonem pergit. babyloniis eum producto exercitu preſtolãtibus. Qui ubi propius urbem ille promouit cũ eo cõflixerũt: prælioq; fugati in oppidũ ſe receperunt. Ii tamen quia Cyrum iampridem animaduerterant inquietum eſſe: uiderãt q; omnes pariter gentes aggredientem comportauerant multoꝝ ſane ãnorũ cõmeatus: Ideoq; tunc obſidionẽ nullius momẽti faciebãt. Et Cyrus cũ iã lõgo tpõre nihil admodũ ꝛs ꝓficerẽt: ĩops cõſilii erat. Tãdẽ ſiue alius ei ãxio ſuggeſſit: ſiue ipſi i mẽtẽ uẽit qd ĩ rẽ eẽt ſic ſtatuit faciẽdũ. Inſtructis uniuerſis copiis: ptĩ q̃ fluuius urbẽ ĩgredit̃: ptĩ a tergo q̃ egredit̃: præcipit ut dũ cernerent alueum poſſe tranſiri illac urbem inuaderent. Ita inſtructis atque admonitis ſuis cũm inutiliori exercitus parte abiit ad ſtagnum. Eo ubi peruenit: quæ babyloniorũ regina fecerat apud flumen: & apud ſtagnũ quod erat palus

eadem ipſe fecit. Nam reuocato flumine alueum eius priſtinum uado tranſibilem reddidit. Id tale ubi actum eſt perſæ qui ad hoc ipſum inſtructi erant per alueum unde fluuius euphrates abſceſſerat: mediorum fere femorũ tenus grauiter babylonem introierunt. Quos babylonii ſi factum Cyri prius aut audiſſent: aut ſenſiſſent: haud dubie contempto eorũ ingreſſu peſſimo exitio affeciſſent. Nam obſeratis omnibus quæ ad flumen ferunt portulis: conſcenſiſque ſeptis: ipſi ꝑ ripis ſtantes illos progreſſos ueluti in cauea excepiſſent. Nũc ex inopinato eis perſæ aſtiterunt: & cum rapti eſſent qui media urbis incolebant babylonii: propter eius tamen magnitudinem non ſentiebatur: ut fertur ab his: qui circa extrema habitabant. Sed forte quoniam dies feſtus eis eſſet exercẽdis choreis atq; oblectationibus opera dabatur: donec plane rẽ animaduerterũt. Atque ita primum capta eſt babylon. Cuius ciuitatis quanta ſit potentia cum ex aliis multis pandam: tũ uero ex hoc q̃ cum regi magno omnis plaga: cui imperat: ſit diſtributa in ipſius: atque exercitus eius alimentum: præter tributa ex duodecim quibus annus conſtat menſibus quattuor regio babylonia octo reliquis eum omnis aſia alit. Ita huius regionis potẽtia tertiam aſiæ partem æquiparat: & eius principatus: quem ſatrapiam perſæ uocant omnium prouinciarum longe eſt optimus: Adeo ut Tritæchimæ Artabazi filio: qui pro rege tributum hoc exigebat ſingulis diebus ſigulæ argenti plenæ artabæ penderentur. Eſt autẽ artaba menſura perſica capacior q̃ atticus medimnus tribus chœnicibus atticis. Ad hæc erant ei peculiares equi præter bello deſtinatos admiſſarii octingenti cum equarum quibus admittebantur ſexdecim milibus. Nam ſinguli ad uicenas admittuntur. Præterea canum inditorum tanta alebatur multitudo: ut ad præbenda eis cibaria quattuor in eadem planicie magni uici attributi eſſent aliorum tributorum immunes. Atq; hæc præſidis babylõis peculiaria erãt. In aſſyrioꝝ terra paꝝ pluit: quod ĩ ea frumẽti germiat: Id demũ ẽ: quod ex fluĩe irrigat. Irrigat ãt ſeges & frumẽtũ ꝓuẽit: ñ quẽadmodũ ĩ ægypto fluĩe ſua ſpõte

in rura aſcendente :ſed manibus atque ſcrobibus irrigatum. Etenim babylonica regio omnis quemadmodum ægyptiaca diſtinguitur in foſſas: quarum maxima nauibus tranſiri põt ad ſolem hybernum uergens ex euphrate exiens in tygrim alterum flumen iuxta quod urbs ninus ſita erat. Hæc ſgio omniũ quas nos uidimus longe optima eſt duntaxat ferẽdo frumento. Nã in arboribus ferendis :ficu: uite: olea nequaq̃ de principatu contendit. Cereris autem fructu procreando adeo ferax eſt :ut nunq̃ non fere ducena reddat: & ubi præſtãs bonitate ſe uincit etiam ad tricena. Quaternum fere digitorum latitudíe triticeis arq; ordeaceis foliis. Milii uero ac ſeſami ꝓceritatem inſtar arborum :& ſi mihi compertam: tñ memoraſ ſupſedeo: ꝓbe ſciens his q nũq̃ babyloniam regionẽ adierũt: quæ de frugiferis dicta ſunt perq̃ incredibilia uiſum iri. Oleo neutiq̃ utũtur niſi quod ex ſeſamis faciunt. Sunt eis paſſim per omnem regionem palmæ ſua ſponte naſcentem pleræq; fructiferæ: ex quibus & cibos & uinum & mel conficiunt curantes more ficorum. Harum ut aliaꝝ arboꝝ græci maſculas uocant :quarum fructum his quæ palmulas ferunt alligant: ut illinc prodiens culex palmulas penetrans cogat matureſcer alioquin occaſuras. Maſculæ enim in fructu culices ferunt: quemadmodum caprifici. Venio ad id quod ex omnibus quæ de ea regione ſecundum ipſam urbem mihi ſummo miraculo eſt diſſerendum. Nauigia illorum quæ per flumen commeãt babylonem omnia ſunt orbiculata: atque coriacea: quæ pecuarii armenii: qui ſupra aſſyrios incolunt ex cæſis ſalicibus faciunt: inſtruuntque pellibus nudo illarum extrinſecus poſito in modum ſoli :neque puppe diſcreta: neque prora acuminata :ſed in ſpeciem clipei magis orbiculata. Tale nauigium ſtramentis ſtipatum fluuio deferendum permittunt: cum aliis rebus: tum uero doliis e palmularum uino onuſtum dirigentibus illud duobus uiris ſtantibus cũ totidẽ palis: quorum alter introrſum palam trahit: alter exterius pellit. Fiunt autem nauigia hæc & magna admodum: & minora: quorum maxima quæque ferũt pondus qnq; miliũ talẽtorũ

ſingula ſingulos aſinos uiuos intus habentia: maiora & iam plures: In quos illi poſtq̃ nauigantes babylonem peruenerẽt: onuſq; diſtraxerunt: lignaq; nauigii: atq; oĩa ſtramẽta addixerunt: pelles congerũt: & eos in armeniam agitant. Aduerſo enim flumine nauigari præ illius rapiditate ullo pacto poteſt. Qua ex cauſa non ex lignis: ſed ex pellibus nauigia fiunt. Iidẽ ubi aſinos agitando in armeniam redierunt: alia ad eundem modum nauigia cõparant. Et naues quidẽ eo⁊ tales ſunt. Amictu autẽ tali utuntur. Duabus amiciũtur tunicis: una linea uſq; ad pedes demiſſa: Altera ſuper hanc lanea: poſtremo cãdida & breui penula circundantur. Calceos gerunt gentis moꝝ ſoleis thebanis ſimillimos. Capita habẽtes comata mitris rẽdimiunt unguẽtis toto corpe delibuti: ãnulũ ſignatoriũ ſinguli geſtãt: & ſcepta⁊ effabre factũ: cui ſupſtat aut malũ: aut roſa: aut lilũ: aut aquila: aut aliud quippiã. Nã abſq; inſigni geſtare ſcepta⁊ ipſis nefas eſt. Atq; hic eorum corporis ẽ cultus. Leges uero quæ cõſtitutæ ab ipſis hæ ſũt. Vna quidẽ prudẽtiſſima: Altera aũt quãtũ ego ſentio: qua enetos ex illyriis audio uti per ſingulos pagos: Semel quotannis iſta fiunt. Vbi uirgines effectæ ſunt nubiles eas congregãt: & uniuerſas unũ in locũ conducunt: quas circũſiſtente uiro⁊ frequentia ſurgẽs præco ſigillatim uẽdit: ſed primũ pulcherrimã omnium: ſecundũ hãc ut q̃plurimo uẽditur auro: Aliã euocat: quæ poſt illã eſt ſpecioſiſſima. Vẽdũtur aũt in contuberniũ: quarum pulcherrimas quaſq; babylonii: qui locupletes: & idẽ cælibes ſũt mercantur ut quiſq; licitãdo alte⁊ ſuperat. At ex plebe qui ſunt cælibes his nõ ẽ opus pulchra forma: ideo pecunias ac turpiores accipiunt uirgines. Nã præco ubi uirginũ ſpecioſiſſimarũ peregit uenditionẽ: excitat deformiſſimã ſi quis illo⁊ mercari uolẽs exiſtat: edicitq; qſq; uelit q̃minimo auri ſũpto: eã in matrimoniũ habere: donec illi qui minimo contentus ẽ fœia addicit. Ita aurũ ex ſpecioſis uirginibus conficit: & per eaſdẽ cuicũq; uolẽti deformes ac debiles collocãt. Qua⁊ nullã cuiq; ẽptori fas erat ſiñ fideiuſſoribus abducer̃: ſed datis fideiuſſoribus de cõtubernio uxoris: ita demũ licebat abducere: ſi

de hoc non cõueniebat lex lata erat ut aug ille rdhiberet. Qui & ex alio pago uenientibus licebat uxorem mercari si uellent. Hæc apud eos honestissima lex erat: quæ tamen non perseuerauit. Nouissime aliud quiddam excogitauerunt ne quis fœminas iniuria afficiat: neue quis aliam in urbem abducat. Nã posteaq̃ expugnati male accepti sunt: rẽq; domesticã absumpserunt: unusquisq; plebeius ob uictus inopiã filias suas adigit ad quæstum corpore faciẽdũ. Alteram item sapienter cõdiderũt legem languẽtes efferendi in foro. Neq; enim medicis utuntur: ut de illorum languore consulant qui eos adeunt: si quis & ipse eundem passus est morbum: aut alium uidit patientem. Hæc uiri qui illos adeunt consulunt: hortãturq; ad ea quæ ipsi faciendo effugerint similẽ morbum: aut alium nouerint effugisse. Nec fas est cuiq̃ languentes præterire silẽtio: nec anteq̃ explorauerit quonam laboret ille languore. Sepulchra eisdẽ in melle sunt: luctus funebris illi ægyptiorũ persimilis. Quotiens cũ uxore miscetur uir babylonius adhibito thimiamati assidet: & ex aduerso mulier idem facit. Sub diluculum abluuntur ambo: nullum uas priusq̃ se abluerint tacturi. Eadem & hæc arabes faciunt. Hæc sunt babyloniorũ instituta. Quorum tres sunt familiæ: quæ nullo alio nisi piscibus uictitant. Quos captos ubi arefecerunt ad solem hoc faciunt. In pilam deiiciunt ac pistillis pinsunt. Deinde linteis conseruant: unde quisquis uult cõspergit: offamq; facit: quã ĩ modum panis torreat. Cyro post hanc gentẽ ab eo subactã: incessit cupido massagetas in suam potestatem redigẽdi: quæ gens fertur & magna esse & robusta ad auroram solisq; ortũ sita trans araxem fluuiũ e regione issedonorum uitorũ. Sũt qui dicant eam scythicæ nationis. Araxes istro maior: & idem minor esse memoratur: & in eo frequentes insulæ lesbo pares magnitudine: & hoïes: qui illos incolunt æstate uesci radicibus quibuscunq; : quas ipsi euellũt. Arborum autem fructus quos maturos comperiunt in cibum reponere: quo per hyemem uescantur. Apud eos etiam inueniri arbores talem fructum ferentes : qui iactus in ignem ab his : qui ad

ſe calefaciendos conuenerunt foco circūſedentes īcenſo igne ſic ebrios reddit odore ſuo: ut uinum græcos. Et eo uehemē/tius quo plus eius fructus fuerit iniectū quoad cōſurgatur ad tripudiandum ac perueniatur ad cantū. Atq; hæc ferē eorū eē uiuendi cōſuetudo. Araxes porro fluuius a mantienis quidem unde & gyndes: quē Cyrus ī trecētos ac ſexagīta deduxit riuos fluit: ſed p ſexagīta ora prūpēs: quæ uno excepto ī paludes: eluuieſq; euoluitur: ubi ferūt hoīes hītare: qui crudis uictitēt piſcibus: & p ueſtibus utātur uitulor̄ marinor̄ pellibus. Re/liquū illud perapertum fluit in mare caſpium: quod mare p ſeſe eſt: nec ullo cum alio commiſcetur. Nam & illud quod græci omne pnauigāt: & id quod extra colūnas uocat atlāticū & rubr̄ idē ē mare. Caſpiū uero alter̄ ac per ſe ipſū eſt lōgi/tudīs qndecim dier̄ curſu nauis quæ remis utat: latitudinis ubi ſpatioſiſſimū ē octo dier̄: qua ex pte ad ueſperum uergit caucaſo prætētū mōte tū maximæ uaſtitatis cū ſūmæ altitu/dinis: multas atq; ī ſe omnifarias gētes hñte: ac pleraſq; oēs agreſti materia uictitātes: ubi arbor̄ frōdes his quæ ſūt apud nos ſimiles ferūt eſſe: quibus contuſis & aqua dilutis illi ani/malia ſibi per ueſtes īſcribere dicūt: eaq; aīalia nunq̄ eluī: ſed perinde atq; ab initio eſſent ītexta ſic cū reliqua lana uetera/ſcere. Horum quoq; hominū cōcubitus ſicuti pecor̄ in pro/patulo eſſe: & ad ueſperam quidē uergēs hoc mare: quod ca/ſpiū uocat caucaſus cohibet: qua uero parte uergit ad aurorā orientemq; ſolem planicies excipit proſpectu immenſæ ma/gnitudinis. Quam ſpacioſam planiciem non ex min ma par/te maſſagetæ poſſident: quibus bellum Cyrus inferre cupiebat multis ac magnis ſollicitatus incitatuſq; cauſis. Primum ſua genitura: quod uidebatur maius quiddam homine eſſe. Se/cundo loco felicitate qua fuerat uſus aduerſus hoſtes. Quā/cunque enim gentem Cyrus inuaſerat: ea gens nullo pacto potuerat euadere. Erat autem maſſagetarum regina defun/cto uiro Tomyris nomine: Ad quam in coniugiū petendam Cyrus miſit uerbo dūtaxat uolēs eā hēre uxorē. Aīaduertēs illa ñ ſe ī cōiugiū: ſed rēgnū maſſagetar̄ peti: acceſſū Cyro ītdicit:

poſtea Cyrus cum dolus non procederet: progreſſus uſq; ad araxē apte īfeſto cū exercitu ī maſſagetas tendit. Flumen pō tibus iungit: quibus copias traiiciat factis ex nauibus turres deſuper ædificans. Ad quē ī hoc labore occupatū Tomyris caduceatorē miſit: qui diceret. Rex medoꝝ deſine incūbere in quæ incūbis neſcius an iſta quæ cōſtituiſti tibi cōducibilia erīt. Omiſſo īcepto apud tuos ipſius regna: & nos ſine finiū: quoꝝ ſumus principes eſſe. Veꝝ tu admonitionibus his uti noles: & oīa malles q̄ ociū. Quod ſi tantopere affectas laceſſeī maſſagetas: fer quā ſuſtines erūnā: ſed deſiſte iungere fluuium a quo nobis tridui itinere digreſſis traiicito in noſtrā regionē. Aut ſi mauis nos excipere in uſram tu hoc idē facito. Hæc ubi Cyrus audiuit accitis perſaꝝ primoribus coactiſq; ī medium rē proponit cōſulēs utrū ſibi agēdum cōſtituerēt. Illoꝝ in idē conuenere ſñtiæ iubentiū recipi in ipſoꝝ regionē cū ſuo exercitu Tomyrim. Quā ſñtiā Crœſus lydus cū adeſſet improbat ī contrariū diſſerens his uerbis. Eq̄dē tibi rex & antea dixi quādoquidē Iuppiter tibi me tradidit: quicquid aīaduertero errati in tua domo: id oē me ꝓ uiribus auerſuꝝ. Nā meæ ruinæ & ſi ingratæ: mihi tñ extitere diſciplinæ. Si tibi eſſe uideris īmortalis & eiuſmodi exercitui præeſſe: nihil eſt opus ut meam tibi dicam ſententiam. Sin uero te quoque agnoſcis hominem: & iſtis eiuſmodi præeſſe: illud in primis diſcito humanarum rerum circum eſſe: qui rotatus ſemper eoſdem fortunatos eſſe non ſinit. Ideoq; de hac quam propoſuiſti re ſecus ego atq; iſti ſentio. Si enim hoſtes in terram noſtram uolemus excipere: Id tibi ex hoc periculū erit: ne fugatus omne amittas imperium: quia haud dubie uictores maſſagetæ non ſe retro fuga recipient: ſed tuas prouincias adorientur. Victor autem tu non adeo multum uincis: q̄ multum ſi traiiciens in terram illorum uictis maſſagetis inſtabis fugientibus. Hoc enim pro illo ſubſtituo conſilium: ut uictor hoſtium recta pergas ad ſubigendū Tomyridis rḡnū: & qdē ſiñ duce. Deforme ē. n. atq; ītolerabile Cyꝝ Cābyſis filiū mulieri cedētē detrectaī pugnā. Itaq; mihi placet traiectis copiis procedere:

eouſq; dū illi ī occurſū ꝓdeāt: atq; dehīc ita faciēdo daī operā ut illos ſuperemus. Nāq; ut ego audio maſſagetæ bonorum ſunt perſicorū inſueti: & magnoꝝ cōmodoꝝ exptes. His ergo uiris propone ī noſtris caſtris ſtructaꝝ affatī epulaꝝ magna ui pecorum īterfecta: cū magna & ui poculoꝝ uini meri atq; omnis cibariorum generis. Hoc ubi fecerimus ībecillimis quibuſque militum ibi relictis cum reliquis ad flumen nos recipiamus. Quibus tantis bonis illi conſpectis: niſi me fallit opinio: ſe ad ea cōuertent. Vnde nobis ſupererit facultas magnas res perpetrandi. Atq; hæ quidē in diſcuſſionē uenere ſententiæ. Cyrus autem priori repudiata: Crœſiq; probata ſē/tentia indixit Tomyri ut retrocederet: utpote ſe aduerſus illā traiecturo. Illa quēadmodū a prīcipio ſpopōderat regreſſa ē. Cyrus in Cābyſis filii ſui cui regnum tradebat manus præbuit Crœſum: ac maiorē in modū ut hoīem honore beneficiiſq; proſequerētur: præcepit ſi ſua aduerſus maſſagetas traiectio ñ recte cederet. Hæc ubi præcepit eoſq; remiſit in perſidem: ipſe cum copiis ſuis flumē traiecit. Tranſmiſſo Araxe ubi nox ad/uenit uidit per quietem talē uiſionē. Videbatur Cyrus ī ſōniis cernere maximū natu filioꝝ Hyſtaſpis habētē ī humeris alas: quarum altera aſiam: altera europam inumbraret. Erat Hy/ſtaſpi Achaemenidi Arſameni filio ex liberis natu maximus Darius: tunc ferme uiceſimum ætatis annum agens ī perſide relictus ꝙ non maturus militiæ eſſet. Experrectus Cyrus uiſū ſuum ītra ſe retractabat: quod cum ei magni momenti uide/retur uocato Hyſtaſpi: remotis arbitris īquit: Filius tuus Hy/ſtaſpes mihi atq; regno meo īſidiati deprehenſus eſt. hoc un/de proculdubio nouerim per me noſcas licet. Dii mihi ꝙ mei curam gerunt: quæcūq; euētura ſunt oſtendunt. Siqui/dem proxima nocte ītер quietem uidi liberorum tuorum na/tu maximum ī humeris habentem alas: quarum altera aſiam altera europam īumbraret. Ex quo uiſo nulla tergiuerſatio eſt quin ab illo mihi tendantur īſidiæ. Quapropter tu q̄ra/ptiſſīe ī pſidē ruerter: facitoq; ut cū ego ſubactis maſſagetis il luc rediero: filiū tuū mihi iſtas ad cauſā dicendam. Et Cyrus

quidē hæc locutus eſt ſcilicet q; ſibi iſidiari Dariū ſuſpicabat. At dæmō ei portēdebat ipſū ibi mortē oppetitur & eius rgnū ad Dariū eē puētur. Rndēs illi Hyſtaſpes abſit iqt rex ut qſ/ piā uir gñe perſes tibi moliat inſidias. Qui ſi quis ſit: is prio quoq; tempoꝛ morte mulctetur. Tu enim perſas ex ſeruis li/ beros: ex ſubditis aliorum hominum dominos effeciſti. Quod ſi qua tibi uiſio filium meum indicat rebus nouis cōtra te ſtu/ dentem: ego tibi eum exhibeo pro tuo arbitratu utendū. Hoc rddito reſpōſo Hyſtaſpes atq; Araxe traiecto ꝓgreſſus unius diei iter: quæ Crœſus admonuerat exequitur: relictiſq; illic imbelli parte copiarum mox cum expedita manu ad Araxē reuertitur. Hos ita relictos ex Cyri exercitu aggrediens tertia maſſagetani exercitus pars ſeſe defenſantes interimit. Eadem conſpecto epularum apparatu poſt aduerſariorum cædem ad epulandum diſcumbit: refertaq; cibo ac uino ſoporatur: ꝓſæ ſuperuenientes horum multos occidunt: multoq; plures ui/ uos capiunt: cum alios: tum uero ducem eorum reginæ To/ myridis filium: cui nomē erat Spargapiſes. Tomyris cognito exercitus ac filii ſui caſu miſſo ad Cyrum caduceatore ita iqt. Inexplebilis cruoꝛ Cyre ne ſpiritus tollas ex hoc quod actum eſt. Si fructu uicino: quo ipſi diſtenti adeo deſipitis: ut deſcē/ dente ī corpus uino improba a uobis uerba fundantur. Tali ueneno filium meum uiciſti dolo nō prælio ſuperior. Quare meum admitte conſilium bene tibi conſulentis. Abi reddito mihi filio ex hac rgione ferens impune q; tertiā maſſagetarū partem profligaſti. Quæ niſi feceris per ſolem iuro maſſa/ getarum dominum ſore ut ego te & ſi inſatiabilem cruore: tñ ſatiem. Hæc uerba ad ſe perlata Cyrus pro nihilo habuit. Fi/ lius reginæ Tomyridis Spargapiſes: ubi uino laxatus didicit ſe in malo eſſe exorauit a Cyro ut uinculis ſolueretur: Statīq; cum ſolutus eſt ac manuum compos effectus ſe ipſum ite/ remit. Atq; hic quidem talem obiit mortem. Tomyris autem quando Cyrus ipſam non auſcultaret: contractis ſuis copiis ita conflixit cum Cyro: ut hāc pugnam ex omnibus quæ ītер barbaros extiterunt acerrimam cenſeam extitiſſe: quamq; ita

geſtam fuiſſe accipio. Primum utroſq; ſpatio inter ſe diſtantes ſagittas egiſſe: deinde ſagittis abſumptis concurrentes lāceis pugionibuſq; fuiſſe conſertos: ac diu pugnantes perſtitiſſe neutris fugere uolentibus: ad extremū maſſagetas ſuperiores extitiſſe: ibiq; cum per magnam exercitus perſici partem: Tum uero Cyrū ipſū occubuiſſe: cū unum de triginta oīo regnaſſet annos. Cuius cadauer inter cæſorū perſarū ſtragem Tomyris exquiſitū cū inueniſſet: caput in utrē demiſit: quē humano cruore cōpleuerat: mortuoq; inſultans inquit. Tu qdem meū uiuentis & ī pugna uictricis filiū perdidiſti dolo capt̄ū. At ego te prout interminata ſū cruore ſaturabo. Hæc de Cyri uitæ exitu de quo cū multa referāt̄: is q mihi maximū ueriſimilis uidet̄ a me cōmemoratus ē. Maſſagetæ & amictū gerūt: & uictū hñt ſcythico ſimilē: ex eqs præliāt̄: & pedibus. Vtroq; enim genere ualent: ſagittarii itē atq; haſtati ſangares. hoc ē pugiones e more geſtantes. In oībus auro utētes & ære. Vtuntur nanq; ære in oībus quæ ad haſtas: ad pharetras: ad ſangares pertinent. Auro autē in cūctis quæ ad capitis: ad balteorū: ad axillarū ornamētū ſpectāt. Equorū itidē pectoribus æreos thoraces circundant. Circa frenū: frenaque: & phaleras aurū adhibēt. Ferro atq; argēto nihil prorſus utētes: quorū in regionē cū īmenſa ſit auri atq; æris copia: ferri tamen atq; argenti nihil eſt. Moribus his utūtur. Singuli quidē uxorē ducunt: ſed ea cōiter utuntur. Nam quod græci memorant facere ſcythas: id non ſcythæ faciūt: ſed maſſagetæ. Siquidem uir maſſageta quotiēs libidīe capit̄ mulieris: ſuſpēſa ad plauſtrum pharetra ſine pudore concūbit. Terminus uitæ nullus eis propoſitus eſt: ubi quis admodū ſenuit: eū cōueniētes pximi qque cognati īmolāt: & cū eo aliquot pecudes: quarum carnibus pro epulo ubi decoxerunt ueſcuntur: quod genus obitus apud eos beatiſſimū habetur: lāguore extinctos non edunt: ſed terra operiūt loco dānī putātes: q ad immolationem non uenerīt. Nihil oīo ſerunt: pecoribus uictitant piſcatuq; qui eis abunde ex araxe fluuio ſuppeditat: ac lacte quod potitant. Ex dīis unū Solem uenerantur: cui equos īmolāt.

Hic autē ē eis mos ſacrificādi: ut deoꝝ perniciſſimo e pecorī/bus omnibus perniciſſimum mactent.

Herodoti Halycarnaſei Hiſtoriarum Liber Secundus.

Yro uita functo regnum ſuſcepit Cāby/ſes eius filius & Caſſādanæ Pharnaſpo genitæ: quā añ uiꝝ defūctā Cyrus & ip/ſe ingenti luctu proſecutus ē: & cæteris q̄bus īperabat lugeri præcepit. His pa/rentibus ortus Cābyſes cū iones & æoles pro hæreditariis ſibi ſeruis exiſtīaret: ad/uerſus ægyptios fecit expeditionē cōparato cū ex aliis: tū uero e græcis: quibus dominabatur exercitu. Aegyptii prius q̄ apud eos ignaret Pſāmiethicus: oīum hōium ſe priores extitiſſe ar/bitrabantur. Verum Pſammiethico regnū adepto cum inceſ/ſiſſet cupido noſcendi qui iā primi hoīum extitiſſēt: ex eo tē/pore putauerī phrygas q̄ ſe priores extitiſſe: ſe uero q̄ cæteros. Enīuero Pſāmiethicus ubi īciſcitādo q̄nā primi hoīum exti/tiſſēt nullū exitū īuenire poſſet: huiuſmodi rē machinat. Pu/eros duos ex hūilibus parētibus recēs natos tradit paſtori īter p/ c>ra educādos hūc ī modū iubēs neīnē corā eis uocē ullam edere ſolitaria in caſa ābos ſibi ipſis relīqui: eiſdē ī tēpoī capras admoueri: ubi lacte expleti forēt alia adminiſtrari. Hæc ideo faciebat iubebatq; Pſāmiethicus q; cupet ex pueris ubi īarti/culate uagiī deſiſſēt: audire ſi qua uox prima erūperet, put & cōtigit. Nā ubi bimatus exactū ē tēpus paſtori q hæc admi/niſtrabat aperienti ianuā atq; intranti: ambo infantes porre/ctis manibus procidentes beccus clamabant. Quod primo au/diens paſtor obticuit. Cum uero crebrius adeunti & obſeruā/ti idem uerbum frequentaretur: ita demum re domino indi/cata iuſſus ab eo pueros attulit exhibuitq;. Quos cum & ip/ſe Pſāmiethicus audiſſet perconctabatur quinam homines beccus quippiam appellarent. Hæc perconctans comperit phrygas ſic panem appellantes. Tali negocio argumentati

phrygas ſe priores extitiſſe ægyptii conceſſerunt. Quod ita actum eſſe equidem ex ſacerdotibus Vulcani: qui ſunt mẽphi audiebam. Græci tamen alia multa & inepta memorãt Pſammethicum pueros educandos curaſſe apud mulieres: quarũ linguas præciſiſſet. Hactenus de puerorum educatione referebant. Alia quoque apud memphim audiui ex Vulcani ſacerdotibus: cum quibus in colloquium ueni. Quin etiã hanc ipſarum rerum gratia & thebas & heliopolim ideſt Solis urbẽ me contuli animo cognoſcẽdi nunquid conſentanea foret his quæ memphi dicerentur. Nam heliopolitani feruntur ægyptiorum eſſe ſollertiſſimi. Atque ex iis narrationibus: quæ ad rem diuinam pertinentia audiui: ea nõ libenter enunciauerĩ: niſi ipſorum tantummodo nomina exiſtimans omnes homines idem ſentire de his: Quorum quicquid commemorabo: id oratione coactus commemorabo. Quæ autem humanarũ rerum ſunt: hæc ita referebant inter ſe conſtare omnium hoĩnum primos ægyptios annum comperiſſe diſtinguentes eum in duodecim temporum menſes. Idq; comperiſſe ex aſtris eo ſcientius ut mihi uidetur hoc agentes q̃ græci: q̃ græci quidẽ tertio quoq; anno intercalarem menſem introducunt temporis gratia. Aegyptii uero tricenis diebus: quibus duodecim menſes taxant adiiciunt huic numero quot ãnis quinos dies. Vnde eis ratio circuli temporum conſtat eodem redeuntis. Aegyptios quoq; primos duodecim deorum cognomina cenſuiſſe: & ab illis græcos fuiſſe mutuatos. Item primos diis & aras: & ſimulacra: & delubra ſtatuiſſe: quin etiam animalia ĩ ſaxis ſculpiſſe: quarum rerum pleraq; ita effecta opere demõſtrabant. Præterea primum mortalium regnaſſe Menem: ac ſub eo omnem ægyptum præter thebaicam plagam paluſtrẽ fuiſſe: ex eaq; nihil eorum: quæ ſupra ſtagnum myros extãt extitiſſe: in quod ſtagnum a mari per flumen ſeptem diebus nauigatur. Atq; de regione bene mihi dicere uidebãt. Manifeſtum enim eſt ei: qui ſi antea non audierint: tamen ĩſpexerit modo ſit ſollertia præditus. Aegyptum in quam græci nauigant acceſſionem eſſe terræ ac fluminis donum: quin &

loca ſupra ſtagnū hoc ad trium uſq; dierū nauigationem : de qua nihil amplius commemorabant. Eſt autem & aliud tale. Nā ægyptiacæ regionis huiuſcemodi natura eſt. Iam primum cum ægyptū uerſus in alto curſum tenes procul ab ea adhuc diurnæ nauigationis ſpatio patieris ſenſū ceni etiam in aqua undecim alta paſſus: quæ res declarat eatenus eſſe humi aggeſtū. Ipſius autem ægypti longitudo ſecundū mare ſexaginta ſchœnoꝝ. ideſt funiculorum: quemadmodū nos ægyptum diſtinguimus a ſinu plinthinete :ideſt lateritio uſq; ad ſtagnū Selbonidis :ad quod mons caſſius uſq; pertingit. Itaq; ab hac parte ſexaginta ſchœni ſunt. Etenim qui modicū terræ poſſident metiuntur illā paſſibus :qui minus inopes terræ ſunt metiuntur ſtadiis:qui multum poſſident paſangis : qui plurimū ſane ſchœnis. Conſtāt autem paraſangæ tricenis : ſchœni ſexagenis ſtadiis. Ita erat ægyptus ſecundū mare ſtadiorum triū miliū ſexcentoꝝ. hinc ad heliopolim mediterranea uerſus ægyptus ſpatioſa eſt :ſupina oīs & aquarū inops ſimul ac limoſa. A mari ad heliopolim eundo per ſuperiora eiuſdē pene ſpatii intereſt: cuius ab athenis illud quod ab ara duodecim deorum fert piſā:& ad delubꝝ Iouis Olympii:quæ itinera ſiquis computet ſueniet aut parum quiddā differre: quo minus paria ſint :aut non amplius quindecim ſtadiis. Nā uiæ quæ ex athenis piſā fert quindecī ſtadia deſunt: quo minus ſit mille & quingentorum ſtadioꝝ. At ea quæ a mari ad heliopolī ducit hunc ſtadioꝝ numeꝝ complet. Ab heliopoli per ſuperiora eundo ægyptus anguſta ē. Nam qua parte mons arabiæ exporrigitur ab aquilone ferens ad meridiem atq; ad auſtrum ſēper per ſuperiora pertingit ad mare: quod rubrum uocatur:ubi īſunt lapidicinæ ad pyramides:quæ ſūt apud memphim excīſæ:ab hac quidē parte deſinēs mons declinat in quæ dictū eſt. Qua uero parte productior ſe ipſo ē duorū ego audiebam menſium itineris eſſe ab aurora ad heſperū:& eius extrema :quæ ad aurorā uergūt feracia turis eſſe. Atq; hic quidem mons talis eſt. Quo autem latere aphricā ægyptus ſpectat alius mons ſaxeus extēdit: ī quo pyramides

ſunt ſabulo obſitus: eodē modo quo arabici montis tractus: q̄ ad meridiē fert. Itaq; quod ab heliopoli non ita multo⁹ ſpatiorū eſt: quod modo ægypti ſit: ſed quatuor duntaxat dier⁹ nauigatione. Aegyptus anguſta eſt īter eos: quos dico mōtes: quod intercapedinis cāpeſtris ē terra ſtadiorum ferme ut mihi uidetur qua parte arctiſſima eſt nō amplius ducentor⁹ e mōte arabico ad eum qui dicitur punicus. Illinc rurſus ægyptus laxa eſt: atq; ita ſitus regionis natura cōparatus eſt. Ab heliopoli autem ad thebas nouē diebus nauigatur ſpatio quattuor milium octingentor⁹ & ſexaginta ſtadiorū: hoc eſt unius & octoginta ſchœnor⁹: quæ ægyptia ſtadia collecta ſecundū q̄dem mare ſunt: prout a me ſuperius indicatū eſt: tria milia ſexcenta: quātū uero a mari ad thebas mediterraneum eſt indicabo. Sunt enim ſex milia ac cētū uiginti ſtadia. A thebis autem ad urbem noīe elephātinā octingenta uiginti. Huius igitur regionis: quæ a me dicta eſt pleraq; pars ut & ſacerdotes aiebant: & mihi ipſi eſſe uidebatur acquiſiticia ægyptus eſt: ſiquidē q̄ inter prædictos montes ſupra memphim urbē poſitos medium ē: uidetur mihi ſinus maris aliquādo fuiſſe: quēadmodū ea quæ ſūt circa iliū: & teuthraniā: & epheſum: & Mæandri planicie: ut hæc parua magnis cōparentur: quoniam nullū eor⁹ fluminum: quæ has regiones oblimauerunt: dignū eſt cōparari uni ex ſeptē hoſtiis nili magnitudine. Sūt & alii fluuii nequaq̄ ad magnitudinē nili: qui magna opera ediderunt: quor⁹ nomina poſſem referre: cū aluitū uero achelous: qui per acarniā fluens in echinadū inſulas⁹ mare iam eas media ex parte fecit cōtinētē. Eſt autē arabicæ regionis non procul ab ægypto ſinus maris productus ex eo quod rubr⁹ uocatur longus ita atq; arctus ut diſſerēdo oſtēdā: prolixitas q̄dē īchoādo nauigationē ex macho i āplū æquor cōſumit q̄ttuor dies remigatōis: latitudo uero ubi ſinus ampliſſīus eſt dimidiatum diē nauigationis: in quo ſinu quotidie reciprocatio aquarum: & uadoſum æſtuariū eſt. Aliū huiuſmodi arbitror ſinū in ægypto extitiſſe: quorū alter mare ad aquilonē habet æthiopiā uerſus: alter arabicū: de quo diſſerere pergā ferens ex

auſtro in ſyriam :qui pene inter ſe ſuos receſſus terminant exiguo quodã terræ ĩteruallo dirẽpti. Quod ſi in hunc arabicũ ſinũ nilus uelut alueũ ſuũ cõuertere : quid enim prohibebit aſſidue fluẽtẽ :qn intra uiginti milia annoꝝ illũ oblimet? Ego enim credo intra decẽ milia annoꝝ :qui ante me natum tranſierũt ſicubi ſiccanea facta ſunt :nimiꝝ & ſinũ ſiccineũ fieri poſſe etiã multo q̃ hic é maioré a tãto fluĩe atq; ita operoſo. Itaq; quæ de ægypto a referẽtibus audiui :ea & ipſe ita habere exiſtimo. Quippe cũ uideã & ægyptũ eſſe exporrectã a terra cõtigua :& conchylia exiſtere ĩ mõtibus ac ſalſugine exudare : quæ & pyramides corrũpat:& mõtẽ hunc:qui in ægypto imminet mẽphi harenas ſolas habẽtẽ. Præterea regioné hãc nulli alteri conterminæ :aut arabiæ:aut aphricæ:aut ſyriæ aſſimilẽ eſſe. Etenim arabiæ maritima ubi ſyri ĩcolũt pulla humus eſt: & fragilis utpote limus ex alluuionibus ab æthiopia fluĩe deuectus. Nã punicã humũ ſcimus magis puniceam eſſe: & magis ſubharenaceã. Arabicã uero atq; ſyriacã argilloſiorem: ac ſuppetroſã. Quin & id magnũ huius terræ documẽtũ aiebant ſacerdotes ſub rege Myri fluuiũ quotiẽs octo cubitis dũ minimũ influebat irrigaſſe ægyptũ:quæ ſupra mẽphim eſt: nec dum ab obitu Myris nongenti ſũt ãni ad tẽpus:quo hæc ego a ſacerdotibus audiebã. At nũc niſi ad ſexdecim : aut ad quindecim ſaltẽ cubitos aſcẽdat fluuius regionẽ nõ trãſcendit. Quæ regio ſi proportione in altũ ſurgat :& tãtũdẽ ad incrementũ tẽdat: uidẽtur mihi ægyptii utiq; hi qui infra paludem incolũt cũ alia loca: tũ uero eum qui uocat delta idem paſſuri omni futuro tẽpore. eam regionẽ nilo nõ reſtagnante : quod aiebant ipſi paſſuros aliqñ græcos. Nã cũ audirent omnem græcoꝝ terram pluuia pfundi non fluminibus ut ſuã: dicebãt fore ut decepti aliquãdo magna ſpe male eſurirẽt. Qui ſermo hoc dicere uult. græcos ſi nolit eſs deus pluer: ſed ficcitate extinctũ iri: ut quibus nihil aliud aquæ niſi tantum :quod ex Ioue ſumminiſtretur. Atque hæc quidem quæ ab ægyptiis in græcos dicuntur recte habent. Age nunc uiciſſim dicam quomodo res apud ipſos ægyptios habeant. Si ut ſuperius dicebã

quæ infra memphim eſt regio (hæc enim eſt quæ augeſcat) uelit in altum augeſcere proportione præteriti temporis quid aliud ægyptios :qui illic incolunt q̄ eſituros .Si neq; guſtare ea quæ ab ſoue ſūt:neq; a flumine r̄ſtagnari queant rura ip/ ſorum Iſti nanq; ex omnibus hominibus atq; ex omnibus ægyptiis maxime illaboratum percipiunt fructum:qui neque p̄ ſcindendis aratro ſulcis:neq; ſubigendo ſolo : neque aliud quicq̄ exercendo eorum quæ in aruis colendis cæteri mortales laborem tolerant :ſed poſtq̄ fluuius ſua ſponte ſuperueniēs irrigauit rura deſeruit :& rurſus irrigata deſeruit :tunc in ſuū quiſq; rus iacto ſemine ſues immittit:conculcatoque ſuibus ſemine meſſem deinde expectat :atq; ubi ſuibus ſemen uer/ fauerit:ita demum frumentum percipit .Quod ſi uelimus de ægypto ionum uti ſententiis :qui ſolum delta eſſe ægyptum a Perſei ſpecula appellatum :dicentes illam ſecundum mare ad peluſiaca uſq; taricheia quadraginta ſchœnorum eſſe : A mari autem mediterranea uerſus pertīgere ad cercaſoꝝ urbē : iuxta quam ſcinditur nilus in peluſium fluens :& in canobū. Cætera uero ægypti partim eſſe aphricæ :partim arabiæ oſten/ deremus hac ratione utentes nullam ægypti primitus fuiſſe regionem . Nam delta eis ut ipſi dicunt :& mihi uidetur de/ fluxa humus eſt:ac nuper ut ſic dicam extitit . Itaq; ſi nulla eis terra erat : quid curioſi ſunt putantes ſe primos homines extitiſſe:qui ne ī puerorum quidem experimentum : quā pri/ mam linguam proderent ire debebant :quos ego opinor:neq; cum loco quem delta iones uocant pariter extitiſſe:ſed ſemper fuiſſe:ex quo genus hominum extitit:progreſſuq; terræ mul/ tos ex eis reliquos fuiſſe:multos aliunde ſubingreſſos .Ideoq; olim thebæ ægyptus uocabatur .Cuius ambitus eſt ſtadiorum ſex milium :ac centum uiginti. Itaq; ſi nos de eis recte ſenti/ mus:iones non recte ſentiūt de ægypto. Sī recte iones ſētiūt: oſtendo neq; græcos:neq; iones ſcienter computare :qui cum aiunt tria membra totam eſſe terram:europā:aſiam:aphricā: quartū membrum annumerant delta ægypti .Si non ſit neq; aſiæ:neq; aphricæ. Nam ſecundum hanc rationem non eſt

nilus :qui asiã ab aphrica dísterminat:qui cum diuortia faciat circa acumen deltæ:quod in medio ẽ :id asiæ & aphricæ esset. De quo nos ionũ sẽtẽtiam missam facientes : ita sentimus . Aegyptũ quidẽ eã oẽm esse quæ ab ægyptiis incolitur:quẽadmodum ciliciã eã:quæ a cilicibus:& assyriã eã:quæ ab assyriis: sed asiæ & aphricæ scimus recta ratione nullũ esse terminũ : nisi terminos ægyptios. Si uero quod græcis persuasũ est sequemur :sẽtiemus oẽm ægyptũ:quæ a catadupis & elephãtia urbe icipit bifariam diuidi :& utrũq; cognomẽ optinere. Aliã enĩ eius partem esse aphricæ : aliã asiæ . Quippe nilus a catadupis incipiẽs mediã interfluẽs ægyptũ irrumpit in mare uno quidem usq; ad cercasoros urbẽ alueo tripartito. Deiceps quoq; alueoꝝ unus ad auroraꝫ quod peluſiũ hostiũ:alter ad uesperã tendit :quod canobicũ hostiũ nominatur. Tertius quo recta nilus meat talis est. Delatus per superiora in acutũ deltæ proficiscit : dehinc mediũ delta scindẽs ĩ mare euadit nõ minimã huic alueo portionẽ aquæ præbens:nec minime celebrẽ:quod sebennyticum hostium appellatur. A sebennytico item duo alia diuiduntur hostia in mare ferentia:quibus hæc sũt ipsita nomina:uni sauticum:alteri mẽdesiũ . Nã quæ bolbitinum & bucolicum nominãtur non sũt natiua hostia:sed defossa . Huic meæ opinioni tantã esse ægyptũ quãtã ratione demonstrau: Testimoniũ etiam dat oraculum quod ab Ammone est redditum :quod ego posterius q̃ ita in animũ induxerã circa ægyptũ audiui. Nã qui sunt ex urbe marea & apia incolẽtes ægypti fines aphricam uersus : q̃ sibi pœni non ægyptii uiderentur :q̃q; perosi sacroꝝ cerimonias nollẽt bobus fœminis prohiberi:miseruntad Ammonem negãtes quicq̃ cũ ægyptiis sibi esse cõmune . Habitare enim se extra delta : nullũq; sibi cum illis linguæ esse cõmerciũ:ac uelle sibi fas esse oĩa gustarĩ. Hæc eos deus facere non permisit:inquiens ægyptũ eam esse: quam nilus supergressus irrigaret:quiq; intra urbẽ elephãtinã incolentes ex hoc flumine potarent eos esse ægyptios. Hæc illis ita responsa sunt. Porro nilus ubi inflatus est non modo delta inundat: Verum etiam plagam:quæ dicitur aphricana

eſſe aliquotiens & arabicã :idq; utroq; uerſus duorum dierũ itinere : & amplius eo uel minus. De cuius fluſs natura neq; a ſacerdotibus quippiam neq; ab alio ullo percipere potui: cum prõptiſſimo forem aĩo ad hæc ab illis audienda cur nilus aqs inflatus deueniret inchoans intumeſcere ab æſtiuo ſolſtitio: & cẽtũ uſq; dies & prope totidẽ diebus retrocederet relinquens fluenta: ita ut per oẽm hyemem tenuis eſſe perſeueret ad ſolſtitium rurſus æſtiuũ . De his nihil omnino potui percipeř ab ægyptiis ſciſcitando nũ aliquã uĩ nilus haberet natura diuerſã a cæteris fluuiis . Hæc ego noſcẽdi cupidus eos interrogabã & cur ſolus oĩum amniũ nullas ex ſe auras ĩmitteret. De qua tamen aqua quidã græcoꝝ inſignes cũ uellẽt effici ſapientia : tri fariã diſſeruerũt: quaꝝ opinionũ duas ne mentione quidẽ dignas exiſtimo: niſi eatenus ut illas tantum ſignificẽ. Earũ una ait uentos eteſias eſſe in cauſa: ut nilus inflatur ꝓhibentes eum effluere in mare . Atqui nonnũq; eteſiæ nõdũ ſpirauerũt: cum nilus id agit. Ad hæc ſi eteſiæ cauſa foret: oporteret alia quoq; fluĩa quæcũq; eteſiis obnoxia ſunt idẽ quod nilus pati: & eo magis quo tenuiora ſũt mĩores gurgites exhibẽtia. Sunt aũt multa in ſyria: multa ĩ aphrica fluĩa: quæ nihil tale patiuntur quale patit̃ nilus. Altera opinio eſt incredibilior quidẽ q̃ hæc quæ dicta eſt : dictu tamẽ admirabilior : quæ ait illũ ꝙ ab oceano fluat iſtud efficeř: ipſũ uero oceanũ orbi terraꝝ circũfluentem. Tertia opinio ut multo modeſtiſſima : ita longe falſiſſima eſt . Quippe quæ nec ipſa aliquid dicit ĩqens e niuibus liqueſcẽtibus manare nilum : qui cũ ex aphrica per medios æthiopes fluẽs in ægyptũ euadat ex locis calidiſſimis ad frigidiſſima quantus ex niuibus flueret : de qua re multa ſane ſunt: quæ quis coniectare poſſit non eſſe credibile eum q̃ talis ſit manare de niuibus. Primũ ac maximũ teſtimoniũ phibentibus uentis: qui ab his regionibus calidi ſpirant. Secundum ea plaga : quæ ſine imbribus : & ſine glacie perpetuo eſt. Super niuem autem quæ cecidit neceſſe omnino eſt ĩtra quinq; dies pluere : ut ſi in his regionibus ningeret etiam pluereť . Tertium homines qui ab æſtu ſolis nigri ſunt: & miluii

atq; hirundines: quæ illic perennāt: grues quòq; quæ ſcythicæ plagæ hyemē fugiētes ad hæc loca ſe conferunt hybernatū. Si igitur uel quātuluncunq; ningeret in ea plaga: per quā fluit: & ex qua incipit nilus: profecto nihil tale eſſet quemadmodū arguit. At is qui de oceano loquitur ad occulta fabulā referēs caret argumēto. Neq; enī ego ullū noui fluuiū: qui eſſet oceanus: ſed hoc nomen opinor Homerꝰ aut aliquē priſcorꝫ poetarū cum inueniſſet in poeticā intuliſſe. Quod ſi opiniones quas propoſui improbātē me oportet de occultis ferre ſentētiā dicā quare mihi uideat' īpleri nilus æſtate. Hyberno tēpoꝛ ſol abſcedens a priſtino curſu ſubter hyemale ſidus meat in ſuperiora aphricæ: hoc quidē ut breuiſſime demōſtret' totum dictū ē. Etenim deū hūc ut cuiq; terræ proxime accedit: ita eam maxima ſiti afficere credibile ē: & ſcaturigines indigenarꝫ amniū arefacere. Vt autē plurnbus uerbis demonſtretur ita habet: ſol aphricæ ſuperiora permeans iſtud efficit. Nā cum omne ueris tempus ſit ſerenū in his regionibus: & ipſæ regiones ſint torridæ: quas ſol tranſiens uentos frigidos facit: quē admodū medio cælo means æſtate facere conſueuit: ad ſeſe trahit aquā: attractāq; in ſuperna abiicit loca: quā excipiētes uenti ac diſſipantes liquefaciunt hi uidelicet: qui ut credibile eſt ab hac regione flant. Auſter & aphricus multo omnium pluuioſiſſimi: q̄q̄ mihi uidetur nō oēm ſol humorē eius anni nilo remittere: ſed penes ſe ipſum reſeruare. Idē mitigata hyeme rurſus in mediū cæli regredit: atq; illinc iam itidē ex cūctis fluminibus trahit humorē: quæ fluīa mox multarꝫ aquarum imbre cōmixto terram madefaciente utiq; lacunoſam magna decurrunt. At æſtate cum deſtituātur ab ībribus & a ſole attrahantur: exiliora ſunt. Nilus aūt q imbribus caret cum attrahitur a ſole: merito ſolus fluuiorꝫ eo tempore fluit multo exilior q̄ ſolet per æſtatē. Tūc enim peræque attrahitur atque ceteræ aquæ: per hyemē uero ſolus attrahitur. Ita ſolem cēſui huius rei eſſe cauſam. Idem mea ſententia auctor eſt aereæ ſiccitatis in ea regione dum exæquat trāſitum ſuum: Ita ſēper aphricæ ſuperiora æſtas optinet. Quod ſi finium ac cæli ſitus

immutaretur: ut ubi nunc aquilo ſitus eſt & hyems: ibi auſtri ſitus eēt & meridiei. & ubi auſter: illic aqlo collocatus eēt. Si hæc ita hērēt: pfecto ſol amotus e medio cælo ſub hyemē & aqlonē mearet ſupra europā: quēadmodū nūc ſupra aphricā ptrāſiēſq; nobis oēm europā faceret (Opīor) eadē ī iſtro: quæ nunc facit ī nilo. De aura āt quæ nulla e nilo ēfflat: hoc meā fert opīo cōſētaneū eē e locis ualde feruidis nihil ſpiraſ auræ: quæ ab aliquo frigido loco flare gaudet. Verū hæc ita ſīt quēadmodū & ſunt & ab initio fuere. Nili tamen fontes nemo neq; ægyptioꝝ: neq; græcoꝝ: neq; aphroꝝ: cū qbus ī colloqū ueni ſe noſſe profeſſus eſt: præter ſcribam ſacrarum Mineruæ pecuniarum apud ægyptum in urbe ſai: qui mihi iocari uidebatur affirmans ſe id proculdubio noſſe. Sic autem dicebat geminos eſſe montes cacuminibus in acutum tendentibus inter ſyenem poſitos urbem thebaidis & elephantinam: quorum uni nomen eſſet crophi: Alteri mophi: & ex eo medio nili fontes abyſſos: hoc eſt immenſæ altitudinis emanare. Cuius aquæ dimidium ægyptum uerſus & uentum aquilonem flueret: reliquum dimidium æthiopiam uerſus atque auſtrum. Quod autem abyſſi forent fontes aiebat Pſammetichum ægypti regem periculum huius rei feciſſe: qui funibus multorum milium paſſuum connexis: & in fontes demiſſis: tamen ad fundum non deueniſſet. Scriba hic ſi modo geſta fuerant quæ dicebat affirmando faciebat ut ego opinarer uortices quoſdam illic eſſe rapidos: ac refluxus quēadmodum præcipitantis e montibus aquæ nequit funis ad explorandum demiſſus puenire in fundū. Aliud ab ullo audire non potui: niſi cum ipſe inſpiciundi gratia ad elephantinam uſque urbem profectus ſum: quiddam longiſſimæ narrationis: quod ex fama illic iam inquirendo accepi eum ab urbe elephantina ad ſuperiora eſſe locum accliuem: ubi neceſſe ſit nauigio utrinque alligato tanq; boue pergere: & ſi funis abrumpatur abire nauigium rapiēte fluminis īpetu. Abeſſe autē hūc locum ultra quattuor dieꝝ nauigationem: eſſeq; ibi nilum tortuoſum ueluti mæādrū: &

duodecim ſchœnoꝝ: quibus hūc in modū nauigaſ oporteret: & poſtea peruenire planū in locū: ubi ſit inſula nilo circūflua nomine tachompſo ab elephantina deſuper iam æthiopes incolere: & dimidium inſulæ: Nam alterum dimidium incoleſ ægyptios: Inſulā contineri ingenti ſtagno: accolentibus circū æthiopibus paſtoribus: in quod e nilo ſubuectus peruenias ī alueum: quī in ſtagnū diffunditur. Deinde egreſſus itinere pedeſtri quadraginta dierū pergas propter flumen. Nam in nilo acutos ſcopulos exiſtere & ſaxa frequentia: per quæ nauigare non licet. Peragrato quadraginta diebus eo loco alteꝝ rurſus īgreſſus nauigium duodecim diebus ſubueheris: dum ueenias in oppidum magnum nomine meroem: quæ fertur aliarum urbium eſſe metropolis: Cuius incolæ ſolos deorum colunt Iouem & Liberum: eoſq; magnopere uenerantur. Ioui etiam conſtituerunt oraculum: cuius reſponſis poſteaq̄ iubēt & quocunque iubentur eo ſumant expeditionem. Ab hac urbe intra tantundem temporis: intra quantum ad ipſam ex elephantina peruenitur nauigando peruenias ad tranſfugas: quibus nomen eſt aſmach: quod uerbum græca in lingua idē pollet: quod ſiniſtræ regiæ aſſiſtentes. Iſti cum eſſent ægyptii bellatores ducenta & octo milia ad hos æthiopes tranſiere hac de cauſa. Sub rege Pſammieticho fuerant in præſidiis collocati. Alii ad urbem elephantinam: & ad daphnas peluſias aduerſus æthiopes: Alii aduerſus arabes & ſyros: Alii ad meroem aduerſus pœnos: quibus in locis quemadmodum ſub rege Pſammieticho erant: Ita in ea ætate perſarum præſidia excubant. Nam & in elephantina & in daphnis perſæ excubias agūt. Cū igitur triēniū in præſidio fuiſſēt: Aegyptii neq; illīc ab aliquo dimitterētur cōi uſi cōſilio a Pſāmieticho ad æthiopiam ſibi tranſeundum putauerūt. Quos re audita Pſāmietichus inſecutus ubi eſt aſſecutus multis uerbis obſecrabat: uetabatq; patrios deos ac liberos uxoreſq; deſerere. Ibi quidā illorum fertur oſtenſo ueretro dixiſſe ubicūq; id eſſet: id ſibi & uxores & liberos fore. Hi poſteaq̄ in æthiopiā ꝓfecti ſunt: ſeſe æthiopum regi tradidēt: quos ille ita remuneratus

eſt. Erant ei nonnulli æthiopum aduerſarii :quorum terram
eripientes iſtos iuſſit incolere. Aethiopes his colonis inter ſe
collocatis facti ſunt mãſuetiores moribus ægyptiacis imbuti.
Ad quattuor igitur menſiũ partim nauigationẽ : partim iter
cognoſcit nilus: præter id quo fluit p ægyptũ. Tot enim mẽ-
ſes in ſũma reperiuntur impẽdi ab his: qui ex elephãtina ad
hos per fugas pergant. Fluit autẽ ab heſpero & occaſu:dehinc
quid ſit nemo poteſt pro comperto narrare. Eſt enim deſerta
præ feruore ea rẽgio. Accepi tñ hoc ex qbuſdã cyreneis : q ſe ad
Ammonis oraculũ eſſe cõmemorarẽt :collocutoſq; cũ Etear-
cho ammonioꝝ rege :& ex aliis ſermonibus deueniſſe in gar-
rulationẽ de nilo :cuius nemo noſceret fontes : Etearchumq;
narraſſe aliquãdo naſamonas quoſdã ad ſe ueniſſe :quæ gẽs
ſit punica syrtim incolẽs :& orã quæ uergit ad auroram non
multũ ſupra ſyrtim . eos cũ ueniſſẽt :iterrogarẽturq; nũquid
amplius haberent quod referrẽt de aphricæ deſertis: rettuliſſe
apud ſe fuiſſe uiroꝝ præpotẽtiũ filios procaces :eos cũ ĩ uirilẽ
ætatẽ adoleuiſſẽt cũ alia ſuperuacua fuiſſe machinatos : tum
uero ex ſeſe quinq; ſortitos ad inſpiciũdas aphricæ ſolitudĩes
ſi quid amplius cernerent q̃ hi qui lõgiſſima iſpexiſſẽt. Oram
enim maritimã aphricæ aqloni obnoxiã pœnos & pœnorum
permultas gentes ab ægypto incipientes omnem optinere
uſque ad promontorium ſolœntem :quod aphricam termi-
nat præter id demum quod aut græci optineãt :aut phœnices
ſupra maritimam oram :& eos qui ad mare incolunt : ferꝝ
ulteriora hĩtari: Vlteriora feris harẽoſa eſſe uehementerq; a-
rida ac prorſus uaſta . Igitur eos iuuenes ab æqualibus di-
miſſos aqua atque cibariis probe inſtructos . Primum per
loca hominibus habitata perrexiſſe:hanc permenſos in illam
feris frequentem peruenisſe: ex ea per ſolitudines iter feciſſe ĩ
uentum zephyrum : peragratoque multo ſpatio ſabuloſi
loci pluribus ſane diebus aſpexiſſe demum arbores in plani-
tie quadã enatas:ad eaſq; acceſſiſſe:ac fructũ qui ĩerat decer-
pſiſſe: eiſq; ĩter decerpẽdũ ſupuẽiſſe quoſdã ĩfra mediocrẽ ui-
roꝝ ſaturã puſillos uoce:quæ nec a naſamõibus cognoſceret:

nec naſamonū uocē ipſa cognoſceret :& ab his deprehenſos : ductoſq; per maximas paludes :atq; illas tranſgreſſos peruenisſe in urbem :in qua uniuerſi forent æquali ſtatura illis : q abduxiſſent colore nigro :eam urbem præterlabi grande flum ab heſpero ad orientem ſolem fluens :in quo apparerent crocodili . Hactenus a me de ſermone Ammonii Etearchi cōmemoratū ſit: niſi q is aiebat naſamōes ut cyrenæi referebāt fuerisſe: & eos homīes ad quos illi pueniſſent oēs eē fallaces . Flumē aūt quod præterfluebat & Etearchus coniectabat nilū eſſe: & ratio ſic dictat. Ex aphrica enī nilus fluit eāq; mediā ſecat :& ut ego ex apertis ignota coniecto pari tractu atq; iſter meat . Iſter nanq; fluuius ex celtis atq; urbe pyrene ꝓfluens (Celtæ autē ſunt extra cippos Herculis cyneſiis finitimi oīum in europa ad occaſum habitantium ultimis)mediā europam ſcindit :totāq; permenſus :quā iſtriā mileſioꝝ coloni incolūt mari euxino finitur :& iſter (Fluit enī per terrā habitatā)inter primos cognoſcitur .De nili uero fontibus nemo habet quod referat :& merito utpote aphrica: per quam fluit deſerta : de eius fluxu q̄ potuit lōgiſſime repetēdo narrari dictū eſt. Euadit aūt ī ægyptū. Porro ægyptus mōtanæ ciliciæ fere oppoſita ē. Hic ſcta ad ſinopē ī pōto euxino ſitā qnq; dieꝝ ītereſt uiro expedito. Sinope aūt iſtro mare irrūpēti ex aduerſo ē ſita. Ita nilus totā pmeās aphricā: uidet mihi æqparādus iſtro. Hactenus de nilo dictū ſit. Venio ad plura de ægypto referēda: qa plura q̄ alia oīs regio mirabilia hēt :& præter oēm regionē exhibet opa ſl itu maiora . Hoꝝ gīa plura de ea cōmemorabūt. Aegyptii quēadmodū & cælo quod apud eos & fluīe diuerſa ab aliorum nata : Ita ipſi pleraq; omnia a cæteris hominibus diuerſa conſtituerunt & inſtituta:& iura . Apud quos fœminæ quidem negociantur cauponanturque :& inſtitoris operis uacant . Viri autem intra domos texunt . Alii uillum ſubtegminis deſuper tramāt :ægyptii ſubter. Onera uiri capitibus: Fœminæ humeris baiulant. Fœminæ ſtantes mingunt: uiri ſedentes . Domi uentrem exonerant:exterius in uiis comedunt reddentes rationem :quæ ſunt turpia ſed neceſſaria: ea

in occulto fieri debere: Palã uero quæ nõ ſũt turpia. Mulier neq; dei neq; deæ ulla ſacerdos eſt: ſed uiri deorũ omniũ & dearum. Alendi parentes filiis nulla nolẽtibus: filiabus & ut nolint ſũma neceſſitas eſt. Deorũ ſacerdotes alibi comati ſunt: in ægypto deraſi. Apud alios ritus eſt ſtatĩ in funere proximi capita deglabrare. Aegyptii in funenbus ſinũt capitis crines augeſcere: barbã tñ tõdent. Apud cæteros mortales uictus a feraũ ſecretus ẽ cõſortio. Aegyptii cũ feris ueſcũt. Alii frumẽto atq; ordeo uictitãt. Aegyptus uictitare his quæ ex his facta ſunt maximo ꝓbro ẽ: ſed cibis e farre cõfectis: quod quidam ſiligineappellãt. Cõſperſionem pedibus: lutũ manibus ſubigunt. Virilia prout contigerũt alii eſſe permittunt: præter eos q ib iſtis didicerũt ægyptii circuncidũt. Viri binas ueſtes habẽt: fœminæ ſingulas. Alii uelorũ inſulas: & funes extrinſecus aſſuunt: ægyptii intrinſecus. Græci litteras ſcribunt: & calculis computãt a ſiniſtro in dextrã manũ ferẽtes. Aegyptii a dextro ĩ ſiniſtrũ: & hoc facientes aiunt ſe in dextrũ: græcos facere in ſiniſtrũ: litteris biſariis utũtur: quarum unas ſacras uocãt: populares alteras, in deos religione ſupra modũ: ſupraq; omnes homines. Talibus etiam moribus utũtur. Aeneis in poculis potãt ſĩgulis ea diebus extergẽtes nõ eorũ aliquot: etiam aliquot non: ſed uniuerſi. Linea ferunt ueſtimẽta ſẽper recens abluta huic rei præcipue uacãtes. Virilia circũcidũt mundiciæ gratia pluris faciẽtes ſe mũdos eſſe q̃ decoros. Sacerdotes quoq; die totũ corpus eradunt: nequid eis inter deorum cultum aut pediculi: aut alterius ſordis creetur. Idẽ ueſtem tantũmodo lineam: calceos papyraceos geſtant. Aliam ueſtem: aut alios calceos inducere eis fas non eſt. Lauantur quotidie frigida interdiu ter: noctu bis. Alias præterea cerimonias prope dixerĩ infinitas exercent. Qui etiam non exiguis afficiuntur commodis. Nam neque e re domeſtica aliquid conterunt: neque erogant: ſed eorum ſingulis quotidie cibi ſacri cocti præſto ſũt: & carnis bubulæ: & anſerinæ ſatis abundeq;. Vinum quoq; uineale traditur. De piſcibus guſtaĩ nefas ẽ illis. Fabas ægyptii in ſua terra neque admodum ſerũt: neq; naſas

aut crudas: aut in aqua coctas edunt. Sacerdotes uero ne aspicere quidē sustinent arbitrātes haud mūdū illud legumen esse. Initiantur nō sigillatim cuiq; deoꝝ: sed grægatim: quoꝝ unus est pontifex. Vbi quis defunctus é filius eius surrogat. Boues mares epaphi esse censēt: eaq; de re hunc in modū explorant. Si pilū in eo nigrū uel unū uiderēt nequaq; mūdū censent. Explorat aūt hæc sacerdotū aliquis ad id cōstitutus. Lingua pecudis cū stātis erecte: tū resupinate exerendo si immunda sit his signis: quæ ego alio referā in libro. Inspicit & caudæ pilos numquid habeat secūdū naturā procreatos. Eam si fuerit his omnibus munda: notat alligato cornibus canabo. Deinde applicita terra sigillari annulo impressa: Atq; ita abducunt. Na īmolare nō notatā pœna morte sācita est. Et hunc quidē in modū pecus probatur. Sacrificandi aūt is est ritus. Pecude quæ obsignata est ad arā ubi īmolaturi abducta: pyram incēdūt. Deīn supra pecudē libato cōtra tēplū uino: ac deo inuocato eā mactant: mactatæ caput asportant in foꝝ si nūdinæ sīt: & eis græci negociatores affuerit: atq; illis uendūt: q si nō adfuerīt i flumē abiciūt. Execrātur aūt capita in hæc uerba. Si quid mali aut ipsis īmolātibus: aut uniuersæ ægypto futuꝝ sit id ī caput hoc conuertat. Eodē ritu circa capita pecudū īmolādaꝝ & uini libamina oēs pariter ægyptii ad oia tēpla utūt: atq; ex hoc ritu nemo ægyptioꝝ de capite illius aīmātis degustat. Est tñ sacroꝝ delectus: & alius apud alia tēpla adolendi modus ab eis institutus. Quem uero aut dæmonem maximum censent: aut diem festum maximū agūt: hunc pergam dicere. Posteaq; ieiunauerunt pridie festi atque obdormierunt: uaccam immolant: eamque corio exuunt: & toto aluo uacuant: Intestina intra uentrem adipemque linquunt: crura truncant: & extremos lumbos: armosque: ac ceruicem. His actis reliquum uaccæ corpus stipant panibus puris: & melle: & uua passa: & ficis: & ture: & myrra: atque aliis odoribus. Vbi hæc inferserunt adolent: multum uini oleique infundentes. Ieiuni tamen priusq; sacrificent. Dum sacrificium ardet omnes uerberantur. Posteaq; epulauerunt

dapes ex ſacrificii reliquiis proponũt. Boues mares eoſdẽq; mundos: ac uitulos uniuerſi ægyptii īmolãt. Fœīas eis īmolare nõ licet: utpote Iſidi cõſecratas. Nã Iſidis ſimulacrũ muliebre ẽ bubulis præditũ cornibus: quemadmodũ Io græci deſcribunt: boueſq; fœīas oẽs itidẽ ægyptii uenerãtur ex oĩbus pecudibus lõge plurimũ: eoq; nemo ægyptius ægyptiaue græci uiri aut os ſuauiaretur: aut cultro ueruue: uel olla: uel pura bouis carne græco cultro inciſa uteret. Boues qui demortui ſunt hunc in modũ ſepeliũt: fœīas quidẽ in flumẽ abiiciunt. Mares autẽ in ſuburbanis ſĩguli defodiũt uno aut altero cornu extante ſigni gratia. Vbi computruerũt & ſtatũ tempus aduenit præſto eſt ad ſingulas urbes nauis ex inſula nomine proſopitide: quæ ẽ in delta nouẽq; ſchœnoꝝ ambitus. In qua cum aliæ ſunt frequẽtes urbes: tũ ea unde proficiſcũt naues ad oſſa tollẽda nomĩe atarbechis: ubi tẽplũ Veneris extructũ eſt. Ex hac urbe alii permulti uagãtur ī alias urbes: ubi effoderunt oſſa abſportant: eaq; uno in loco cũcti ſepeliũt. Quẽ ī modũ boues in eundẽ defuncta alia pecora ſepeliũt: Ita enĩ apud eos circa hæc legibus cõparatũ ẽ. Nã neq; ĩterimũt ea: Cæteꝝ qui Iouis thebani tẽplũ incolũt: aut thebani ritus ſũt: ii oẽs ab ouibus ſe abſtinentes capras immolant. Non enim eoſdẽ deos peræq; colunt uniuerſi ægyptii præter Iſidẽ & Oſirim: quem Bacchũ eſſe aiunt. Hos peræq; uniuerſi colunt: Qui Medetis tẽplũ optinẽt ſiue mendeſii ritus ſunt: hi capris abſtinẽtes immolant oues. Itaq; thebani & quicũq; propter illos ouibus parcunt: aiunt ideo ſibi cõditam hãc legẽ q; Iuppiter cum ab Hercule cernere eũ uolente cerni nollet: tandem exoratus id cõmentus ſit: ut amputato arieti capite pelleq; uilloſa: quã illi detraxerat ĩduta ſibi ita ſeſe Herculi oſtẽderet: & ob id ægyptios inſtituiſſe Iouis ſimulacrũ facere: arietina facie: & ab ægyptiis ammonios accepiſſe: qui ſunt ægyptiorũ atque æthiopum coloni: & linguam inter utroſque uſurpãtes: qui etiam mihi uidẽtur eadẽ re ſe ammõios cognominaſſe: q; ægyptii Iouẽ Ammonẽ appellãt. Ob hãc rẽ arietes non mactantur a thebanis: ſed eis ſacroſãcti ſũt. Certo tãtũ die

quot annis ſi feſto Iouis unū demū arietē amputāt: cuius pellem detractā hunc in modū Iouis ſimulacrū induunt: ad illudq; deiñ aliud dicūt Herculis ſimulacrū: hoc acto cuncti q circa tēplū ſūt arietē uerberant: dein ſacra eundē urna ſepeliunt. De Hercule hunc ego audiui ſermonē: q ſit unus ex diis duodecim. Nā de altero Hercule: quē græci norūt: nulla in parte ægyptii quippiam potui audire: cuius nomen non ægyptu a græcis acceperunt: ſed græci potius ab ægyptiis: & hoc nomen filio impoſuere Amphitryonis. Quod ita ſe habere cum multa mihi indicia ſunt: Tum uero illud q huius Herculis uterq; parens Amphitryon & Alcumena fuerunt ab ægypto oriundi. Ideoq; ægyptii negant ſe aut Neptuni: aut tyndaridaꝝ nomē noſſe: neq; hos deos īter cæteros admiſerī. Quod ſi nomen dæmonis ullius a græcis mutuati eſſent: nō minus īmo uel magis iſtoꝝ mētōem fuiſſēt habituri. Si etiā nūc nauicularīā exercebāt: & ulli græcoꝝ nauiculārii erant ut credo & mea fert opinio. Quapp iſtorū potius deorum q̄ Herculis nomen ægyptii percepiſſent. Atqui uetuſtus quidā deus eſt apud ægyptios Hercules: & ut ipſi aiūt decē & ſeptē annorum milibus ad Amaſim regē: ex quo Herculē ex octo diis: qui duodecim erāt unū eſſe arbitrātur. Quibus ego de rebus certior fieri cupiens: a quibus poſſē in tyrum & phœnicem nauigaui: q ibi templū Herculis eſſe audirē: quod & uidi opulēte exornatum cū aliis multis donariis: tū uero duobus cippis altero ex auro excocto: altero ex lapide ſmaragdo maiorē in modum ſplendente per noctem. Veniensq; ī colloquiū cū dei ſacerdotibus percōctabar quātū tēporis foret ex quo id tēplū fuiſſet extructū. Cōperi ne hos q dem cōgruere cū græcis: quippe dicētes ab urbe condita fuiſſe dei tēplū pariter extructū: eſſe autē a Tyro cōdita ānoꝝ duo milia ac trecentos. Vidi præterea Tyri etiam aliud Herculis templum cognomine thaſii. Quin etiam in thaſum profectus ſum: ubi inueni templum a phœnicibus conditum: qui ad inueſtigandam europam nauigantes thaſum condideſt: quod quinque uirorū ætatibus prius fuit q̄ Hercules

Amphitryonis in græcia exiſteret. Hæc quæ commemorãtur plane declarant Herculem uetuſtũ deũ eſſe. Eoq; uidentur hi rectiſſime facere e græcis: qui bifariã Herculi tẽpla ædificanda colendaq; cẽſuerũt: uni qdẽ ut īmortali cognomīe Olympio immolantes: alteri uero ut heroi parentãtes. Alia quoque multa inconſiderate græci loquũtur: quoꝝ & hæc inepta fabula eſt: quam de Hercule ferũt eũ cũ ī ægyptũ peruenīſſet ab ægyptiis redimitũ tãq; Ioui immolãdum ſub pompa fuiſſe eductum: ac tãtiſper quietẽ tenuiſſe: dũ illi ante arã cũ ſtetiſſent ibi ad uim cõuerſũ oẽs interemiſſe. Quæ cũ dicunt græci uidẽt mihi ſe & naturæ ægyptioꝝ & moꝝ ignaros prorſus oſtendere. Quibus.n. nullã pecudẽ fas eſt īmolare: præter ſues: præterq; boues mares & uitulos dũ modo mũdos & anſeres: hi qua ratione immolarent homines: aut quo modo Hercules cum & unus eſſet: & adhuc ut aiũt hõ tot milia uirorum interemiſſet. Hæc tñ tot quæ de his rebus diximus ſĩt & a diis & ab heroibus in bonã partẽ accepta. Capras & hircos ea de cauſa hi. quos diximus ægyptiorum non mactãt: q; Panã ĩter octo deos mẽdeſii numerãt: quos octo aiũt priores duodecim diis extitiſſe. Panos ſimulacrũ & pictores pingunt: & ſtatuarii ſculpũt: quẽadmodũ græci caprina facie hircinīſq; cruribus haud quaq; exiſtimãtes eũ eſſe talẽ: ſed ſimilẽ cæteris diis. Qua tñ eum cauſa talẽ deſcribãt: non eſt mihi relatu iocũdũ. Veꝝ hi cũ capras: tũ uero capros hircosue oẽs uenerantur: & inter mendeſios caprarii præcipuo honore afficiuntur: & ex his unus maxime: qui cũ deceſſit ingens toti mẽdeſiæ plagæ luctus exiſtit. Vocatur autem & hircus & Pan: ægyptiace Mendes. In hac regione cõtigit hoc mea memoria ꝓdigiũ. Hircus cũ muliere coĩt ꝓpalã: quod ĩ oſtẽtationẽ hominũ peruenit. Suẽ ægyptii ſpurcã beluã arbitrãtur: quã ſi qs uel trãſeundo contigerit: abĩt lotum ſeſe cum ipſis ueſtimentis ad flumen. Eoque ſoli omnium ſubulci in ægypto: & ſi indigenæ: tamẽ nullũ īgrediũtur in tẽplũ: nemoq; aut filiam cuipiam eorum nuptum dare uult: aut cuiuſpiam eorum filiam in matrimonium ducere. Ipſi inter ſe ſubulci dant:

accipiũtq; filias. Aliis diis immolare ſues ius ægyptiis non eſt præter q̃ Lunæ tantum & Libero: niſi per tempus plenilunii: quo ſues immolant: ac ſuilla carne ueſcuntur. Ideoque aliis diebus feſtis ſues reformidant cum in iſto mactent. Cuius rei ab ægyptiis ratio redditur: ſed eãdem intellectam mihi magis decorum eſt non referre. Sacrificium autem de ſuibus lunæ hunc in modum fit. Immolata ſue: extremam eius caudam & lienem & omenta ſimul componunt: & adipe: q̃ circa aluũ pecudis exiſtat ea operiunt: ac deinde igni admouent. Reliq̃ carne plenilunii die ueſcuntur: quo die ſacra faciunt. Alio die non amplius guſtarent. Qui ſunt ex eis inopes propter tenuitatẽ facultatum aſſimulatos quoſdam ſues coquũt: quos immolent. Baccho quoque in eius feſto ſinguli in cœnam porcum pro foribus mactant: redduntque ſubulco: qui illũ tradidit. Quin & alium diem feſtum Baccho ægyptii agũt ſine porcis fere per omia græco feſto ſimilem. Sed loco phallorum ideſt ficulneorum ueretrorum a collo pendentium ſũt ab eis excogitatæ ſtatuæ cubitales e neruis compactæ: quas fœminæ circunferunt per pagos mentula: quæ propemodum inſtar eſt reliqui corporis innuente & tibia præeunte: quam fœminæ Bacchum canentes ſequuntur. Cur autem mentulam habeat iuſto maiorem ſtatua & unum corporis membrũ agitet: redditur ab eis ratio: ut iam Melãpus Amythaonis filius nõ ipitus huius ſacri: ſed pitus fuiſſe uideat. Siqdẽ Melãpus fuit: qui græcis Dionyſii ideſt Liberi patris uel Bacchi nomen & ſacrificium: & pompam phalli enarrauit: non tamen omnem plane rationem complexus. Verum hi qui poſt hũc extiterunt ſophiſtæ rem in maius explicauerunt. Itaque phallum Dionyſio miſſum narrandi Melampus auctor extitit: a quo edocti græci faciunt ea quæ faciunt. Equidem Melampodem ego uirum fuiſſe ſapientem: diuinationemque ſibi ipſi comparaſſe: eundemque cum alia multa ab ægypto accepta græcis enarraſſe: tum uero nonnulla de Dionyſio tamen commutata. Neque enim dixerim quæ in ægypto fiunt huic deo congruere cum his quæ in græcia. Nam conſentanea

eſſent græcis: non aũt nuper introducta. Neq; tamen credã ægyptios a græcis fuiſſe mutuatos aut hoc aut aliud quippiã: ſed Melãpodẽ qui ad Dionyſium pertinẽt audiſſe ex Cadmo aliiſq; tyriis: qui cũ e phœnice uenerũt in terrã: quæ nunc boetia appellatur: Adeo deorũ omnium noĩa ferme ex ægypto in græciã peruenerĩt. Idq; ego ex babarris ſciſcitatus ita rem habeĩ cõperio: ac reor ex ægypto præcipue ueniſſe: & iccirco illic nõ eſſe uſq; nomina neq; Neptuni: neq; Caſtoris quemadmodũ a me ſuperius dictũ eſt: neq; Iunonis: neq; Veſtæ: neq; Themis: neq; gratiarũ: neq; nereidum: neq; aliorũ deorũ. Dico aũt quæ ipſi ægyptii: qui ſe negãt deorũ agnoſcere nomina. Qui dii uidentur mihi a pelaſgis fuiſſe nomĩati: præter Neptunũ: quẽ ab aphricanis audierũt. Nã Neptuni nomen ab initio nõ uſurpauerãt: niſi aphri ſẽper hunc diem ĩ honore habuiſſẽt. Eum ægyptii igitur putant eſſe: ſed nullo honore proſequũt. Hæc itaq; & alia præterea quæ ego referã græci ſũt ab ægyptiis mutuati: ſed non id ut Mercurii ſtatuã facerẽt porrecto cum ueretro. Verum a pelaſgis & primi ex oĩbus græcis atheniẽſes: & ab his deinceps alii. Nam præſtabant inter græcos ea tẽpeſtate athenienſes: in quorũ regione permixti pelaſgi habitant: ex quo cœperĩt pro græcis haberi. Hæc quæ dico quiſquis cabyrorũ ſacra imitatur: qbus thraces initiãtur: nouit a pelaſgis eſſe ſumpta. Nã ſamothraciã quõdam incoluerũt hi pelaſgi: qui cum atheniẽſibus una habitauerũt: a quibus ſamothraces cerimonias mutuantur. Itaq; primi e græcis athenienſes a pelaſgis edocti ſtatuas Mercurii erecta tenere uirilia idem factitauerunt. De qua re pelaſgi ſacrum quẽdam ſermonem rettulerunt: qui ĩ ſamothracibus myſteriis patefactus eſt. Iidẽ antea in deorum inuocatiõe tum omnia immolabant quẽadmodum ego apud dodonã audiendo cognoui: tum nulli deorum aut cognomen: aut nomen ĩponebant: quippe quod alicunde nunq; audiſſent. Quos aũtẽ cognominauerunt: eos ob id cognomĩauerĩt: q; oẽs res atq; oẽs regiões illi tenerẽt redactas in ordinem. Multo deinde progreſſu temporis aliorum deorum nomina audierunt ex ægypto allata: poſt quos diu

nomen Liberi acceperunt. Itemq; aliquanto post de illorum nominibus in dodona oraculum petiuerunt. Nanq; hoc oraculū omnium quæ apud græcos sunt oraculoꝝ uetustissimū esse existimatur: atq; adeo solum erat ea tempestate. Cōsulētibus igit pelasgis apud dodonā nūqd omnia quæ a barbaris aduenissent ascisceret oraculum rdditum est ut illis uterēt. Atq; ita ex eo tempor sacrificauert deoꝝ nomina nūcupātes: & ea deinceps e pelasgis græci acceperunt. Vnde autē singuli deoꝝ extiterint: an cuncti sēper fuerint aut qua specie hactenus ignoratum est: nisi nuper atq; heri ut sic dicam. Nam Hesiodus atq; Homerus: quos quadringentis non amplius annis ante me opinor extitisse fuer: qui græcis deoꝝ prolem introduxerunt: eisq; & cognomina: & honores: & diuersa artificia: & figuras attribuerunt. Quibus & posteriores uidentur extitisse hi poetæ: qui fuisse priores feruntur. Et prima qdem illa dodonææ sacerdotes meminerunt. Posteriora autem ad Hesiodum usq; & Homeꝝ ego referam. At de oraculis quæ ī græcia: & de illo quod ī aphrica ē talia ægyptii commemorāt. Nam enarrabāt sacerdotes Iouis thebani duas fœminas: quæ essent sacerdotes e thebis a phœnicibus fuisse exactas: & harū unam in aphrica fuisse uenundatā se audisse: alterā ī græcia. Atq; has fœias esse quæ primæ apud dictas gentes oracula cōdidissent: perconctantiq; mihi unde id quod commemorant plane compertum haberent: responderunt maiorē in modum se institisse uestigare de his mulieribus: nec tñ unq̄ inuestigare potuisse: sed postea hæc quæ dicebantur de eis audisse. Hæc igitur thebis e sacerdotibus audiebam. Antistites autem dodonæoꝝ illa aiunt geminas ex ægypto colūbas auolauisse: utranq; nigram: unam quidem ī aphricam: alteram ad ipsos: quæ fago insidens humana uoce elocuta sit: eo loci Iouis oraculum condi debeī: & se interpretes esse: quod ipsis ānūciaret diuinitus fieri: & ob id se ita feciſſe. Eā uero quæ ad aphros abisset columbā iussisse aphris: ut Ammonis oraculum cōderent: quod oraculum & ipsū Iouis ē. Ita referebāt dodonæoꝝ sacerdotes cū assēsu cæteroꝝ dodonæoꝝ tēplo uicinoꝝ: quarū

ātiquiſſiæ nom̄ erat Promeneæ :proximæ Timaretæ:minimæ natu Nicādræ:de quibus ita mea fert opinio:Si re uera phœnices ablegauerunt fœminas ſacerdotes :& earum alteram in aphrica :alterā in græcia uendiderſt .Hanc quæ in græcia illa quæ pelaſgia uocabatur ueniit :eā eſſe quæ apud theſprotos ueniit: atq; deinde ancillantē ibidē cōdidiſſe ſub fago enata fanū Iouis:quēadmodū mos erat: Thebis miniſtrare in Iouis tēplo. hinc proceſſit ut hic memoria eius haberetur:atq; hinc oraculū inſtitutū:& poſteaq̄ illā linguā græcā accepit : dixiſſe aiunt ſororē ſuā in aphrica ab eiſdem phœnicibus ut ipſa fuiſſet uenūdatā.Quod āt mulieres a dodonæis colūbæ uocatæ ſunt:ob id mihi uidet factū :quia barbaræ eſſent:q; uidelicet ſimile quiddā auibus ſonarent .Interiecto deiñ tēpore colūbā humana uoce locutā aiunt:poſtq̄ more ipſoꝝ mulier locuta eſt tā diu uolucris modo ſonare uiſa q̄ diu barbare loquebat. Nā columba quodāmodo humanā uocē ſonat . Nigrā autē columbā eſſe dicentes ægyptiā fœminā ſignificauit.Sunt itaq; ſimillima inter ſe oracula :& illud apud thebas ægyptias : & hoc apud dodonā .Eſtq; diuinādi in tēplis ratio ab ægypto aſcita cū ipſi ægyptii extiterūt principes cōuētus: & pōpas : & conciliabula factitādi :& ab eis græci didicerunt.Cuius rei hoc apud me argumētū eſt q; illas conſtet priſcis tēporibus:græcanica uero recens fuiſſe inſtituta:nec ſemel quot ānis cōuētū ageſ ægyptios:ſed frequēter cum alibi:tū præcipue:ac ſtudioſiſſime in urbe bubaſti in honorē Dianæ :ſecūdo loco ī urbe buſiri in honorē Iſidis :In qua urbe maximū ē templū Iſidis: ipſa in medio delta ægypti ſita .Eſt aūt Iſis quæ græca līgua dicītur demeter:ideſt Ceres.Tertio gradu in urbe ſami in honorē Mineruæ .Quarto heliopoli in honorē Solis.Quinto in urbe buti in honorē Latonæ.Sexto in urbe papremi ī honorē Martis.Cæteꝝ poſteaq̄ ſe cōferūt in urbē bubaſti hæc faciunt. Nauigant enim uiri pariter & mulieres : magna in ſingulis nauibus utroꝝq; multitudo.Inter nauigādū aſſidue mulieres aliquot crepitacula tenētes plaudūt. Viri tibiis canūt: Cæteri cæteræq; modulātur:manuſq; cōplodūt.Ita nauigando ut ad

quanq; urbē perueniunt talia agunt appulſa ad terram naui. Mulierum aliæ ea quæ dixi faciūt: aliæ cōpellātes eius urbis fœminas ingerūt probra: aliæ ſaltāt: aliæ ſurgētes ītrahūt illas. Talia ad ſingulas ciuitates flumen accolētes agunt. Cum ad urbē bubaſtū peruētū ē: diē feſtū celebrāt magnis hoſtiis offerendis. Quo in feſto plus uini uinealis abſumitur: q̄ ī ſliquo anni tēpore. Cōmeāt illuc: ut indigenæ aiunt uirorū ac mulierū præter pueros ad ſeptingenta milia. Atq; hæc quidem in ea urbe fiunt. An in urbe buſiri: quæ diē feſtū Iſidi agant ſuperius a me dictū ē. Verberātur enī poſt ſacrificiū cūcti multa ſane hoīum milia: quo aūt uerberētur nō eſt mihi fas diceř. Sed ex omnibus præcipue hoc faciūt cares: qui ægyptū īcolūt: adeo quidē ut gladiis quoq; frontes cōcidāt: ex quo facto dat intelligi eos hoſpites eſſe non ægyptios. Vbi uero in Saim urbem ſacrificatū cōuenerīt noctu ſub dio uniuerſi circū mœnia frequentes lucernas accendunt: Imbutas ſale & oleo plenas cum multo lychnio: quod tota ardeat nocte: cui feſto nomen impoſitū eſt: accenſio lucernarū. Ad hunc conuentū quicūq; ægyptiorū non ierint obſeruantes ſacrificii noctē & ipſi lucernas accendunt: neq; id in ſaī modo: ſed etiam per uniuerſam ægyptū. Qua uero gra nox hæc lumē: & honoré ſortita ſit ſacra quædā ratio commemoratur. Ad heliopolim: & ad dutim qui ueniunt tantū ſacrificaſſe contēti ſunt. In papremi uero quēadmodū ī alia & hoſtias & ſacra operātur: ſed quoad ſol circūfertur pauculi ſacerdotes circa ſimulacra exercentur: cō plures eorū tenentes ligneas clauas ſtant pro foribus templi. Alii e regione plus mille uirorū: qui uota exequūtur cū ſingulis fuſtibus frequentes cōſiſtūt: qui pridie ſimulacrū ligneū ex ligno ſacello deaurato. In alias ſacras ædes exportant paucis illis: qui miniſterio ſimulacri delecti ſunt trahentibus plauſtrū quattuor rotarū: quo uehitur ſacellū cū ſimulacro: quod ītus eſt. Hos ingredi prohibent hi qui in ueſtibulis ſtant. At hi qui uota exequūtur opitulātes deo percutiunt hos ſeſe defenſantes. Hic uehemens exiſtit fuſtuaria pugna mutuo capita ferientium: multiq; ex uulneribus (ut ego opinor) pereunt: & ſi

ægyptii quẽq; mori negant. Aiunt autẽ indigenæ conuentum huncideo inſtitutũ q; id tẽplũ incolat mater Martis: & ad eã Martẽ iã adultũ ac uirilis ætatis ueniſſe gratia coeũdi cũ mre: qué materni miniſtri ut qui eũ a principio nõ agnoſcerẽt: eũ ingredi ad matrẽ nõ ſinerẽt. Hunc ex alia ciuitate allatũ hõi/bus illos male mulctaſſe: & ad matrẽ fuiſſe introgreſſũ: & ob hãc rẽ aiũt ſolẽnẽ eſſe Marti die feſto hãc rixã: & inſtitutũ ne in tẽplo cũ fœminis coiretur: neue a Venẽ niſi ablutis tẽpla adi/rẽt. Hi ſunt q; primi cerimoniis uacauerũt. Nã cæteri fere mor/tales præter ægyptios ac græcos coeunt in tẽplis: & a Venere ſurgentes nõ abluti introeũt tẽplũ putãtes hõiem eſſe ut cæ/teras aĩmãtes. Etenim uidere licet & pecudes oẽs: & uolucrum greges coire in deo; tẽplis atq; ĩ fanis: quod ſi non eſſet deo gratũ: nõ facturas illas fuiſſe allegãt. Mihi autẽ iſta facientes non probãtur. Aegyptii cũ in aliis ad ſacra pertinẽtibus: tum uero in his ſuperſtitioſe agũt. Cæte; ægyptus cũ ſit aphricæ finitima: nõ tamen admodũ feris eſt frequẽs: quæ uero illic ſunt: eæ oẽs pro ſacris habentur partim mãſuetæ: partim im/manſuetæ. Qua aũt cauſa pro ſacris habẽtur ſi dixero ad res diuinas oratio mea deſcẽderet: quas ego ĩ primis enarrare de/uito: qua; q; quicquid dixi id neceſſe coactus tñ delibando dixi. Conſuetudo quæ de feris ẽ ita hẽt. Earũ educãda; curã ſeorſũ a cæteris ægyptii atq; ægyptiæ ſuſcipiũt: In quo honore filius patri ſuccedit. His feris oẽs qui in urbibus ſunt uota p/ſoluũt: quæ ſuſcepeſt illi deo cuius illa fera eſt hũc in modũ. Deraſis filio; capitibus aut in totum: aut ex media: aut ex tertia parte appendunt crines una in lance: & in altera tantũ/dem argenti: quæ pecunia cum lancem traxerit: eam tradunt curatori feratum. Ille pro hoc amputatum piſcem præbet fe/ris eſcam. Talis enim cibus illis præbetur: quarum ſi quam quis necauerit ſi uolens morte mulctetur: ſin inuitus plectit' ea mulcta: quam ſacerdotes ſtatuerint. Quiſquis tamẽ Ibim aut accipitrem necauerit ſiue uolens: ſiue nolens neceſſario morte afficitur. Sed cum multæ ſint feræ: quæ una cum ho/minibus uictitent: multo tñ plures eſſent niſi res hæc officeret

felibus. Feles poſteaq̃ ſũt enixæ nõ amplius adeũt maſculos. Eas iſti coeundi gratia indagantes: tamẽ potiri nequeũt. Ergo contra illas talia cõminiſcũtur. Ereptos aut ſubreptos earũ fœtus occidunt: non tñ occiſos edũt. Illæ filiis orbatæ cupiditate alioꝝ (Amãtiſſima enĩ filioꝝ fera eſt) Ita demũ ad mares ſe cõferunt. Felẽ incẽſa ſtrue diuina res occupat. Nã quotiẽs ignẽ extĩgueſ neglexeſt ægyptii cuſtodias feliũ diſpoſiti agũt. At illæ aut in trudẽdo ſeſe hominibus: aut trãſilиẽdo in ignẽ inſiliũt. Hoc dũ cõtingit ingẽti luctu afficiũtur ægyptii. Quibuſcũq; autẽ in domibus ultro felis oppetit mortẽ: eaꝝ domoꝝ habitatores cuncti ſola ſupcilia eradũt: totũ aũt corpus & caput: in quoꝝ domibus ſic moritur canis. Efferunt feles mortuæ ad ſacra tecta: ubi ſalſæ ſepeliuntur in urbe bubaſti. Canes autẽ in ſua quiſq; urbe tumulant ſacratis in loculis eodem quo canes modo ĩdagatores ſepeliũt. Nã mygalas ideſt mures araneos: & accipitres in urbẽ butũ abſportant. Vrſos autẽ q ſacri ſunt: & lupos ñ multo uulpibus grãdiores eo loci ſepeliũt: ubi iacẽtes inueniũt. At crocodilo talis ineſt natura: ut quattuor mẽſibus maxime hybernis nihil oĩo edat: & cum ſit quadrupes: tamẽ terreſtre & aquatile ẽ. Nã oua parit humi: excluditq; & plerũq; diei in ſicco agit: ſed totã noctem in fluĩe: quippe calidiore aqua q̃ nocturno ſereno & roſido. Ex oĩbus quæ mortalia agnoſcimus hoc maximũ exiſtit: ex minimo ſiquidẽ oua gignit haud multo maiora anſerinis: & pro portione oui fœtus excluditur. Excretus ad decẽ & ſeptẽ & ãplius cubitos peruẽit. Oculos habet ſuillos: dẽtes magnos ꝓportione corporis & prominẽtes: atq; ſerratos: cui ex oĩbus feris ſoli lingua innata nõ eſt. Idẽ inferiorẽ maxillã ſolum nõ mouet: ſed ſuperiorẽ inferiori admouet. Vngues quoq; robuſtos habet pelléq; circa tergũ ĩpenetrabilẽ: Inter aquas cæcus: ſub dio perſpicaciſſimus. Itaq; cum in aqua uitam degat os fert introrſum irudinibus refertũ. Cumq; eum cæteræ feræ ac uolucres fugiãt: ſolus ipſi trochilus pacatus eſt: q̃ uidelicet ei eſt utilis. Etenim poſteaq̃ crocodilus ex aqua in terrã egreſſus eſt: ac deiñ hiauit (ſẽper. n fere hoc ad zephyꝝ faceſ ſolet)

tunc in eius os trochilus penetrans deuorat ſanguiſugas : Qua utilitate delectatus crocodilus nihil oſo trochilū lædit . Quibuſdam ægyptioꝝ crocodili ſacroſancti ſunt : quibuſdā non ſunt : ſed ueluti hoſtes exagitantur . Sacros admodū eſſe eos exiſtimant : qui circa thebas & myrios ſtagnū īcolūt : quoꝝ utriq; unū ex oſibus crocodilis alunt cicurem & edoctum manu tractari . Appēdentes eius auribus uel gēmas : uel ex auro fuſiles inaures : & primoribus pedibus cathenā innectentes : cibaria quoq; accōmodata : ac ſacra præbētes conſectātur tāq; pulcherrime uiuētē . Vbi mortē obiit ſale conditū ſacris i urnis ſepeliūt . Atqui circa elephātinam urbē incolūt q; ſacros eſſe nō cēſeant & comedūt . Neq; uero crocodili uocantur ſed chāpſæ . Iones appellauere crocodulos illi generi crocodilorū : quod apud eos in ſepibus gignitur cōparantes . Hos capiendi cum ſint cōplura & multiplicia genera : unū tamen hoc : quod mihi maxime dignū relatu uidetur puto ſcribēdū . Vbi tergū ſuillum hamo circūdatū ad illiciendū crocodilum pertulit in mediū fluīs uenator ipſe ad ora fluīs porcellū : quem uiuum tenet uerberat . Cuius uocem crocodilus audiens ſecūdū illā tendit : nactuſq; tergū deuorat : & poſteaq; attractus ē añ oīa eius oculos uenator ceno opplet . Hoc acto cætera facile ſane optinet : alioquin cū labore adepturus . Iā uero fluuiales equi in plaga paptemitana ſacri ſūt : in cætera ægypto nō ſacri talē ſpeciē naturāq; habētes quadrupedes bifidis pedibus ungulis bouinis ſimo naſo : equina iuba : eminentibus & cancellatis dentibus : fulgida cauda : equina uoce . Magnitudine maximi tauri tā craſſo corio : ut ex eo arfacto fiāt pila miſſilia . Gignūt præterea in fluuio aquatilia quædā : quæ ægyptii ſacrata eſſe arbitrātur . Arbitrātur itē ſacrū genus piſcium : quod uocatur ſquamoſum atq; & anguillā . Hos piſces aiunt ſacros eſſe . Ex uolucribus uero uulpanſeris . Eſt & alia uolucris ſacra nomīe phœnix : quā equidem nunq; uidi niſi in pictura . Etenim perrara ad eos cōmeat : quingenteſimo quoq; ut aiunt heliopolitani anno : & tunc demū : cū pater eius deceſſit . Is ſi picturæ aſſimilis eſt : talis tantuſque eſt pennæ coloris partim rubidi

maxima ex parte cum habitu :tum magnitudine ſimillimus aquilæ. eum aiunt quod mihi non ſit ueriſimile hoc excogitare. Ex arabia proficiſcentem ī templum Solis geſtare pſem myrra obuolutū:& in eo tēplo humare. Sic aūt geſtare primū ex myrra ouū cōponere q̄tum ipſe ferre poſſit. Deinde ferēdo illud experiri. Hoc expertum ita demum ouū exenterare :atq; in illud parentem īferre :& qua parte ouum exinaniuit pſem q; intulit eam partem alia myrra inducere : & cum tantundē ponderis impoſito parente effectum ſit. Obſtructo rurſus foramine baiulare illud in templum Solis. Hæc facere hanc auē cōmemorāt. At circa thebas ſunt ſacri ſerpentes nihil omnino hominibus noxii puſillo corpore :binis præditi cornibus e ſūmo uertice enatis :quos defunctos in Iouis æde ſepeliunt. Huic enim deo ſacros illos eſſe prædicant. Eſt arabiæ locus ad butim urbem fere poſitus: ad quem locum ego me contuli : q; audirem uolucres eſſe ſerpentes. Eo cū perueni oſſa ſerpētū aſpexi :& ſpinas multitudine ſupra fidem ad enarrandum : quarum acerui erant magni :& his alii atq; alii minores ingēti numero. Eſt autem hic locus ubi ſpinæ proiectæ iacebant huiuſcemodi ex arctis mōtibus exporrigitur in uaſtā planiciē ægyptiæ contiguā. Fertur ex arabia ſerpentes alatos ineunte ſtatim uere in ægyptum uolare :ſed eis ad īgreſſum planiciei occurrentes aues ibides non prætermittere: atq; ipſos īterimere: & ob id opus ibidē magno in honore ab ægyptiis haberi. Arabes aiunt confitentibus & ipſis ægyptiis iccirco ſe his auibus honorem exhibere. Eius auis ſpecies talis eſt: nigra tota uehementer eſt :Cruribus gruinis: roſtro maxima ex parte adūco: eadem qua crex magnitudine: & hæc quidem ſpecies eſt nigrarum :quæ cum ſerpentibus pugnant. At earum quæ pedes humanis ſimiles habent. Nam bifariæ ibides ſunt gracile caput :ac totum collum pennæ cādidæ præter caput ceruicēq; & extrema alarum & natium :quæ omnia quæ dixi ſunt uehementer nigra :crura & facies alteri conſentanea. Serpentis porro figura qualis hydrorum :alas nō pennatas :ſed glabras gerit :& alis ueſpertilionis ualde ſimiles. Hactenus de ſacris

feris dictum sit .Ipsorum autem ægyptiorum: qui circa partē ægypti frumentariam colunt memoriam omnium hominum commentantes sunt fere eorum: in quos ego ueni experimtū longe excellentissimi :ante omnia tali uitæ genere degentes. Singulis mensibus triduo purgant se uomendo atq; intestina diluendo gratia sanitatis conseruādæ: existimantes omnes lā/guores hominibus creari ex cibis. Nam sunt alioquin ægyptii omnium uirorum secundum aphros maxime salubri corpoī aeris ut mihi uidetur beneficio: qui nunq̄ immutatur : cuius mutationibus præcipue existunt in hominibus morbi. Pane uescuntur: quem ex farre conficiunt: quem cylleste noīant. Vino u tuntur facto ex ordeo :desunt enī in ea regione uites. Victitant quoq; tum piscibus partim crudis ad solē arefactis: partim salsugine conditis: tum auibus sed earum crudis prius tamen sale conditis: coturnicibus: anatibusq; :atque auiculis. Cæteris autem uel uolucribus: uel piscibus: quæ ipsis ī ꝓximo sunt præter illa quæ ab eis sunt recepta pro sacris partī assis : partim elixis .Apud locupletes eorum cum multi conuenerīt: & cœna discessū est circunfert aliquis in loculo mortuum e ligno factum :sed pictura & opere uerum maxime imitantē. Longitudine cubitali omnino aut bicubitali: ostendensque singulis conuiuarum ait in hunc intuēs pota & oblectaī talis potī mortē futurus. Hæc illi apud conuiuia faciunt: cōtētiq; moribus patriis nullum aliū asciscunt. Quibus cum alia sint egregia instituta: tum uero illud adhibendi modulatorem: qui & in phœnice & in cypto :& alibi nomen pro differentia gentium habet. Idem tamen congruit cum eo : quem græci decantant appellātes Linū: Vt ego admirer cum alia multa: quæ sunt apud ægyptum :tum uero id unde nomen Lini ac/ceperunt: quem semper quodammodo decantare cognoscūt. Vocatur autē Linus ægyptiace Manerus :quem ægyptii tra/dideīt: cū filius unicus extitisset primi ipsoꝝ regis: præmatā q; morte decessisset. His lamentis ab ægyptiis fuisse decoratū: & cātilenā hāc: eāq; solā ipsis īstitutā. Cōgruūt præterea ī hoc cum solis græcoꝝ lacedæmōibus ægyptii ꝙ mīores maioribus

natu obuii cedunt uia: ac deflectunt: aduenientibusq; e sedili assurgunt. qua in re cum nullis aliis græcorum conueniunt. In uicem compellandi se mutuo in uias adorant genu tenus demissa manu. Vestibus amiciuntur lineis circa crura fimbriatis: quas casiliris appellãt: supquas cãdida fert amicula tanq; superiecta. Laneæ uestes neq; in ædes sacras gestantur: neq; una cum cadauere sepeliuntur. Profanum enim est quæ cõsentanea sunt his quæ orphica & bacchica appellantur ab Aegypto & Pythagora ortum ducẽtibus. Nam his cerimoniis participantẽ laneis indutum uestibus humari religiosum est. De quibus sacra redditur ratio. Alia insuper sunt ab ægyptiis excogitata: quis mensis diesue cuius deorum sit: & quo quis die genitus qualia sortietur: & quam mortẽ obibit: & qualis existet. Quibus rebus qui in poesi uersati sunt: usi fuerunt: plura quin etiam ab eis prodigia comperta sunt q̃ a cæteris omnibus hominibus. Nam cum prodigium extitit scribunt id obseruantes quomodo euenerit: & si quando postmodum huius simile extiterit exemplo prioris putant euenturum. Diuinatio apud eos ita est constituta: ut eius artificium nulli mortalium uendicetur: sed certis diis. Siquidem Herculis illic oraculum est: & Apollinis: & Mineruæ: Dianæq;: ac Martis: & Iouis: sed quod præcipuo honor̃ colunt ex omnibus oraculis Latonæ est in urbe buti. Verum hæc uaticinia non eodẽ modo sunt omnia instituta: sed differenter. Iam uero medicina apud eos hunc in modum est distributa: ut singulorum morborum sint medici non plurium. Itaque omnia referta sunt medicis. Alii enim sunt ocularii curandis oculis constituti: Alii capiti: Alii dẽtibus: Alii alui partibus: Alii morbis occultis. Luctus eorundem ac sepulturæ tales sunt. Quibuscunque domesticus aliquis decessit homo alicuius momenti: Ibi oĩs muliebris sexus familia caput sibi & uultum oblinit luto. Deinde relicto domi cadauere ipsæ per urbem uagantes se plangunt succinctæ nudatis mãmillis: & cũ eis proxiæ quæq;. Altera ex parte uiri & ipsi expectorati se uerberant. His actis ita demum ad condiendum portant. Sunt autem certi ad hoc

ipſum conſtituti :qui hoc artificium factitant : qui cum ad ipſos cadauer portatum eſt:oſtendunt his :qui portauerunt exemplaria mortuotum lignea pingendo aſſimulata:& eorū unum accuratiſſime fabrefactum eſſe aiunt :cuius ego nomē ſi nuncupauero :haud faciam ſancte. Alterum illo inferius ac uilioris precii. Tertium uiliſſimi ea dicentes ſciſcitantur ab his ad quod exemplum uelint effingi mortuū ſuum . Iſti cōuēto de precio illinc abeūt. At hi qui relīquūtur ī ædibus hūc ī mo/dū diligentiſſime cōdiūt corpus. Añ oīa incuruo ferro cerebrū per nares educūt: ut quāq; partē educentes :ita locū eius me/dicamētis explētes . Dehinc acutiſſīo lapide æthiopico circa ilia cōſcindūt:atq; illac oēm aluū protrahūt:quā ubi repurgarūt: ac uino phœniceo expleuerīt:rurſus odoribus cōtuſis refeiciūt: tū omēta cōplētes cōtuſa myrra pura:& caſia:& cæteris exce/pto thure odoribus iterum conſuunt . Vbi hæc fecere ſaliunt nitro abditum ſeptuaginta dies . Nā diutius ſalire non licet . Exactis ſeptuagīta diebus cadauer ubi abluerīt ſidone byſſina totum inciſis loris inuoluunt gummi illinentes : quo ægy/ptii glutinis loco plerunque utuntur . Eo deinde recepto propinqui ligneam hominis effigiem faciunt. In qua mox inferunt mortuum:incluſumque ita theſaurizant:ideſt repo/nunt. Hi autem qui mediocria uolunt nimium fugientes ſumptum ita comparant clyſterem unguine : quod e cedro gignitur complent . Deinde ex hac aluum mortui ipſam ne/que ſcindentes :neque extrahentes : ſed per ſeceſſum prehen/ſo uiæ poſterioris hiatu inferciūt:& tot quot dixi diebus ſale cōdiunt: quorum dierum ultimo cedrinum unguen:quod prius ingeſſerant ex aluo egerunt : quod tantam habet uim : ut una ſecum aluum atque inteſtina tabefacta edu/cat . Nitrum autem carnes tabefacit . Mortuique tan/tum cutis & oſſa relinquuntur . Vbi iſta fecere ex quo ſic tradidere mortuum :nihil amplius negocii ſuſcipiunt . Tertia cōdita hæc ē adorādis eos mortuū:q tenuiori ſūt dilu/tōibus uētrē abſtergūt:arefaciūtq; ſale ſeptuagīta p dies. Deīn tradunt reportādū . Vxores tamen inſignium uirorum non

ſtatim uita defunctas tradunt condiendas :ac ne eas quidem fœminas: quæ conſpicuæ ualde:& maioris momenti fuerīt. Sed triduo atq; quatriduo defunctas ea de cauſa facientes ne cū fœīs ſalinarii concumbāt. Deprehenſum enim quendam aiunt coeuntē cum recenti cadauere muliebri : delatumq; ab eiuſdem artificii ſocio. Quiſquis autē uel ipſoꝝ ægyptiorū : uel hoſpitū cōpertus ſit mortuus:ſiue a crocodilo raptus:ſiue ab ipſo flumine :neceſſariū prorſus eſt ei ciuitati : ad quam eiectus ē cōdire:& q̄honeſtiſſimo funere ſepelire ſacris ī monumentis :quem ne cōtingere qdē fas eſt alteri aut proximorum:aut amicorum niſi ipſis nili ſacerdotibus:utpote maius qddā q̄hoīem mortuū tractātibus ad ſepeliēdū. Græcanicis inſtitutis uti recuſant :& ut ſemel dicā nulloꝝ hoīum aliorū inſtitutis uti uolunt .Et hoc quidem cæteri ægyptii obſeruāt. Eſt tamen chemis oppidum grāde thebaicæ plagæ ,ppe nouā urbē .Quo ī oppido eſt tēplū Perſei Danaæ filii quadratū ac palmeto circūdatū ingenti ſane e ſaxis ueſtibulo. Stantibus deſuper duabus grandibus e lapide ſtatuis .In hoc ueſtibulari ambitu eſt ſacellū :& in eo ſimulacrū Perſei. Quem chemitani memorant ſibi apparere frequenter e terra exiſtentem : frequenter intra templum:eiuſque ſandalium:quod geſtabat inuentum bicubitali magnitudine:quod poſtq̄ apparuerit exuberare omnem ægyptum .Hæc quidem illi aiunt. Faciunt autem Perſeo græcanice gymnicos ludos per omne certandi genus propoſitis premiis: tum pecorum:tum palliorum : tū pellium:perconctantique mihi cur eis ſolis cōſueſſet apparēr Perſeus :& cur in edendo gymnico certamine ab ægyptiis diſcreparent:aiebant Perſeum ex ipſorum ciuitate eſſe oriūdū. Danaū enim & Lynceum:qui eſſent chemitani nauigaſſe in græciam :a quibus originem gradatim ducendo deueniebant ad Perſeum. Hunc in ægyptum profectum : qua & græci dicunt gratia afferendi ex aphrica caput Gorgonis : ueniſſe quoque ad ipſos :ac cognatos omnes agnouiſſe: quos poſtq̄ didiciſſet & nom̄ chemis ex matre audiſſet ī ægyptū uēiſſe:& gymnicū certam̄ celebrari iuſſiſſe. Hæc omnia opināt ægyptii:

qui ſupra paludes incolunt. Qui uero in paludibus utūt eiſdem quibus cæteri ægyptii moribus cū in aliis: tū in hīdis ſigulis uxoribus quēadmodū græci. Cæteꝝ ad uictus facilitatē alia ſūt eis excogitata. Si qdē cū fluuius plenus cāpos īundauit: in ipſa aqua exoritur ingens uis liliorꝝ: quæ loton ægyptii uocant. Ea ubi demeſſuerūt ad ſolē exiccant. Deinde quod mediū loti ē papaueri aſſimile poſtq̄ coxerūt ex eo faciūt panes aſſos. Eſt autē huius loti radix quoq; eſculēta & ſuauitate præſtanti orbiculata mali magnitudine. Sūt & alia lilia roſis ſimilia & ipſa ī fluīe naſcētia: quoꝝ fructus ī alio calice germinās e tra ſimillius ſpecie ē fauo ueſpaꝝ. In eo eſculēta quædā īſtar nuclei oliuæ coagmētata innaſcunt: quæ & tenera comeduntur & arefacta. Iā uero iūcū annuū ubi e paludibus excerpſerīt ſuperiorē eius partē āputāt: quā in aliud qddā cōuertūt. quod relictū ē infenus lōgitudine cubitali id edūt pariter: ac uenūdāt. Eo ſi qui admodū ſuaui uti cupiūt ī luculēto furno torrefactū ita comedūt. Sūt præterea ex eis qui ſolū piſcibus uictitāt: quos ubi ceperūt exenteratos ad ſolē deſiccāt: exiccatiſq; deinde ueſcūtur. In fluminibus nō fere gignūtur piſces gregales. Qui nutriuntur ī ſtagnis hæc faciūt. Simulac īceſſit eis libido gignēdi gregatim in mare enatant. Ducibus maſculis genituram ſpargentibus: quā fœīæ conſectantes ſcitu uādo ſe ex ea concipiunt. Eædem ubi prægnantes in mari ſunt effectæ remeant omnes rurſus ad ſibi conſueta ñ amplius eorūdē ductu: ſed fœminarum. Ducunt enim illæ quemadmodum fecerant mares gregatim oua fundentes īſtar milii parua: quæ mares adeuntes deuorant. Sunt autem ea tanq̄ milii grana piſces. Ex quorum reliquiis non deuoratis ſed nutritis: piſces fiunt. Ex his piſcibus qui capiūtur dum in mare meant: hi detrita dextera ꝙ ea de cauſa patiuntur ꝙ ī mare dū tēdunt a ſiniſtra terrā legūt: rurſus eadē uia reuertētes incurſāt atq; offenſant cōtingēdo terrā plerunq; ne itinere aberrent propter aquæ decurſum. Nilo incipiente augeſcere in primis depreſſa terrarum & lacunæ fluuio proxime impleri incipiunt. Cōteſtimque redundatæ a flumine aqua hæc plura fiunt: &

continuo cuncta piſciculis minutis opplentur. Vnde autem ſecundo loco ueriſimile ſit eos gigni hoc mihi uideor cauſæ intelligere: q̃ ſupiore anno poſtq̃ nilus abſceſſit: piſces qui oua in ceno pepererāt una cū poſtremis abeūt aq̃s: circūacto rurſus anno ubi aqua reſtagnauit protinus ex his ouis gignūt piſces. Quod ad piſces attinet ita habet. Vtuntur ægyptii: qui paluſtria accolunt unguēto ex fructu ſillicyprioꝝ: quod appellāt ægyptii kiki. Hunc in modū conficiētes ſillicypria hæc: quæ apud græcos ultro naſcūt ad oras fluminū ſtagnorumq; ferunt: multū quidē fructū ferētia ſed grauiolentem. Hunc ubi collegerit alii contuſū ad ignē: alii in ſartagine coquunt: & quod ex eo profluit excipiunt pingue q̃ddā: & nihilominus ad lucernas idoneū q̃ oleū: ſed grauiolētiā exhibens. Sūt autē aduerſus magnā uim culicū hæc ab eis excogitata. Cū enim his qui ſupra paludes incolunt munimento ſint turres: quas dormitū aſcēdūt (Nā culices uētus ꝓhibet in altū uolare) Alia ſunt machinati qui intra paludes habitāt. Singuli ſua optinēt retia: quibus per diē piſces capiant. Eiſdē noctu utūtur cubili in quo requieſcunt. Circūdatis illis deinde operti ſomnium capiunt: qui ſi in ueſtimento inuoluti aut in ſindone dormirent: eos per ipſa indumenta culices morderent. Per retia uero ne tantulum quidem mordere conantur. Naues eorum oneratiæ ſunt factæ e ſpino cuius figura ſimillima eſt loto cyreneæ: & cuius lachryma gummi eſt. Ex hac ſpino ligna concidunt: quæ magnitudine bicubitali tanq̃ latericio opere cōponunt hunc in modum compingentes. Ligna cubitalia circū denſas: ac longas ſtipites appendunt. Vbi hunc in modum compegerūt: deſuper frequentia tranſtra extendūt: cōmiſſuris nequaq̃ utuntur: ſed introrſum compages iunco innectunt. Gubernaculum ſcite faciūt: & hoc per nauem trāſit. Malo quoque ſpinaceo & uelis iunceis utuntur. Hæc nauigia contra flumen meare non poſſunt: niſi luculentus ingruat uentus. Verum a terra protrahuntur. Secundum decurſum hoc pacto feruntur. Eſt ianua ex myrrica facta putaminibus arūdīaceis ſtrata: & lapis politus duoꝝ fere talētoꝝ

pondo. Huiuſmodi ianuam fune alligatam in anteriori parte nauis ſinitur deferri: Lapidē uero retrorſū alio fune. Ita ianua īpetu aquæ incidēte protinus meat: & trahit barim. hoc enim his nauigiis eſt nom̄. Lapis autē dū retrorſum trahitur: fundo admotus dirigit nauim. Hoꝝ nauigioꝝ ingens apud illos eſt copia: quoꝝ quædā ferē multa milia talētoꝝ pondo. Cum r̄gionē ſupergreſſus eſt nilus ſolæ urbes apparēt eatenus extantes ut inſulis ægæi maris fere aſſimiles eſſe uideātur. Nā cætera ægypti pelagus efficiūtur: ipſæq; urbes: quæ ſolæ extāt ſtationes nauium faciūt: nec iā cū hoc cōtingit per alueū fluīs ſed per mediū cāpi nauigatur ex naucrate quidē mēphī uerſus non iā iuxta pyramides ipſas: ſed iuxta acumen deltæ. A mari autē & canobo naucratē uerſus per cāpū: ad anthyllā urbem uenies: & ad urbē: quæ uocat' Archādri. Haꝝ urbium āthylla: quæ eſt inſignis datur peculiaris in calceamenta uxori ſemp eius: qui in ægypto regnat. Quod factū eſt ex quo ægyptus fuit ditionis perſarum. Altera uidetur mihi nomen habere ab Archandro Danai genero Phthii achæi filio. Archādri enī urbs noīat'. Quod ſi alius q̄ſq̄ Archāder eēt: nequaq̄ ægyptiū nomen foret. Hactenus quæ uidi: quæ noui: quæ interrogaui dicta ſunt. Hīc pergā diſſererē de ægypto quæ audiebā addēs aliq̄d quod ipſe uiderī. Minē qui primus apud ægyptū r̄gnauit aiebant ſacerdotes iunxiſſe pōtibus nilū ad mēphim. Nā eum aphricā uerſus totū præterlabi mōtē pſimminū: & ſupra memphī centū circiter ſtadia meridiem uerſus aggeſta humo ad amfractū fluīs arefeciſſe priſtinū alueū: Ita flumen facto ſibi alueo per mediū mōtiū fluere. Adeo nunc quoq; ſub pſis iſte amfractus nili tāq̄ coercitus fluat magnis præſidiis cuſtoditur quot annis obſeptus aggeribus. Quos ſi refringēs flum̄ uelit ea parte redundare oīs memphis adibit periculū ne aquis operiatur. Ab hoc Mine qui primus extitit rex id unde fuit amnis effectum terreſtre: ibique ab eodem urbem hanc conditam: quæ nunc memphis appellatur. Eſt enim memphis in anguſtiis ægypti ſita: & exterius aquilonem uerſus & ueſperum ex flumine effoſſum eſſe ſtagnum. Nam ab aurora

ipſe nilus arcet: & ab eodem in ea urbe extructū hoc tēplum Vulcani tū magnū: tū memoratu dignissimū. Post hunc recenſebāt e libro ſacerdotes nominatī alios trecētos ac trigīta reges: In qbus tot ætatibus hominū decē & octo fuiſſēt æthiopes: & una mulier alienigena: Cæteri uiri indigenæ. Mulieri quæ regnauit fuiſſe nomen idē quod reginæ babylonicæ Nitocrī: quā dicebant ultam fuiſſe fratrē ab ægyptiis apud quos regnabat interēptū: & ſi ubi hunc interemerāt regnū ad hanc detuliſſent. Vltā aūt fratrē dolo multis ægyptiorū abſūptis. Nā extruxiſſe eā permagnū ædificiū ſubterraneū per cauſam quidē noui operis: animo autē aliud agitātē: & conuocatis ad conuiuiū multis: quos præcipue nouerat fraternæ cædis auctores fuiſſe per oraculū quendā ſpecum īmiſiſſe flumī diſcūbentibus. Hæc demū de illa referebant prætereā q ubi hoc feciſſet cōſperſiſſe eā multo cinere ædificiū: quo īpūita eēt. Aliorū autē regū nullū referebāt clarum opus editū niſi unius: qui poſtremus horū extitit Mœris. hūc enim ædificaſſe memoratu digna Vulcani ueſtibula ad uentum aquilonem uergētia: & ſtagnum effodiſſe: cuius quot ſint in ambitu ſtadia poſterius aperiam: & pyramides in ea extruxiſſe: de quarū magnitudīe ſimul cum ipſius lacu mētionem faciam. Hunc itaq; tantum operum edidiſſe: alios autem nihil prorſus. Quos ego prætergreſſus eius qui his ſucceſſit nomine Seſoſtris mentionē habebo. Iſtum dicebāt ſacerdotes primum longis nauibus ex arabico ſinu profectū rubri maris accolas in ſuam poteſtatem redegiſſe: progreſſūq; longius ueniſſe in mare iam uadoſum: & proinde non nauigabile. Illinc ubi retro ſe ad ægyptum recepiſſe ſecundum ſacerdotum commemorationem coacto ingenti exercitu per continentem perrexiſſe: omneſque gentes ut in quanque incidebat ſubegiſſe. Et quaſcunque earum nanciſcebatur feroces & uehementer ſtudioſas libertatis in earum regionibus cippos ſtatuebat īſcriptos litteris ſui noīs: & prīæ: & quæ referrēt ipſum illos ui ſubegiſſe. Quarum uero urbes nullo prælio: nulloq; negocio cepiſſet: his cippos inſcripſit: tū eiſdē litteras: quas ſcripſerat eis gentibus: quæ uiriles

extiterãt: tũ muliebria genitalia planũ facere uolẽs illos haud quaq̃ uiriles extitiſſe. Hæc faciẽdo peregit continẽtẽ donec ex aſia in europã tranſgreſſus ſcythas ſubegit & thraces: ad quos uſq; & nõ ulterius mihi uidet ægyptius exercitus peruenille: quoniã in iſtoꝝ terra tituli nõ ultra poſiti demõſtrantur. Hĩc digreſſus retro abiit: & poſteaq̃ ad phaſim ſubſedit: quid deinceps nõ habeo quod dicam: an ipſe rex Seſoſtris diuiſo ſuo exercitu aliquãtulũ copiaꝝ reliquerit ad eã regionẽ ĩcolẽdã: an aliqui militũ perteſi peregrinationis circa fluuiũ phaſĩ ſubſtiterint. Nã colchi uidẽtur ægyptii eẽ: quod ipſe prius notum q̃ ex aliis auditũ refero. Cuius rei cũ mihi cupido ĩceſſiſſet ut utroſq; percõctarer: magis colchi reminiſcebãtur ægyptiorum q̃ ægyptii colchoꝝ. Dicebãt tamẽ ægyptii ſe opinari colchos e Seſoſtris eſſe exercitu. Ipſe ex hoc cõiecturã capiebã q̃ atro colore ſunt: & criſpo capillo: tã & ſi hoc pro nihilo putari poſſet: cũ & alii ſint huiuſcemõi: ſed quod iſti præcipue: præterea q̃ ſoli oĩum hoĩum colchi: & ægyptii: & æthiopes ab initio ſtatĩ pudẽda circũcidũt. Nã & phœnices & ſyrii: q̃ ſũt in palæſtina didiciſſe id ab ægyptiis & ipſi cõfitẽtur. Syrii uero q̃ fluuium thermodontem: & parthenium accolunt: & horũ contermini macrones a colchis didiciſſe ſe aiunt. Hi enim ex hominibus ſoli ſunt: qui circũciduntur: & in hoc faciendo agnoſcuntur ægyptii eſſe. Tamen ægyptii atq; æthiopes non queo dicere utri ab utris didicerint. Nam uidetur eſſe perantiquũ. Sed q̃ ex ægypto q̃ illic commertium habuerunt didicerint: magnum mihi fit hoc teſtimonium q̃ hi phœnices qui cum græcia conſuetudinem habent non amplius circa uirilia imitãtur ægyptios: ſed eorum qui poſtea procreantur: uirilia non circũcidũt. Agedũ & aliud de colchis dicã eos eſſe ſimiles ægyptioꝝ. Hi ſoli atq; ægyptii linũ eadẽ ratione operãtur: omnis utrorũq; uita pariter & lingua conſentanea eſt. Linum autẽ colchicũ a græcis ſardõicũ appellat̃; cũ illud quod ab ægypto uẽit appellet̃ ægyptiacũ. Tituloꝝ quos Seſoſtris rex ægypti regiõatĩ erexit pleriq; iã ĩcolũes ñ extãt. Quoſdã ĩ ſyria palæſtina ipſe uidi ĩſcriptos: tum quos dixi litteris: tum mulierĩbus

genitalibus. Circa ioniã quoq; duæ huius uiri figuræ uiſuntur in petris inciſæ: una quidẽ qua ex epheſo ĩ phoceã itur. Altera uero: qua e ſardibus ſmyrnã uerſus. In quaꝝ uterq; ĩſculptus eſt uir magnitudine quinũ palmoꝝ: dextera ſpiculũ tenens: ſiniſtra arcus: cæterãq; itẽ armaturã. Etenim ægyptiacam & æthiopiã geſtans: & ex altero ad alterũ humerũ euntes ſacræ litteræ ægyptiacæ ſunt inciſæ in hæc uerba. Hãc ego regionem meis optinui humeris. Quis tamen aut cuias fuerit ab hac pte ñ indicãt: ſed ab altera eam quidã cõſpicati Memnonis imaginẽ eſſe coniectãt multũ a ueritate deficiẽtes. Seſoſtrim ægyptiũ ſacerdotes hunc eſſe dicebãt redeũtẽ: multoſq; mortales eaꝝ gentiũ ac regionũ: quas ſubegerat reportãtem. Eundem poſteaq̃ ad daphnas peluſias ſe receperat fuiſſe a fratre: quẽ ægypto præfecerat una cũ liberis inuitatũ: & cũ ille domum exterius materia circũſtipaſſet: ſtruẽq; incẽdiſſet: re hunc ĩtellecta extẽplo cũ uxoꝛ deliberaſſe (Nã & uxorẽ ſecũ duxerat) & ea ſuadẽte ut duos e ſex liberis ſup ardẽtẽ pyrã extẽdẽs põtem faceret: ſuper quos ipſi trãſeuntes euaderẽt: ita feciſſe: & duobus filiis ita incenſis cæteros una cũ patre fuiſſe ſeruatos. Seſoſtrẽ in ægyptum reuerſum ultionem de fratre ſũpſiſſe: quã uero multitudinẽ e terris in poteſtatem redactis abduxerat: ea uſũ in hæc fuiſſe. Si quidẽ iſti fuerunt: qui ſub hoc rege ĩmẽſæ magnitudinis lapides in templum Vulcani portatos pertraxerunt: quiq; ad diuortia aquarum: quæ nunc in ægypto ſunt: cuncta effodienda ſunt adacti: quia inuiti faciebant ut ægyptum prius equis & plauſtris agendis ubiq; idoneam rederent non idoneam. Nam ab eo tempore ægyptus: quæ omnis plana eſt: tamen inequitabilis: & plauſtris inhabilis extitit propter multiplices foſſas & uniuerſa loca occupantes: quas ideo rex fodiendas putauit: ut ciuitates quæ non accolerent flumen: ſed in medio ægypti eſſent refluo flumine nõ laborarent penuria aquæ ad potandum: ſed ea ſuppeditaret e puteis. Hac de cauſa ægyptus interciſa eſt: & ab hoc rege ut dicebant ĩ omnes ægyptios diſpertita ſoli quadrati æq̃ portõe uiritĩ per ſortẽ data: atq; hinc prouẽtus inſtituti ĩpoſita certa

penſione: quam illi quot annis ſoluerent. Quod ſi cuius portionē alluuione flumen decurtaſſet: is adiens regē rei quæ cōtigerat certiorē faciebat. Rexq; ad prædium īſpiciēdū mittebat qui metirētur quāto deterius factum eſſet: ut ex reſiduo proportiōe taxatū uectigal pēderetur: atq; hīc geometria orta uidetur in græciā trāſcendiſſe. Nā polū & gnomonē ideſt normā & duodecī diei partes a babyloniis græci didicerunt. Solus hic ægyptius rex imperio potitus eſt: æthiopiæ monumentum quoq; ſui reliquit ante ædē Vulcani lapideas ſtatuas duas quidē tricenū: unā ſuā: alterā uxoris: quattuor autē uicenum cubitorū: totidē filiorū. Huius ſtatuæ longo poſt tēpore cum Darii perſæ ſtatua añ poneretur: nō tulit id ſacerdos Vulcani negās Darīū tales res geſſiſſe: quales geſſiſſet Seſoſtres ægyptius: quippe qui cum alias nationes ñ pauciores q̄ Darius: tū uero ſcythas ſubegiſſet: eoq; iniquū eſſe huius ante illius ſiſti donaria: qui rebus geſtis nō eſſet illū ſupergreſſus. Hæc locuto ſacerdote tñ ignouiſſe Darīū ferī. Defuncto Soſoſtre rēgnū ſuſcepiſſe Pheronē eius filiū: & hūc nullā sūpſiſſe expeditionē: ſed ei cōtigiſſe ut lumībus caperet. Idq; hac de cauſa cū flumen eo tempore copioſiſſimum manaret: ita ut ſupra decem & octo cubitos rura tranſcenderet uento ingruente: qui fluctus cieret: ferī hunc regē facinus admiſiſſe q̄ ſumptū ſpiculum in medios fluminis uortices cōtorſerit: ſtatimque laboraſſe ex oculis: ac uiſum amiſiſſe: decēnioq; cæcum fuiſſe. Vndecimo autē anno ex urbe buci ei oraculum aduenīſſe iam exactū eſſe tempus calamitatis: uiſumq; ei rediturum ſi oculos abluiſſet lotio mulieris: quæ ad ſuum ſolius uirum acceſſiſſet aliorum uirorum expers: & ante omnia urinam uxoris expertus cum nihil amplius cerneret: cæterarū deinceps urinā expertum tandem uidiſſe. Ibiq; omnes mulieres: quas fuiſſet expertus: præter eam: cuius lotio lotus uiſum recepiſſet: unā ī urbem coegiſſe: quæ erythrabolus: ideſt rubra gleba dicitur: & eas illic coactas cū ipſa urbe omnes cōcremaſſe: & eā cuius lotio lotus uiſū rcepiſſet uxorē duxiſſe. Atq; ea clade liberatū cum alia in aliis tēplis dōaria poſuiſſe oīa memoratu digna:

tum maxime memorabilia: ac ſpectaculo digna in tẽplo Solis gemina ſaxa: quos obelos uocãt a figura ueru cẽtenũ cubitoꝝ longitudinis: octonum latitudinis. Huic in regno ſucceſſiſſe aiebãt uirum memphitẽ: cui nom̃ eſſet lingua græca Proteus: Cuius nunc memphi uiſitur fanum decorum ſane: ac ualde adornatum ad auſtralem partem templi Vulcani poſitũ circunquaq; phœnicibus tyriis habitantibus: qui locus omnis caſtra tyriorum appellatur. In hoc fano Protei eſt ædes: quæ uocatur Veneris hoſpitæ: quã conticio eſſe Helenes Tyndari filiæ: quia & apud Proteum fuiſſe diuerſatã audiui: & cognoĩe Veneris hoſpitæ appellatam. Nam quæcunq; ſunt alterius Veneris templa: neutiq̃ hoſpitæ appellantur. Et ſane p̃cõctãti mihi ſacerdotes de Helena referebant ita rem eſſe geſtam. Alexandrum rapta e ſparta Helena cum renauigaret domum in mari ægæo uentis curſu excuſſum in ægyaptiacum pelagus: atq; illĩc ñ remittentibus flatibus appulſum in ægyptum ad hoſtium nili: quod uocatur canobicum: atq; ad taricheas. Erat in eo littore quod nunc quoque eſt Herculis templum: ad quod ſi quis cuiuſcunque hominis ſeruus confugiens capiat ſacras notas ſeſe deo tradens eum nefas eſt tãgere: quæ ſanctio ad meam uſq; ætatem prorſus immota perſeuerauit. Eam templi legem mancipia Alexandri cum audiſſent: ab eo profugerunt. Aſſidenteſq; deo ſupplices Alexandrũ inſimulabant eum deſtructũ uolentes: remq; omnem exponebant: ut circa Helenã geſta erat & illata Menelao iniuria. Inſimulabant autem de his apud ſacerdotes & apud huius hoſtii nili præfectum nomine Thonim. His auditis Thonis q̃raptiſſime memphim ad Proteũ mittit hæc nunciatum his uerbis. Venit peregrinus quidam genere teucer: qui rem nefariam in græcia perpetrauit: quippe ſeducta hoſpitis uxore: quam ſecũ ducẽs cum multis admodum opibus in tuam terram uentis appulſus eſt. Vtrum ne ſinamus eum abire ĩpunem an ea quæ attulit ſecum eripimus. Ad hæc remiſit Proteus qui diceret uiq; iſtum undecunq; is ſit: qui rem nefariam in hoſpitem ſuum perpetrauit cõprehẽſum ad me deducite: ut quidnã dicturus

negant ullam ſe inuenire legẽ: quæ ſinat fratri nubere ſororem. Quandã tamen inuenire legem qua liceat regi perſarũ facere quicquid libeat. Ita neq; legem abrogarunt metu Cambyſis: & ne legem tuẽtes ipſi perirent: aliam inuenerunt adiutricem eius qui ſororem in matrimoium ducere uelit. Tunc itaq; Cambyſes eam quam dixi accepit uxorem: Aliquantoq; poſt & alteram. Harum iunioremq; quæ ipſum contra ægyptum comitata eſt ĩteremit: Cuius mors quemadmodum illa Smerdis anceps refertur. Nam græci quidem aiũt dum Cambyſes duos catulos alterum leonis: alterũ canis committit: hãc interfuiſſe ſpectaculo: & cum a leonculo catulus ſuperaretur: alterum catulum huius canis fratrem abrupto loro ſuperueniſſe. Et cum duo eſſent ita ſuperiores leonculo extitiſſe. Et Cambyſi dum id cernit capiente uoluptatem hanc ei aſſidẽtẽ illachrymaſſe. Ea re animaduerſa Cãbyſem interrogaſſe q̃dnã lachrymaretur: & mulierem dixiſſe ſe uiſo catulo ſuppetias fratri ferente: Ideo flere q̃ ſubierit memoria Smerdis: cuius ſciret neminem fore ultorem. Ob hoc dictum græci illam a Cambyſe fuiſſe interemptam memorant. Aegyptii uero ob id q̃ cum ad menſam diſcumberetur mulier lactucam ſumpſit: eiuſq; decerptis foliis uirum interrogauit utrum diſcerpta lactuca an denſa pulchrior foret: & cum hic reſpondiſſet denſa: hanc inquit lactucam aliquando imitatus es: qui Cyri domũ denudaſti. Ibi Cambyſem indignatione percitum inſiluiſſe calcibus in prægnantem: eamq; obortu edito deceſſiſſe. His rebus Cambyſes in præcipuos domeſticorum inſaniebat: Siue id propter Apim: ſiue aliunde: qualia multa in rebus humais mala contingere conſueuerunt. Etenim fertur Cambyſes ab ipſis natalibus grandi laboraſſe morbo: quem quidam ſacrũ nominant. Vt haud ab re fuerit cuius corpus magna ægritudine inualidum eſſet: eius ne mentem quidem ſanam fuiſſe. Atq; in alios quoq; perſas inſaniſſe ueluti in Prexaſpem: quẽ præcipuo honore proſequebatur: & a ſecretis: hoc eſt qui ad eum nũcios perferebat: & cuius filius Cãbyſis uina miſcebat: qui honos & ipſe nõ paruus ẽ. Ad hũc fertur dixiſſe Cãbyſes.

Quēnā uirū perſæ me eſſe cenſent: aut qualē de mē ſermonē habent. Et iſte ei reſpondiſſe. Here cætera quidem omnia ī te magnis laudibus ferunt: ſed nimis te uino deditū aiunt eſſe. Hæc Prexaſpes de perſis reſpondit. Quibus ille indignatus: Siccine inquit perſæ me aiunt uino deditū deſipere: nec mītis eſſe compotē? Ergo in eo quod prius dixerunt non ueri fuere. Nam ſenatum perſarum: cui intererat Crœſus aliquando interrogarat Cābyſes qualis ipſe uideretur eſſe uir ad patrē Cyrū adæquādū: & illi reſponderant eum patre eſſe præſtantioré: q & oīa illius haberet: & ægypti ac maris acceſſionē adieciſſet. Hæc quidem perſæ dicebāt: Sed Crœſus qui aderat diſplicēte ei quæ dicebatur ſententia ad Cambyſem inquit. Mihi tu qdē Cyro genite non uideris adæquandus eſſe patri: quippe cui nondum eſt filius: qualem ille te reliquit. Hoc auditu Cambyſes delectatus Crœſi ſententiam approbauit. Quorum nūc reminiſcens ad Prexaſpem iratus inquit intellige nunc ipſe p te nunquid perſæ uera dicant: an hæc dicentes ipſi deſipiant. Nam ſi filii tui q in ueſtibulo ſtat mediū cor nō fruſtrato ictu percuſſero: Conſtabit nihil eſſe quod perſæ dicunt: Sin aberrauero: conſtabit perſas uera loqui: & me eſſe intemperātem. Hoc locutus intendit arcū: pueroq; percuſſit. Atq; eum collapſum iuſſit diſcindi & inſpici ictum. Cūq; in corde ſagitta eēt īuenta: ob id lætabundus atq; cachinnans ad patrē pueri īqt. Prexaſpes facta tibi eſt fides non me inſanire ſed perſas. Vero nunc mihi dicito quēnam ex oībus hominibus iam noſti ita ad deſtinatum emittere ſagittas. Prexaſpes hoīem aduertens eſſe ueſanū: & in ipſū quoq; inſanientē. Here inquit ego ne deum quidem arbitror tam probe percutere: & tunc quidem hoc perpetrauit. Altero die duodecim perſas primonbus pares ob nullius momenti cauſam necauit uiuos in caput defodiēs. Hæc eum faciētē Crœſus lydus ſtatuit his uerbis admonēdū. Rex cuncta noli ætati atque iræ indulgere: ſed cohibe: & compeſce teipſum. Conducit tibi te prouidum eſſe: & ſapientis eſt proſpicere. Tu uero uiros interficis tuos populares ob nullius momenti cauſam: interficis pueros. qualia ſi multa

facies conſidera ne abs te deficiant perſæ. Enīuero pater tuus Cyrus etiam atq; etiam mandans mihi præcepit te commonefacerem ſubiiciendo quicquid boni comperirem. Hoc illi Crœſus beniuolentiam perſæ ferens conſulebat. Ad quē Cambyſes rēſpondens etiam mihi tu īquit dare cōſiliū audes tanq̄ bene aut tuam ipſius patriam adminiſtraris: aut patri meo conſulueris iubens eum traecto flumine araxe tendere aduerſus maſſagetas: cum illi uellent tranſire in terram nīam. Immo & teipſum male præſidentem patriæ tuæ: & Cyrū tibi credentem perdidiſti: ſed ob id nequaq̄ gauiſurus: quia dum iam debebam captare in te occiſionem. Hæc fatus arcū corripiebat tanq̄ hominem confixurus. At Crœſus curſu ſe foras proripuit. Hic ubi non habet in quem telum dirigat: mādat miniſtris ut illum comprehendentes interimant. Miniſtri qui mores eius noſſent Crœſum abdiderunt hac ratione ut ſi Cambyſes facti pœnitens requireret Crœſum: eo producto donis afficerentur q̄ illum ſeruaſſent. Si non pœniteret nec deſideraret: tunc hominem interficerent. Nec ita multo poſt cum Cambyſes deſideraret Crœſum: miniſtri hoc animaduertentes enunciant ei hominem ſupereſſe. Cambyſes ſe quidem inquit Crœſo ſuperſtite gaudere: ſed his qui illum ſeruaſſent ueniam non daturum: ſed mortem allaturum prout & fecit. Multa huiuſmodi tam in perſas q̄ ī ſocios cum memphi moratus eſt Cambyſes faciebat inſania. Adeo uetuſta recludens ſepulchra mortuos īſpiciebat. Etiam templum Vulcani adiēs multo deriſu ſimulacrum illius cauillatus eſt. Siquidē ſtatua Vulcani ſimillima eſt his diis quos pitaicos uocāt phœnices: quos in triremium proris phœnices circūferunt: quos qui non uidit ego ſic ei indicabo eſſe illos pigmæi uiri imaginem. In templum quoq; Cabyrorum inacceſſum alteri q̄ ſacerdoti ingreſſus eſt: & quæ illicerant ſimulacra multis in ea iocatus uerbis concremauit. Sunt enim & hæc illis Vulcani ſimilia: a quo ſe hi homines auint eſſe oriundos. Cum multa igitur apud me documenta ſunt Cambyſem uehementer inſaniſſe: Tum uero illud quod alioquin non tentaſſe templa:

legesq; habere ludibrio. Nam si quis uniuersis hominibus præbeat facultatem optimas ex omnibus leges eligendi: profecto cunctas unusquisq; rimatus suas eligeret. Non igitur credibile est alium q̃ dementem talia ludibrio habere. Atq; ita de suis quenq; legibus sentire. Licet cum aliis coniecturis colligere: tum uero hac. Darius accitos qui in sua ditione erant græcos perconctatus est quanta pecunia uellent defunctis parentibus uesci: Illis negantibus ulla se pecunia hoc esse facturos: Darius dehinc græcis præsentibus: & quæ dicebãtur p interpretem discentibus interrogauit eos ĩdos: qui calaciæ nominantur: qui uescuntur parentibus quantum accipere pecuniarum uellent: ut patres defunctos igne comburerent. Indi uehementer reclamãtes meliora illum ominari iuberent. Atq; ita moribus comparatum est: Rectèq; mihi uidetur Pindarus fecisse ut diceret morem omnium esse regem. Dum Cambyses in ægyptum contendit: Lacedæmonii quoq; intulere bellum samo & Policrati Aeacis filio: qui samum ui occupauerat: eãq; inter initia trifariam partitus erat cum fratribus Pantagnoto & Syloſonte: Quorum deinde altero necato: altero qui erat iunior eiecto: totam solus optinebat inito fœdere cum Amasi rge ægypti: cum quo hospitium habebat mittens munera uicissimq; accipiens: breuiq; statim tempore res eius adeo profecerunt: ut per ioniam cæteramq; græciam celebrarẽtur. Quocunq; enim bellum intulerat cuncta ei prospere cedebãt cum haberet centum biremes: mille sagittarios inuadens omnes sine ullo cuiusq̃ discrimine: q; diceret se magis gratificari amico: si ei quæ abstulisset redderet: q̃ si nihil adhuc auferret. Multas itaq; hic insulas: multa etiam in continente oppida capiebat. Lesbios enim cum multis copiis opem milesiis ferentes nauali prælio uicit: cepitque qui omnem fossam mœnia sami ambientem uincti foderunt: atque res Policratis tantopere secundos esse nõ latuit Amasim: cui hoc curæ erat: Sed cum assidue forent multo secundiores Amasis libellũ samũ misit in hæc uerba scriptum. Amasis Policrati ita inquit. Mihi quidem feliciter agi cum uiro amico meo & hospite audire

uoluptati eſt: tamen tuæ magnæ proſperitatis mihi nō placēt qui intelligo q̄ inuidum numē ſit. Quod ad me attinet malū tum meas ipſius: tum eorum qui mihi curæ ſunt res nunc proſpere ire: & per uarias fortunæ uices æuum traducere: q̄ in omnibus mihi proſpere cedere. Tu itaq; mihi obtemperando hoc aduerſus proſperitates agito. Diſpice quid tibi eſt quod plurimi facias: quodq; amiſſum tibi maxime doleret. Id ubi inueneris ita abiicito: ut nunq̄ ad homines ueniat. Quod ſi proſpera tua deinceps non uariabuntur aduerſis medeare tu tibi ſubinde eo modo quem tibi ſubieci. Hæc cum legiſſet Polycrates & in animum demittens tanq̄ bene ſibi ab Amaſe præcepta diſquirebat quodnam ſuorum ornamentorum eēt quo amiſſo maxima ipſe moleſtia afficeretur: atq; hoc tandē quæritando iuenit. Erat enim gemma ſignatoria ſmaragdus: quam geſtabat auro incluſam opus Theodori ſamii Temecle geniti. Hanc ubi abiiciendam ſtatuit ita abiicere libuit: Biremem conſcendit eam dehinc uiros quibus illam inſtruxerat ī pelagus educere iubet. Et poſtq̄ ab inſula procul aberat detractū ſibi ſigillum cunctis: qui una nauigabant iſpectātibus abiecit in pelagus. Hoc acto renauigauit. Reuerſo domum cū ex iactura afficeretur quinto ſextoue q̄ hæc acta ſunt die: hoc ei caſu euenit. Piſcator quidam captum a ſe piſcem grandem ſane: ac pulchrum putauit dignum quo Polycratem donaret: eum ad fores cum attuliſſet: dixit ſe in conſpectum Polycratis ire uelle: a ianitore permiſſus donans Polycrati piſcē. Rex inquit hunc ego quem cepi piſcem & ſi operis manuariis uitā tolero: tamen non iudicaui ferendum a me eſſe in forum: ſed te tuaq; potentia dignum. Eum itaq; affero tibi donoq;. His uerbis iſte delectatus ita reſpondit. Tu uero probe nec facto ſolo: ſed etiam oratione apud me iniſti gratiam. Ad cœnamq; te uocatum uolo. Hæc magnifaciens piſcator domum abiit: piſcem miniſtri reſcindentes offendunt in eius aluo ſigillum Polycratis. Quod ubi uiderunt ſumpſeruntq;: ad Polycratem lætabundi q̄celerrime pertulerunt. eoq; illi reddito referebant quo pacto fuiſſet inuentum. Polycrates quemadmodum res

diuinitus contigit ſingula quæq; a ſe geſta rettulit in libellū: & qua ratione quod amiſerat recepiſſet. Hæc ubi ſcripſit in ægyptum miſit. Quibus tabellis Amaſis perlectis quæ a Polycrate uenerant intellexit non poſſe præſtare hominem ut alterum fato impendenti eripiat: utq; Polycrates bene moreretur bonam fortunam ſemper expertus: qui ea quoq; ſpiret quæ abieciſſet. Miſſo itaq; ſamum caduceatore dixit ſe ius cum illo hoſpitii ſoluere. Quod ideo fecit ne in triſtē aliquē grauemq; caſum incidente Polycrate animi dolorem uelut de hoſpite ipſe contraheret. Aduerſus hunc igitur Polycratem in omnibus bene agentem lacedæmonii ſumpſere expeditionem acciti ab his ſamiis: qui poſt hæc cydoniam in creta cōdiderūt. Polycrates miſſo clanculum caduceatore ad Cambyſem Cyri filium aduerſus ægyptum copias comparantem orauit ut nūtiis ad ſe in ſamum miſſis rogaret aliquid copiarum: quod audiens Cambyſes libenter in ſamum miſit ad rogandas a Polycrate nauticas copias: quæ ſecum iſte mitteret in ægyptum. Polycrates delectis quos maxime ſuſpicabatur e popularibus ſuis ad rebellionem ſpectare quadraginta triremes miſit Cābyſi mandans ne retro eos dimitteret. Negant quidam ſamios a Polycrate miſſos in ægyptum peruenīſſe: ſed cum in carpathio mari curſum tenerent inter ſe collocutos decreuiſſe ne porro tenderent. Quidam aiunt peruenīſſe in ægyptum ac retentos inde fugam feciſſe: & in ſamum redeuntes Polycratem cum claſſe occurrentem ſuperaſſe: atque in inſulam exiſſe: ſed pugna pedeſtri commiſſa repulſos ita lacedæmonē nauigaſſe. Sunt qui dicant penes eoſdem ab ægypto redeūtes aduerſus Polycratem extitiſſe uictoriam non recte dicētes mea opinione. Neq; enim oportuiſſet illos aſciſcere lacedæmonios ſi per ſe ad reſiſtendū Polycrati ualidi erant. Præterea nec ratio dictat ut cui permulti aderāt cum auxiliarii mercede conducti: tum domeſtici ſagittarii his a ſamiis redeuntibus numero paucis fuerit ſuperatus: cum præſertim liberi ciuiū: atq; uxores ſub Polycrate eſſent: quos iſte inter naualia coactor tenebat: ideo paratos ut ſi hi qui ſecū erant eū rēdeūtibus

aliis prodidiſſent una cũ ipſis naualibus cõflagraret. Poſteaq̃ ſamii qui a Polycrate exacti erant: ſpartam uenerũt adeuntes principes multa ſane qualia ſupplices cõmemorabãt. Quibus illi primo cœtu reſponderunt eorum quæ iſti dixiſſent priorũ quidem oblitos eſſe ſe: poſteriora uero non intelligere. Secũdo deinde congreſſu nihil aliud iſti dixerũt: niſi allato panario illud pane indigere. Quibus iidem reſponderunt panario ſuperfuturum. Itaq; opem ferendam eis cenſuerunt: Atque ubi rem apparauere cum exercitu in ſamum ſe cõtulere referendæ gratiæ cauſa: ut ſamii aiunt: quia illis aliquando ſamii aduerſus meſſenios auxilio fuiſſent: ut lacedæmonii aiunt non tam quia deberent tutari ſamios: q̃ ut eoſdem ulciſcerẽt ob interuerſum craterem: quem Crœſo portabant: & ob thoracẽ ab Amaſi rege ægypti ipſis miſſum. Interceperant enĩ ſamii priore q̃ craterem anno thoracem lineum quidem: ſed frequentibus animalium figuris ex auro lanaq; uerſicolore a ligno intertextum ob id admiratione dignum: quod cuius inſcriptæ eius uenationes eſſent exiles: tamen ſingulæ in ſe habebant tricenas ac ſexagenas beſtiolas ſingulaſq; euidentes. Hoc mirum reddebat thoracem. Qualis alter eſt: quem in lĩdo Mineruæ idem Amaſis dedicauit. Comparauerunt itaq; lacedæmonii exercitum aduerſus ſamum: ut corĩthios quoq; ſollicitarent. In quos etiam ſamiorum extabat iniuria ætate quæ præceſſit hanc expeditionem circa idem tẽpus facta: quo crater interuerſus eſt. Nam cũ Periander Cypſeli filius ſardis ad Halyattem caſtrandos mitteret trecentos primorum corcyræorum liberos: Corinthiiq; qui illos ferebant ſamũ appulſi eſſẽt audita ſamii cauſa cur ſardis pueri ducerentur primum edocuere pueros ut puluinar Dianæ cõtingerent. Deinde nõ ſinentes abſtrahi eoſdem e puluinari cum prouiderent corinthii præbere illis alimenta ipſi diem ſolennem egerunt: quẽ nunc quoq; per id tempus celebrant. Cum enim nox aduenit q̃diu pueri precabantur tam diu exercent choros uirginũ atq; adoleſcentium. Tunc autem choros exercẽtes eſculẽta fecerat & ſeſamo ac melle quæ diſtribuenda ferrent: ut ea corcyræo-

filii rapientes alimenta haberent. Idq; eouſq; factum eſt dum corinthii pueris: quos aſſeruabant omiſſis abierunt. Ita ſamii pueros corcyram reduxerunt. Quod ſi defuncto Periandro corinthiis cum corcyræis amicitia extitiſſet: non ob hanc cauſã corinthii aduerſus ſamios expeditionem ſumpſiſſẽt. Hunc ab ipſa urbe corcyrenſi a ſe condita corinthii ſemper cum corcyræis diſcordes mutuo fuere. Huius igitur rei memores corinthii exulcerato in ſamios animo erant. Mittebat autem Periander ad caſtrandum ſardis primorum corcyræorum delectos pueros ulciſcendi facinoris gratia: quod corcyræi priores in eũ admiſerant. Nam poſteaq̃ uxorem ſuam Melittam necauit Periander: accidit ut ad ſuperiorem calamitatem hæc quoq; accederet. Erant ei ex Melitta liberi duo: unus decẽ & ſeptem: alter duo de uigĩti natus ãnos. Hos auus maternus Procles ad ſe accitos ea proſequebatur charitate: qua debebat nepotes ex filia. Quos ubi remittendos ſtatuit priuſq̃ dimitteret: Scitis inquit pueri quiſnam matrem ueſtram interemit. Hoc dictũ ei qui maior natu erat nullius momẽti habitum eſt: at minori cui nom̃ erat Lycophroni ita doluit: ut reuerſus corĩthum patrem neq; prior affatus ſit neq; affanté reaffari: ac ne ĩterrogãti quidem reſponſum reddẽ noluerit. Eum Periander tandem ſane indignatus e laribus eiecit. Quo eiecto maiorem natu perconctatur quænam cum eis auus eſſet collocutus. Ille narrare ut ſe auus amantiſſime accepiſſet: non tamen facere mẽtionem dicti illius: quod Procles in eis dimittendis dixiſſet: quippe quod in mentem non admiſerat. Periãder dicẽ nulla ratione fieri poſſe quin aliquid illis ab auo ſit ſuggeſtũ: Itaq; perconctando inſtare. Tunc adoleſcens in memoriam rediẽs: Id quoq; dictum fuiſſe narrauit. Quod Periander in animũ accipiens: tamen nolens aliquid filio concedere indulgentius mittit ad eos apud quos filius ab ipſo expulſus degebat prohibitum ne adoleſcentem in domum excipiant. Iſte illinc eiectus in alteram ſe domũ conferebat: ſed ab hac quoq; abiiciebatur Periandro his qui exceperant edicente: atq; ut arcerent imperante. Expulſus hic ad quandam ſodalium ſe contulit.

Illi &ſi formidantes tamen q̄ eſſet Periandri filius hominem excipiebāt. Ad poſtremum Periāder edictum propoſuit quiſquis hunc in domum reciperet aut alloqueretur: eum ſacram pœnā Apollini debiturum: quantā ipſe nuncupabat. Ad hoc dictum cum memoria illū in domum recipere nemo affari uellet: ne ipſe quidem putauit rem deſperatam eſſe tentādā: ſed intra porticus ſe tenens aſſidue uerſabatur. Quē die q̄rta Periander illuuia & inedia enectum cernens miſertus eſt: depoſitaq; ira propius accedens: Fili inquit utrū eſt optabilius iſtud: ne quod faciēdo pateris: an patri obtēperando tyrānidē atq; opes accipere quæ ego habeo: qui cū ſis & meus filius: & beatæ corinthi rex præoptaſti mendicam uitā obſiſtendo atq; iraſcendo illi cui minime debebas. Nam ſi quid calamitatis illinc accidit unde ſuſpitionem in me habes: Id mihi accidit: eiuſq; ego particeps eo magis ſum q̄ ipſe id perpetraui. Tu uero edoctus quāto ſatius ſit inuidioſum q̄ miſerabilem eſſe: & ſimul quid ſit in parentes & in meliores ſe iraſci abi domū. Periander quidem his uerbis filium caſtigabat. Ille autē nihil patri reſpondit: niſi hunc ſacram pœnam deo debere: q̄ in ipſius colloquium ueniſſet. Ibi Periander animaduertens malum filii uehementius eſſe q̄ ut corrigi poſſet: ab oculis eum ſibi amandandum putauit nauigio in corcyram miſſo. Nam corcyræ quoq; imperitabat. Hoc amandato bellum ſocero Procli intulit tanq̄ præcipuo harum rerum auctori. Expugnataq; epidauro Proclem cepit: quem tamen uiuum ſeruauit. Interiecto deinde tempore cum ſenuiſſet Periander: ſibiq; eēt conſcius: non eſſe āplius parem miniſtrandis: obeundiſque rebus mittit corcyram accerſitum Lycophronem ad tyrānidē adminiſtrandam. Nam in maiore filio non erat indoles: hebetiorque eſſe ei uidebatur. Lycophron ne reſponſione quidē dignatus eſt qui ſibi nuncium afferebat. Periander in amorē adoleſcentis propenſus: rurſus ad eum mittit ſororem filiam ſuam ſperans fore ut eum per hanc præcipue perſuaderet. Hæc ubi uenit: Fili inquit mauis tyrannidem recidere ī alios & domum patris tui ad alienos diſpergi: q̄ tu ipſe habeī illuc

recurſus. Redi quæſo ad penates: deſine tibimet officere. Leua poſſeſſio eſt peruicacia: noli malum medicari malo. Multi manſuetiora iuſtioribus præponunt. Multi materna ſectãtes paterna perdiderunt. Lubrica res eſt tyrannis: cuius multi ſunt amatores. Pater ſenex eſt prouectæq; ætatis. Tua ipſius bona ne aliis tradas. His illa uerbis ad inducendum appoſitis fratrem alloquebatur a patre edocta. Cui iſte reſpondens negat ſe iturum corinthum quoad patrem ſupereſſe audiret. Hoc cũ mulier renũciaſſet: tertio Periãder caduceatoré mittit: q dicat ſe quidã in corcyram uelle concedere: ſed ut hic corinthum proficiſcatur ad tyrannidis ſucceſſionem: Id approbãte filio Periander corcyram ipſe ueniebat: Iuuenis corinthum mittebatur. Hæc omnia edocti corcyræi ne ad ipſorum regionem Periander accederet: adoleſcentem interimunt. Ob hæc igitur Periander de corcyræis ultionem ſumebat. Lacedæmonii ingenti cum claſſe ubi peruenere ſamum obſederunt: ſuccedenteſq; muro turri mari imminentem iuxta ſuburbana tranſcenderunt. Sed mox cum magna manu ſuppetias ipſo ferente Polycrate reiecti ſunt. Quinetiam a ſuperiore turri: quæ tergo montis prominebat eruperunt: Tum auxiliarii: tũ ipſorum ſamiorum permulti. Et cum aliquantiſper lacedæmonios ſuſtinuiſſent retro fugam fecerunt: inſequentique ab hoſte cædebantur. Quod ſi lacedæmonii qui aderãt Archiæ: & Lycopi ſimiles extitiſſent eo die capta ſamos fuiſſet. Siquidem Archias & Lycopes ſoli cum ſamiis ad murum refugientibus irrumpentes intercluſa ad redeundum uia intra urbem ſamiorum occubuerunt. Equidem ipſe cum alio Archia Archiæ filio: eodemq; tertio ab hoc Archia congreſſus ſum apud Pitanem. Huius enim tribus erat: qui ex omnibus hoſpitibus maxime ſamios honorabat: ſibi dicens Samio nomẽ a patre fuiſſe inditum: q eius pater Archias ſtrennue pugnãs ſami mortem oppetiſſet: ſeq; ideo ſamiis honorem habere: q auus ſuus fuiſſet a ſamiis publice affectus egregia ſepulta. Lacedæmonii quadraginta diebus in obſidendo abſumptis cum in ſuſcepta re nihil admodum proficerent in pelopõne-

Illi &ſi formidantes tamen q̄ eſſet Periandri filius hominem excipiebāt. Ad poſtremum Periādēr edictum propoſuit quiſquis hunc in domum reciperet aut alloqueretur: eum ſacram pœnā Apollini debiturum: quantā ipſe nuncupabat. Ad hoc dictum cum memoria illū in domum recipere nemo affari uellet: ne ipſe quidem putauit rem deſperatam eſſe tentādā: ſed intra porticus ſe tenens aſſidue uerſabatur. Quē die q̄rta Periander illuuia & inedia enectum cernens miſertus eſt: depoſitaq; ira propius accedens: Fili inquit utrū eſt optabilius iſtud: ne quod faciēdo pateris: an patri obtēperando tyrānidē atq; opes accipere quæ ego habeo: qui cū ſis & meus filius: & beatæ corinthi rex præoptaſti mendicam uitā obſiſtendo atq; iraſcendo illi cui minime debebas. Nam ſi quid calamitatis illinc accidit unde ſuſpitionem in me habes: Id mihi accidit: eiuſq; ego particeps eo magis ſum q̄ ipſe id perpetraui. Tu uero edoctus quāto ſatius ſit inuidioſum q̄ miſerabilem eſſe: & ſimul quid ſit in parentes & in meliores ſe iraſci abi domū. Periander quidem his uerbis filium caſtigabat. Ille autē nihil patri reſpondit: niſi hunc ſacram pœnam deo debere: q̄ in ipſius colloquium ueniſſet. Ibi Periander animaduertens malum filii uehementius eſſe q̄ ut corrigi poſſet: ab oculis eum ſibi amandandum putauit nauigio in corcyram miſſo. Nam corcyræ quoq; imperitabat. Hoc amandato bellum ſocero Procli intulit tanq̄ præcipuo harum rerum auctori. Expugnataq; epidauro Procleni cepit: quem tamen uiuum ſeruauit. Interiecto deinde tempore cum ſenuiſſet Periander: ſibiq; eēt conſcius: non eſſe āplius parem miniſtrandis: obeundiſque rebus mittit corcyram accerſitum Lycophronem ad tyrānidē adminiſtrandam. Nam in maiore filio non erat indoles: hebetiorque eſſe ei uidebatur. Lycophron ne reſponſione quidē dignatus eſt qui ſibi nuncium afferebat. Periander in amorē adoleſcentis propenſus: rurſus ad eum mittit ſororem filiam ſuam ſperans fore ut eum per hanc præcipue perſuaderet. Hæc ubi uenit: Fili inquit mauis tyrannidem recidere ī alios & domum patris tui ad alienos diſpergi: q̄ tu ipſe habeā illuc

recurſus. Redi quæſo ad penates: deſine tibimet officere. Leua poſſeſſio eſt peruicacia: noli malum medicari malo. Multi manſuetiora iuſtioribus præponunt. Multi materna ſectãtes paterna perdiderunt. Lubrica res eſt tyrannis: cuius multi ſunt amatores. Pater ſenex eſt prouectæq; ætatis. Tua ipſius bona ne aliis tradas. His illa uerbis ad inducendum appoſitis fratrem alloquebatur a patre edocta. Cui iſte reſpondens negat ſe iturum corinthum quoad patrem ſupereſſe audiret. Hoc cũ mulier renũciaſſet: tertio Periãder caduceatorẽ mittit: q dicat ſe quidã in corcyram uelle concedere: ſed ut hic corinthum proficiſcatur ad tyrannidis ſucceſſionem: Id approbãte filio Periander corcyram ipſe ueniebat: Iuuenis corinthum mittebatur. Hæc omnia edocti corcyræi ne ad ipſorum regionem Periander accederet: adoleſcentem interimunt. Ob hæc igitur Periander de corcyræis ultionem ſumebat. Lacedæmonii ingenti cum claſſe ubi peruenere ſamum obſederunt: ſuccedenteſq; muro turri mari imminentem iuxta ſuburbana tranſcenderunt. Sed mox cum magna manu ſuppetias ipſo ferente Polycrate reiecti ſunt. Quinetiam a ſuperiore turri: quæ tergo montis prominebat eruperunt: Tum auxiliarii: tũ ipſorum ſamiorum permulti. Et cum aliquantiſper lacedæmonios ſuſtinuiſſent retro fugam fecerunt: inſequentique ab hoſte cædebantur. Quod ſi lacedæmonii qui aderãt Archiæ: & Lycopi ſimiles extitiſſent eo die capta ſamos fuiſſet. Siquidem Archias & Lycopes ſoli cum ſamiis ad murum refugientibus irrumpentes intercluſa ad redeundum uia intra urbem ſamiorum occubuerunt. Equidem ipſe cum alio Archia Archiæ filio: eodemq; tertio ab hoc Archia congreſſus ſum apud Pitanem. Huius enim tribus erat: qui ex omnibus hoſpitibus maxime ſamios honorabat: ſibi dicens Samio nomẽ a patre fuiſſe inditum: q eius pater Archias ſtrennue pugnãs ſami mortem oppetiſſet: ſeq; ideo ſamiis honorem habere: q auus ſuus fuiſſet a ſamiis publice affectus egregia ſepultũra. Lacedæmonii quadraginta diebus in obſidendo abſumptis cum in ſuſcepta re nihil admodum proficerent in pelopõne-

ſũ rdierẽt. Ferẽ Polycratẽ(ut rumor qdã temerarius emanauit) magnũ numeꝝ monetæ patriæ e plũbo pcuſſiſſe : eãq; auro induxiſſe : ac lacedæmoniis dediſſe: atq; ea accepta illos receſſiſſe . Hãc primã expeditionẽ dores aduerſus aſiam per lacedæmonios ſuſceperunt . Samii qui Polycrati bellum ĩtulerãt: Poſteaq̃ a lacedæmoniis ſe relictum iri uident: & ipſi traſmiſerunt in ſiphnũ . deficiebãtur enim pecunia . Vigebant ea tempeſtate ſiphniorum res. Eratq; hæc inſularum locupletiſſima : ut in qua auraria: & argentaria metalla eſſent : unde tantum pecuniæ fiebat: ut ex decima eius parte reponeretur apud delphos theſaurus locupletiſſimo cuiq; par : Siphniis pecuniam quæ quot annis conficiebatur diſtribuentibus. Qui ubi theſaurum confecerunt nunquid diu permanere poſſent ipſis præſentia bona conſuluere oraculum. Eis ita Pythia reſpondit . Cum tamen in ſiphno fuerint pritaneia cana : Cana fori facies: tũc uir uafer aſſit oportet: Qui notet e ligno agmẽ legatumq; rubentem. Erãt eo tempore ſiphniis pritaneium forumq; pario lapide exculta . Hoc oraculum ſiphnii neq; tunc ſtatim: neq; poſt aduẽtũ ſamioꝝ intelligere potuerẽt. Nã ſamii cum uelociſſime ad ſiphnum applicuiſſent: miſerũt ad urbem cum legatis unam e nauibus . Veteri inſtituto naues omnes erant rubrica delibutæ : atq; hoc erat : quod ſiphniis Pythia prædixerat: ut obſeruarent ligneum agmen ac rubrum legatum. Nuncii igitur ubi peruenere: decem ſibi talenta mutuari precabantur. Negantibus ſiphniis ſe mutuaturos: ſamii eorum agros populabãtur. Id audiẽtes ſiphnii cõtinuo occurrẽtes cõmiſſa pugna fugati ſũt: eoꝝq; multi ab urbe ĩtercluſi: quos poſtea centũ talẽtis recuperauere. Ab hermioneis quoq; ſamii pecuniarum loco inſulam thyream acceperunt peloponeſo adiacentẽ: quam troezeniis cõmendauerunt . Ipſi cydoniã in creta condiderunt : cum illic non ea de cauſa nauigaſſent : Sed ut zacynthios ex inſula ſummouerent . In hac urbe quinquennium degentes ita rem bene geſſerunt : ut templa : quæ nunc in cydonia uiſuntur : iſti fecerint . Et Dictynes præterea delubꝝ ſexto eos anno æginetæ nauali

prælio uictos cum cretenſibus diripuerunt:ac roſtratas naues mutilauerunt :eaque roſtra apud Mineruæ templum in ægina affixerunt . Hæc æginetæ famiis fecere ifenſi q illi antea ſub Amphicrate rege bello æginetæ illato magnis cladibus illos affeciſſent :& inuicem affecti fuiſſent ,& hæc quidem fuit cauſa . Protraxi autem ſermonem de famiis ob hoc magis q tria ſunt apud eos opera græcanicoꝝ omnium maxima: Vnū montis in centum quinquaginta paſſus èditi : a cuius imo foſſa incipiens ad contrarium os deducta eſt : Longitudinis ſeptem ſtadiorum :Celſitudinis autem ac latitudinis octonū pedum . Item per eam totam altera foſſa depreſſa eſt uigīti cubitorum triplo maioris latitudinis : per quam deriuata a magno fonte aqua fiſtulis in urbem deducitur . Huius foſſæ architectus extitit megarēſis Eupalinus Nauſtrophi filius. Alterum e tribus operibus eſt agger circa portum in mari ad uiginti paſſus altitudinis: duobus amplius ſtadiis longitudīs. Tertium opus eſt templum omnium:quæ nos ampliſſimū: Cuius architectus primus extitit Rhœcus Philei filius illinc indigena . Horum operum gratia ſermonem aliquāto magis extendimus . Cambyſe Cyri circa ægyptum immorante: ac deſipiſcēte duo magi iidemq; fratres coniurauerunt . Quorum alter Cambyſes reliquerat rei domeſticæ curatorem . Hic cognita Smerdis nece quæ occultabatur :pauciſq; perſarum erat nota :pleriſq; eum uiuere arbitrantibus rebellandum ſibi putauit :atque ita rem eſſe aggrediendam . Erat et in regia germanus quem dixi una coniuraſſe corporis habitu q̄ſimillimus Smerdi Cyri filio : quem Cambyſes fratrem ſuum interemerat : nec ſpecie tantum corporis Smerdi aſſimilis: ſed etiam cognominis . Hunc uirum magus Patizithes inſtructum quēadmodum ipſe illi omnia peracturus eſſet: in regium ſolium perducit . Hoc acto caduceatores cum alia in loca : tum uero in ægyptum dimittit ad exercitū:q edicerēt ut Smerdi Cyri dēiceps obedirēt ñ Cābyſi . Hæc caduceatores alii alibi edixer. Is quoq; q ad ægyptū delegatus erat: Inuēit āt Cābyſē atq; exercitū ī acbatāis ſyriæ agētē

ſũ rdieſt. Ferẽ Polycratẽ (ut rumor qdã temerarius emanauit) magnũ numeꝝ monetæ patriæ e plũbo pcuſſiſſe: eãq; auro induxiſſe: ac lacedæmoniis dediſſe: atq; ea accepta illos receſſiſſe. Hãc primã expeditionẽ dores aduerſus aſiam per lacedæmonios ſuſceperunt. Samii qui Polycrati bellum ituleratẽ: Poſteaq̃ a lacedæmoniis ſe relictum iri uident: & ipſi traſmiſerunt in ſiphnũ. deficiebãtur enim pecunia. Vigebant ea tempeſtate ſiphniorum res. Eratq; hæc inſularum locupletiſſima: ut in qua auraria: & argentaria metalla eſſent: unde tantum pecuniæ fiebat: ut ex decima eius parte reponeretur apud delphos theſaurus locupletiſſimo cuiq; par: Siphniis pecuniam quæ quot annis conficiebatur diſtribuentibus. Qui ubi theſaurum confecerunt nunquid diu permanere poſſent ipſis præſentia bona conſuluere oraculum. Eis ita Pythia reſpondit. Cum tamen in ſiphno fuerint pritaneia cana: Cana fori facies: tũc uir uafer aſſit oportet: Qui notet e ligno agmẽ legatumq; rubentem. Erãt eo tempore ſiphniis pritaneium forumq; pario lapide exculta. Hoc oraculum ſiphnii neq; tunc ſtatim: neq; poſt aduẽtũ ſamioꝝ intelligere potuerũt. Nã ſamii cum uelociſſime ad ſiphnum applicuiſſent: miſerũt ad urbem cum legatis unam e nauibus. Veteri inſtituto naues omnes erant rubrica delibutæ: atq; hoc erat: quod ſiphniis Pythia prædixerat: ut obſeruarent ligneum agmen ac rubrum legatum. Nuncii igitur ubi peruenere: decem ſibi talenta mutuari precabantur. Negantibus ſiphniis ſe mutuaturos: ſamii eorum agros populabãtur. Id audiẽtes ſiphnii cõtinuo occurrẽtes cõmiſſa pugna fugati ſũt: eoꝝq; multi ab urbe itercluſi: quos poſtea centũ talẽtis recuperauere. Ab hermioneis quoq; ſamii pecuniarum loco inſulam thyream acceperunt peloponeſo adiacentẽ: quam troezeniis cõmendauerunt. Ipſi cydoniã in creta condiderunt: cum illic non ea de cauſa nauigaſſent: Sed ut zacynthios ex inſula ſummouerent. In hac urbe quinquennium degentes ita rem bene geſſerunt: ut templa: quæ nunc in cydonia uiſuntur: iſti fecerint. Et Dictynes præterea delubꝝ ſexto eos anno æginetæ nauali

prælio uictos cum cretenſibus diripuerunt: ac roſtratas naues mutilauerunt: eaque roſtra apud Mineruæ templum in ægina affixerunt. Hæc æginetæ famiis fecere ifenſi q illi antea ſub Amphicrate rege bello æginetæ illato magnis cladibus illos affeciſſent: & inuicem affecti fuiſſent. & hæc quidem fuit cauſa. Protraxi autem ſermonem de famiis ob hoc magis q tria ſunt apud eos opera græcanicoꝝ omnium maxima: Vnū montis in centum quinquaginta paſſus editi: a cuius imo foſſa incipiens ad contrarium os deducta eſt: Longitudinis ſeptem ſtadiorum: Celſitudinis autem ac latitudinis octonū pedum. Item per eam totam altera foſſa depreſſa eſt uigīti cubitorum triplo maioris latitudinis: per quam deriuata a magno fonte aqua fiſtulis in urbem deducitur. Huius foſſæ architectus extitit megarēſis Eupalinus Nauſtrophi filius. Alterum e tribus operibus eſt agger circa portum in mari ad uiginti paſſus altitudinis: duobus amplius ſtadiis longitudīs. Tertium opus eſt templum omnium: quæ nos ampliſſimū: Cuius architectus primus extitit Rhœcus Philei filius illinc indigena. Horum operum gratia ſermonem aliquāto magis extendimus. Cambyſe Cyri circa ægyptum immorante: ac deſipiſcēte duo magi iidemq; fratres coniurauerunt. Quorum alter Cambyſes reliquerat rei domeſticæ curatorem. Hic cognita Smerdis nece quæ occultabatur: pauciſq; perſarum erat nota: pleriſq; eum uiuere arbitrantibus rebellandum ſibi putauit: atque ita rem eſſe aggrediendam. Erat et in regia germanus quem dixi una coniuraſſe corporis habitu q̄ſimillimus Smerdi Cyri filio: quem Cambyſes fratrem ſuum interemerat: nec ſpecie tantum corporis Smerdi aſſimilis: ſed etiam cognominis. Hunc uirum magus Patizithes inſtructum quēadmodum ipſe illi omnia peracturus eſſet: in regium ſolium perducit. Hoc acto caduceatores cum alia in loca: tum uero in ægyptum dimittit ad exercitū: q edicerēt ut Smerdi Cyri dēiceps obedirēt ñ Cābyſi. Hæc caduceatores alii alibi edixeř. Is quoq; q̄ ad ægyptū delegatus erat: Inuēit āt Cābyſē atq; exercitū ī acbatāis ſyriæ agētē

ſtans in medio præcepta magi expoſuit. Hæc audiēs Cābyſes uera loqui caduceatorem ratus: ſeq; a Prexaſpe eſſe proditum q; miſſus ad occidendum Smerdem rem nō peregiſſet. Intuēs in eum Prexaſpes inquit: Ita ne mihi rem executus es: quam tibi iniunxeram? Ad quem ille: Iſta here ait haudquaq; uera ſunt: ut aut frater tuus aliquando rebellet in te: aut quippiā ex illo uiro certaminis exiſtat magni exiguiue. Quippe cum ego ſim executus quæ tu mihi imperaſti: quiq; hominē meis ipſius humaui manibus. Quod ſi defuncti rebellant: expecta ut etiam Aſtyages medus in te rebellet. Sin autem ita habet ut antea habebat nihil tibi ex illo nouum amplius geminabit. Igitur mitte mecum qui aſſequantur caduceatorem: qui perconctando indagent nunquid a quo Smerde rege nobis denunciatum uenit eum audierit. Hæc loquentem Prexaſpem Cambyſes audiens cum ei placuiſſēt: confeſtim ad retrahēdū caduceatorem miſit. Eum ubi rediit Prexaſpes his uerbis īterrogauit. O homo quandoquidem te ais a Smerde Cyri filio uenire nuncium: Dicito ueritatem qua dicta abito ſoſpes. Vtrum Smerdis ipſe ī conſpectum datus tibi iſta mandauit: an quiſpiam eius miniſtrorum? Tum ille equidem inquit Ego Smerdim Cyri filium: ex quo Cambyſes aduerſus ægyptum fecit expeditionem nunq; conſpexi: ſed magus quem Cambyſes rerum ſuarum familiarium procuratorē conſtituit: Is mihi iſta mandauit dicens Smerdem Cyri optare hæc apud uos dici. Hæc ille loquens nihil admodum ementitus eſt. Tum Cambyſes Prexaſpes inquit. Tu quidem quia ut uir bonus imperata feciſti culpam effugiſti. Verum quiſnam fuerit e perſis: qui in me rebellauit occupato Smerdis nomine? Ad quem Prexaſpes. Ego inquit hoc quod actum eſt mihi uideor intelligere. Magi ſunt: qui aduerſus te inſurrexerunt. Patizithes quem tu rerum familiarium curatorem reliquiſti: & frater eius Smerdis. Ibi Cambyſem cum Smerdis audiſſet nomen percuſſit ueritas ſermonis ac ſomnii: per quod ei qdē uiſus fuerat nūciare Smerdē in regio ſedentem ſolio ad cælū uſq; pertingere uertice. Agnoſcens itaq; ſine cauſa fratris īter-

emptorem ſe fuiſſe deflebat Smerdem. Quẽ ubi defleuit ut erat omni clade afflictus in equum inſiliit habens in animo q̃raptiſſime ſuſa uerſus exercitum ducere in magum. Inſiliẽti in equum uagina gladii excidit: unde nudatus gladius perſtrixit eius femur ĩ ea ſcilicet pte: ĩ qua prius ipſe tãq̃ opportuna ad feriendum (ut ſibi uidebatur) percuſſerat Apim ægyptiorũ deum. Vulneratus Cambyſes quodnam illi oppido nomen eſſet interrogauit: Illi aiunt acbatana. Sed cum fuiſſet iam antea Cambyſi redditum ex urbe buti oraculum eum in acbatanis deceſſurum: ipſe interpretabatur ſe in acbatanis mediæ: ubi res eius omnes erant ſenem uita functurum. Ac oraculũ in acbatanis ſyriæ loquebatur. Tunc poſtq̃ ſciſcitatus oppidi nomen audiuit: tum magi iniuria perculſus: tum uulnere tetiſipuit: uerbaq̃ oraculi expendens. Hoc in loco inquit fatale eſt Cambyſem Cyri decedere. Hactenus tunc locutus. Viceſſio dehinc die accitis perſarum qui aderant præſtantiſſimis quibuſq̃ ita inquit. Quod maxime occultum uolebam perſæ: id cogor apud uos efferre. Ego enim cum apud ægyptum agerẽ ĩter quietem uiſum uidi: quod quidẽ minime uiſum oportuit: Videbatur mihi nuncius quidam domo aduenies nunciare Smerdem in regio ſedentem ſolio cælum capite cõtingere. Ex quo ueritus ne a fratre exuerer principatu properantius q̃ prudentius feci. Neq̃ enim in hominis natura ſitum eſt auertere quod euenturum eſt. Itaq̃ demens ego Prexaſpem ſuſa ad Smerdem interimendum miſi. Quo tanto ſcelere perpetrato ſecurius degebam nequaq̃ coniectãs ut Smerde ſublato alius quiſpiam mortalium in me exurgeret. Vnde prorſus euentu rerum fruſtratus & parricida fratris incaſſum extiti: & nihilominus regno exutus ſum. Nam Smerdis magus erat: is quem dæmon mihi per quietem demonſtrauit in me arma ſumpturum. Hoc opus cum ego perpetrarim iam uobis Smerdem Cyri non ſupereſſe exiſtimetis: ſed magos uobis regnum occupaſſe: quorum alterum rerũ domeſticarũ procuratorem reliquerã: alter eius frater eſt Smerdis. Sed quem dicebat præcipue uicem

meam ulciſci indigna a magis paſſi: is imerita morte a proxis ſuis affectus eſt. Secūdo loco quod reliquū eſt perſæ neceſſariſſimū mihi demādaſ uobis: quod e uita exiens effici mihi cupio atq; opto per regios deos obteſtans cum omnes uos: tum maxime Achæmēides qui adeſtis ne per ſecordiam amittatis ut imperiū rurſus redeat ad medos. Sed ſi dolo occupatū eſt: Illud dolo ſurripiatis. ſin ui præreptum: ui recuperetis. Hæc nobis facientibus & tellus fructum proferat: uxoreſq; & pecua pariant in omne tempus libertate fruentibus. Secus facientibus contraria his quæ dixi imprecor & præterea unicuiq; perſarum eum finem qualis mihi contigit ſimul. Hæc locutus Cambyſes defleuit omnem ſuam conditionem. Perſæ ut regem ſe lamentātē conſpexere: uniuerſi tum ueſtimēta reſcindere: tum effuſo ploratu uti. Poſt hæc ubi femoris os uiciatum eſt: femurq; celerrime contabuit: Cābyſi uita erepta eſt Cyri filio: cum regnaſſet ſeptem omnino annos & menſes quinq; nulla unq̄ prole ſuſcepta uirili: fœmineaue. Perſis qui aderant magna effuſa eſt incredulitas reȝ potiri. Magos iterpretantibus potius Cambyſem: quæ de nece Smerdis dixiſſet ea dixiſſe ut illi omne nomē perſicum redderent hoſtile. Itaq; pro certo habebant Smerdem Cyri per rebellionem regnare: utpote Prexaſpe uſq; peruagante a ſe fuiſſe Smerdim interfectum. Neq; enim tutum ei erat poſt Cambyſis obitum fateri ipſius manu filii Cyri interemptus. Magus defuncto Cābyſe per ſimulationem Smerdis Cyri qui ipſi fuerat cognominis ſecurus regnauit menſes ſeptem: qui reliqui erant ad implēdū octauum annum regni Cambyſis. Per quos menſes oē genus liberalitatis in ſubditos munificentiæq; exhibuit. Adeo ut eius defuncti magnū ceperit deſiderium: omnes aſiam incolētes ipſis perſis exceptis. Nam miſſis ad ſingulas quibus imperabat nationes edictis magus immunitatem tributorum ac uacationem militiæ in triennium tribuit: atque hoc quidem ſtatim adeptus imperium edixit. Octauo autem menſe quiſnam eſſet compertus eſt hunc in modum. Erat Otanes quidam Pharnaſpis quidem filius: ſed genere:

atq; opibus primo cuiq; perſarum par. Hic Otanes magũ nõ eſſe Smerdem Cyri primus ſuſpicatus eſt: ſed eum qui erat hac coniectura: q; neq; ex arce progrediebatur: neq; perſarũ procerum quempiam ad conſpectum ſuum uocabat. Itaque eum ſuſpicatus eſſe hoc ſibi ſtatuit faciendum. Cum haberet filiam nomine Phædymam: quam Cambyſes tenuerat: cuiuſq; tunc magus contubernio utebatur: ut aliarum oĩum Cambyſis uxorum: Miſit ad eam quendam pater ſciſcitatum quo cum homine cubaret: cum Smerde Cyri: an cum altero. Illa remiſſo nuncio negauit ſe id ſcire. Quippe quæ nec Smerdem Cyri uidiſſet unq̃ nec eum cum quo cubaret noſſet qſnã eſſet. Ad hanc rurſus mittit Otanes inquiens. Si ipſa Smerdẽ Cyri non habes cognitum ſaltem ſciſcitare ab Atoſſa: quo cũ uiro tu atq; illa cubitatis. Non enim illa ſuum ipſius ignorat fratrẽ. Filia ad hæc reſpondit. Ne in Atoſſæ quidem colloq̃ũ uenire poſſem: aut ullam aliam cernere mulierem cum illo cubantium. Nanq; hic uir quiſquis eſt tum primum adeptus eſt regnum nos diſperſit aliam alibi collocans. Audienti hæc Otani res eſt uiſa manifeſtior. Itaq; tertio nuntiũ ad eandem mittit in hæc uerba. Filia decet te bonis ortam natalibus piñ ſuſcipere periculũ: quod te ſubire pater hortatur. Si enim iſte Smerdis Cyri non eſt: ſed is quẽ ego ſuſpicor non debet neq; tuo frui contubernio: neq; q; potentiã perſarũ optinet ĩpune lætari: ſed pœnas luere. Nunc igitur agito. Cum tecũ cubabit animaduerteſq; ſoporatum palpa eius auriculas: quas ſi habentem compereris cum Smerde Cyri te cubare exiſtima. Sin minus cum Smerde mago. Ad hæc Phædyma reſpondet ſe ſi id faciat magnum adire diſcrimen: quoniam probe ſciret ſi ille careat auribus: & ipſa in palpando deprehendatur fore ut ipſa ab illo trucidetur: tamen ſe id facturam: & Phedyma quidem recepit ſe patri hoc eſſe perfecturam. Huic autem Smerdi mago Cyrus cum regnaret aures præciderat non exigua de cauſa. Ergo Phædyma hæc Otanis filia quæcunq; receperat patri executa eſt. Nam ubi uices eius fuerunt adeundi magum. Etenim uxores pſaq; per

uices in orbem ad illos pergunt adiens magum una cubuit: eiuſq; dum uehementer ſoporatus eſt aures palpauit: quibus carere hominem non difficulter: ſed facile ſane deprehendit. Voi illuxit celerrime patrem certiorem rei geſtæ facit. Iſte ſũptis Aſpathane: & Gobrya perſarum primoribus: & ad fidẽ ſibi ſeruandam accommodatiſſimis rem omnem exponit: q & ipſi ſua ſponte rem ita ſe habere ſuſpicabantur. Eoq; uerba quæ Otanes attulerat admiſerunt: conſtituerunt ut ſiguli ſibi ſingulos in ſocietatem deligerent e perſis: quibus maxĩe confiderent: Aſciuit itaq; ſibi Otanes Intaphrenem: Gobryas Magabyzum: Aſpathenes Hydarnem. Hi cum ſex forent Darius a perſis (Nam his pater eius Hiſtaſpes præerat) ſuſa aduẽit: qui cum aduenĩſſet placuit ſex perſis hũc in ſocietatẽ aſciſcere. Qui cum ſeptem eſſent congreſſi collocutiq; fidem mutuo dederunt. Cumq; ad Darium ordo dicendæ ſententiæ ueniſſet ita apud cæteros uerba facit. Equidem mihi uidebar ego ſolus noſſe magum regnare: & Smerdem Cyri mortẽ oppetiſſe. Atq; ob id ipſum dedita opera huc me contuli ad necem mago comparandam. Verum quandoquidem cõtigit ut uos quoq; rem ſciatis non ſolum ego uidetur mihi confeſtim eſſe tranſigendum: neq; differendum. Differre enim ſatius non eſt. Ad hæc Otanes fili inquit Hiſtaſpis & pſe egregio ortus es: & te ipſo nihilo inferiorem eſſe patre tuo indolem præfers: noli tamen ita properare ad rem aggrediẽdam inconſulto. Sed conſiderantius illam capeſſe: quam ita demum aggredi debemus cum plures fuerimus. Tum Darius uiri inquit q adeſtis ſi eo quẽ Otanes dixit utemini modo: ſciatis uos tetterrime perituros. Aliquis enim priuati lucri ratione habita rem ad magum deferet. Et uos quidem debeatis potius per uoſmet: qui cœperatis iſta exequi. Sed quoniam ſtatuiſtis ad plures referendum: & me adhibendum: aut hodie tranſigamus: aut ſcitote ſi nobis hodiernus elabatur dies non alium: aut hodie tranſigamus occupaturũ: ut me apud magũ accuſet: ſed me ut uos accuſẽ. Ad hæc Otanes cũ cerneret Dariũ eſſe ĩproperum: quoniam

inquit nos maturare compellis nec finis differre: age expone nobis ipse quonam pacto regiam introire possimus: & illos aggredi. Excubias nanq; dispositas esse: ipse quoq; & si non uisu certe auditu nosti: quas qua ratione penetrabimus. Cui respõdens Darius. Multa sunt inquit Otanes quæ nequeunt oratione declarari: sed facto. Alia quæ oratione declarari possunt: sed unde nihil clari operis existit. Vos uero nosti excubias: quæ depositæ sunt haud quaq̃ difficiles esse ad penetrãdum. Nam cum nos tales sumus nemo non quisquis ille sit cedet nobis partim ob reuerentiam: partim ob timorem. Ad quod habeo prætextum accõmodatissimum cui innitamur. Siquidem nos dicam e persis uenisse ac uelle quædam a patre mandata regi nunciare. Vbi enim expedit mendacium dicimus quiq; ueritatem. Quippe cum hi qui mentiuntur: tunc mentiuntur cũ persuadendo sunt quippiam lucri facturi: & qui uerum dicunt: ideo dicũt: ut uerum dicendo aliquod lucrum consequantur: Et alius huc: alius illuc magis propẽsus est. Ita non idem factitando: idem tamen optinemus. Quod si nihil lucri faciendum esset pæque & uerax foret mendax: & mẽdax uerax. Quod ad ianitores attinet si quis eorũ libẽter cedet nobis utilius ei suo tempore erit si quis obuiam ire conabitur: ut est hostis: ita tũc pro hoste habeatur. Deinde ĩtro irrumpentes rem transigemus. Post hæc Gobryas uiri amici inqt nobis pulchrius erit recuperare imperium: aut si recuperare non poterimus mortẽ oppeterẽ: q̃cum simus persæ uiro medo parere: & quidem aures nõ habenti: cũ præsertĩ qcũq; uestrũ Cãbysi ægrotanti affuistis memoria teneatis quæ ille dũ uita excederet persis ĩprecatus est: nisi iperiũ recuperare tẽtarent: quæ nos tũc nõ admittebamus ñ iuidiose dici a Cãbyse existimãtes: Nũc igit calculũ pono ĩ Darii sñtiã: neq; hũc cœtum dissoluendũ cẽseo: sed statĩ aduersus magũ adeundum. Hæc dicta a Gobrya cæteri comprobarunt. Interea dum ab istis consultatur forte hoc contigit: ut magi inito inter se concilio statuerunt conciliandum sibi amicum Prexaspem q̃ ĩdigna passus a Cambyse esset occiso eius filio ictu

ſagittæ & ſolus mortem Smerdis Cyro geniti noſſet: quem ipſe ſuapte manu interemiſſet: ꝙ præterea ob id apud pſas maxima flagrabat inuidia. His de cauſis accitū hoīem ſibi aī cum comprobabant accipientes fidem ac iuſiurandā fallaciā quæ ab ipſis in perſes facta eſſet intra ſe habiturum: neq; cuiq̄ mortalium patefactuꝝ pollicentes innumerabilia ſe ei daturos. Recipiēte Prexaſpe facturū ſe quæ magi ſuaſerāt iteꝝ illi dicere in animo habere oēs perſas ſub murū arcis conuocādi. Ideoq; iubere hunc conſcenſa turri prædicare a Smerde Cyri perſis imperari: & ab illo nemine. Hæc illi præcipiebāt ueluti homini ſummæ apud perſas auctoritatis: & qui ſæpenumero aſſeueraſſet eum eſſe Smerdē Cyri: ac cædē a ſe factā peme gaſſet. Hæc quoq; Prexaſpe ſe paratū exequi dicente: magi conuocatis perſis hominē in turri perductum iubent habere orationem. Prexaſpes ea quæ ab iſtis oratus fuerat ſpōte obliuiſcitur: exorſuſq; ab Achæmene ſeriem familiæ Cyri rcenſet: & ubi tandē deuenit ad Cyrum cōmemorauit illius in perſas beneficia. His expoſitis prōpſit ueritatē cauſatus id eo ſe hactenus occultaſſe ꝙ ſibi tutū ñ fuiſſet ꝓferre rē geſtā: ſed impræſentiarum neceſſitate coactum proferre: dixitque ſe a Cambyſe adactum Smerdem Cyri occidiſſe: & magos eſſe qui regnent. Multis quoque uerbis perſas deuouit: niſi rurſus imperium recuperarent: ac magos ulciſcerentur. Hæc locutus ſeſe in caput a turri præcipitem dedit. Hunc in modum Prexaſpes uir per omne tempus uitæ ſpectatus occubuit. At ſeptem perſæ ubi conſtituerunt aggredi protinus magos neq; rem differre: deos comprecatum ierūt ignari omnino eorum: quæ circa Prexaſpem acta eſſent. Sed hæc inter eundum in medio itineris audierunt: eoque a uia ſecedentes iterum collocuti ſunt. Quorum qui cum optauerant rem prorſus diferri uidebant negantes tunc eſſe adoriendam. Qui uero cum Dario confeſtim eundum: & quod decretum eſſet peragendum. Eis concertantibus apparuerūt ſeptem accipitꝝ paria inſectātiū duo paria uultuꝝ eoſq; uellicantium atq; infeſtantiū. Quod ītuentes ſeptē pſæ ſētētiam

Darii comprobarunt: & mox freti auibus ad regiam cum fiducia perrexerunt. Vbi ad portas affuerunt: prout Darius ſenſerat ita euenit. Nam cuſtodes reueriti perſarum primarios: nec aliquid huiuſmodi ſuſpicãtes ex his fore qui uenirẽt diuina cum pompa ne interrogauerunt quidem. ubi ĩ aulam introgreſſi ſunt offendunt eunuchos: qui ſunt a nuntiis: & ab his qua gratia uenirent interrogantur. Illi inter perconctãdũ ianitoribus minitabantur q̃ homines ingredi permiſiſſent: atq; ulterius pergere uolẽtes eoſdem prohibebant. Iſti ſe mutuo cohortati eductis gladiis eos a quibus arcebantur ibidem trucidant: Iidemq; curſu in conclaue cõtendunt: Intra quod tunc forte ambo magi agebant: & de his quæ a Prexaſpe erant acta conſultabant. Qui cum nouiſſẽt tumultuãtes eunuchos atq; uociferãtes procurrerunt uterq;: & quod fiebat animaduertentes ad uires conuerſi ſunt: quorũ unus occupat arcũ: alter lanceam ſumit: Atq; inde miſcentur inuicem. Verum arcus ei qui illũ ſũpſerat: cũ hoſtes iuxta eſſẽt nulli uſui fuit. Alter ſe lancea tuebatur: eoq; tum Aſpathenis femur percuſſit: tum oculum Inthaphernis oculo: quo ex uulnere Inthaphernes non tamen & uita priuatus eſt. Et hos quidem alter magorum uulnerauit: Alter uero quando arcus ei nulli uſui erat: In thalamum qui erat conclaui contiguus ſe proripuit fores occluſurus: ſed illuc duo de ſeptem cum eo irrumpunt Darius & Gobryas. Quorum Gobryas cum eſſet implicitus cum mago: Darius adhuc ſtans atq; hærens conſiderabat ne Gobryam feriret in tenebris. Eũ cernens Gobryas ocioſe ſtãtẽ interrogat cur non uteretur manu. Reſpondenti Dario diſpicio ne te feriam: Tu uero inquit uel per utrunq; exige gladium. Cui Darius obtemperans pugionis ictu uibrato magũ caſu percuſſit. Interfectis magis capita demunt: eaq; geſtãtes quinq; eorum duobus reliquis: qui ſaucii erant illic relictis: Tum q̃ inualidi eſſent: tum arcis tuendæ cauſa foras procurrunt cum uociferatione ac tumultu cæteroſq; perſas compellendo rem geſtam exponebant capita oſtentantes: & ſimul quicunq; magorũ ipſis occurrebat mactabãt. Perſæ cognito

ab his quod actū erat ac dolo magorū & ipsi faciēda sibi eadē censuerunt eductis gladiis ut quenq; reperiebant magū interficiebāt: & nisi noctis īteruētu cohibiti fuissēt: neīnē magos reliquisset. Hunc diem persæ maxime solēnē publice obseruāt: & in eo ingens celebrant festum uocantes id magophoniam: ideſt magorum cædē: quo die nulli magorum fas eſt prodiſ in lucem: ſed cuncti ſe intra domum continent. Vbi reſedit tumultus dieſq; quinq; exceſſere: hi qui magos inuaſerant: de oī rerum ſtatu conſultabāt. Quorum orationes & ſi apud nō nullos græcorum fide carent: tamen huiuſmodi fuerunt. Ora nes hortabatur rem perſicam in mēdium conſtitui: ita īquiēs.

u Num e nobis principē fieri amplius mihi non uidetur: neq; id aut iocundum eſſe: aut bonum. Nam & quo licentiæ Cambyſes proceſſerit noſtis: & quo magus. Quod igitur nobis opus eſt monarchia: quam ſuſtulimus: In qua licet pro libidine agere omnia impune: quæ uirum etiam ſi optimus omnium fuerit: tamen cum in ea poſitus eſt extra conſuetos abiicit ſenſus: quippe cum præter inuidiam ab initio ingenitam homini ingeneretur ex præſentibus bonis inſolentia. Itaq; hæc duo mala habens nimirum omnem maliciā habet: tum per inſolentiam q̄ expletus omnibus rebus eſt: tū per inuidiam multa facinora admittens. At enim uir tyrannus (ut qui omnia bona optinet) debebat ſine liuore eſſe. Verū ita natura comparatum ē ut is ſit aduerſarius popularibus ſuis. Siquidem eorum optimis quibuſq; qui ſuperſtites ſunt atq; uiuunt inuidet: deterrimis delectatur: & quod īdecentiſſimū eſt criminationes admittere optimum putat. Nam ſiue admiraris eum modeſte offenditur: q̄ non effuſe hoc facias: ſiue effuſe facies: offenditur quaſi ſibi aſſenteris. Et ut exequar dicendo quæ maxima ſunt iura patriæ labefactat: Fœminis uim affert: Indemnatos interimit: At cum dominatur multitudo: In primis nomē optinet omnium pulcherrimum iſonomiam: ideſt iuris æquabilitatem. Deinde nihil eorum agit quæ monarchus: hoc eſt unicus princeps. Nam magiſtratus tum ſorte deliguntur: tum adminiſtratorū rationem reddūt:

Omnia deniq; consilia in commune referuntur. Itaq; ut meã dicam sententiam censeo nobis monarchiæ delectoribus statũ multitudinis esse optandum. In multitudine quidem omnia insunt. Otanes quidem hanc sententiam dixit. Megabyzus autem ad holigarchiam: ideſt ad statũ paucoꝝ rem traducẽs: ad eam socios hortabatur his uerbis.

q Væ Otanes dixit de abolenda tyrannide: ea sint pro dictis a me quoq; : sed quatenus hortabatur summam deferri ad multitudinem: in hoc ab optima errauit sententia. Etenim populari multitudine nihil est neq; ĩsipientius: neq; insolentius. Itaq; eos qui tyranni sæuiciam fugiunt ad interpretantis plebis recidere sæuiciam nequaq̃ tolerandum est. Nam tyrannus si quid facit intelligens facit. At plebi suũ est nihil intelligere. Quo enim pacto sciat qui neq; edoctus ẽ: ne honestum nouit: ne domesticum quidẽ qui ad res agẽdas sine consilio præceps ruit torrenti flumini similis. Ex quo si q̃ male consultum perſis cupiunt: hi statu populari utantur. Nos uero qui tecum uirorum optimorum delegimus ad hos deferamus. Nam inter eos & ipſi erimus : & ex optimis uiris credibile est optima existere consilia. Hanc Megabyzus sentẽtiam dixit: Tertio loco suam Darius ĩquiens.

q Væ Megabyzus dixit quatenus ad statum popularem pertinet: recte mihi uidetur dicere: quatenus ad statum paucorum nõ recte. Propositis. n. tribus statibus: & his oĩbus optimis: ut optime imperet populus: optime pauci: optime unus: inter hæc multo antecellere unius imperium sentio. Nã unius uiri qui optimus sit imperio nihil melius esse constat. Quod qui sentit non immerito statum popularem missum faciat ut taceam sic præcipue cõsilia ĩ aduersarios trahi soleẽ. Porro in statu paucorum cum plures uirtuti incumbant in publicum uehementiora priuatim odia excitari consueuerũt. Cum enim quisq; princeps esse optet: & in dicenda sententia uincere: ad ingentia inter se odia euadunt. Ex quibus seditiões existunt: e seditionibus cædes: e cædibus ad unius imperium deuenitur. Vnde intelligi datur quanto sit hoc illo præstãtius.

Iam uero plebe imperãte abeſſe non poteſt quin malitia exoriatur: exorta malicia ĩ republica inter malos non odia fiunt: ſed amicitiæ ualidæ. Qui enim aduerſus rem publicã facinoroſi ſunt mutuo ſe occultãt: Idq; tandiu fit dum aliquis populo præpoſitus tales homines cõpeſcat: Is uidelicet quem populus inter cæteros admiretur. Hic cum admirationi eſt: tunc uere monarchus oſtenditur declarans in hoc monarchiam eſſe omnium præſtantiſſimum. Atq; ut in ſũma omnia colligã. Vnde nobis libertas extitit: & a quo data a populo ne an ab oligarchia: an a monarcho. Ego ſentio cum ſitis per unum uirum liberati uos debeř talem rem cõplecti: ne alioquin leges patrias diſſoluatis bene cõditas: quod nequaquam ſatius ẽ. Hæ tres fuerunt dictæ ſententiæ: quarum ultimæ quatuor reliqui aſſenſerunt: Otanes qui iuris æquabilitatem facere perſis ſtudebat: ubi ipſius ſententia reiecta eſt apud alios: Ita in medium locutus eſt. Viri ſeditioſi quoniam conſtat neceſſe eſſe unum aliquem e nobis regem fieri ſiue per ſortem: ſiue permiſſu perſarum per multitudinis electionem: ſiue qua alia ratione. Equidem uobis ego non refragor. Quippe qui neq; præeſſe uolo: neq; ſubeſſe. Et hac lege cedo uobis ius meum imperii: ut nulli ueſtrum: aut ipſe ego: aut ullus unq̃ meorũ ſubſit. Otane hæc locuto cæteri ſex eius poſtulatis aſſenſerũt. Ita hic aliis non refragatis e medio abiit alio ſeſſum. Cæteris ſeptem de iuſtiſſimo rege deligendo conſultantibus uiſum ẽ ſi ad aliquem ex ipſorum numero regnum peruenirẽt: Otanẽ donari debere peculiariter: eiuſque deinceps poſteros cum oĩ alio munificentiæ̃ generi apud perſas honorificentiſſimo cum medica quot annis ueſte. Quæ ideo decreuerũt eis donanda: q̃ primus rem agitauerat: & ipſos in cœtum coegerat. Et hæc quidem peculiariter in Otanem decreuerunt. Illa uero ĩ commune ut regiam introire unicuiq; e ſeptem ſine internuncio liceret: niſi forte cum uxore cubaret rex: neue regi fas eſſet aliunde q̃ e familia coniuratorum uxorem ducere. De regno ãt hunc in modum ut ſub ortum Solis conſcenſis equis dum in ſuburbanis uectarentur: cuius equus uocem primus edidiſſet:

is regnum Cambyſis optineret. Erat Dario quidam equiſo uir ſolers nomine Oebares: Ad quem Darius poſtq̃ e cœtu digreſſi ſunt ita inquit Oebares de regni negocio ſic inter nos conuenit: ſub ipſum ſtatim Solis ortum equis conſcenſis: ut cuius equus uocem primus ediderit: Is regno potiatur. Quaꝝ ſi quid ſolertiæ habes nunc comminiſcere: Vt nos optinea/mus hoc decus: & nemo alius. Ad eum reſpondens Oebares heꝝ inquit ſi in hoc uerſatur rex ſis nec ne: huius rei cauſa cõ/fidere te iubeo bonum habere animum ante te fore regem ne/minem. Eiuſmodi habeo medicamẽta. Si igitur inquit Darius habes iſtiuſmodi commentum: adeſt tempus comminiſcẽdi: nec differendi rem utpote craſtino die nobis futuro certamĩe. Hæc ut audiuit Oebares ita ſibi faciendum putauit. Vbi nox aduenit unam equarum: quam equis Darii maxime adama/bat in ſuburbana adducit: ibiq; alligat: Tum equum Darii eodem ducit: eumq; circũagens identidem equæ admouet: ac tandem admittit. Poſtero die ſimul atq; illuxit ſex perſæ ex conuento affuerunt equis aſſidentes: & cum ĩ ſuburbanis ul/tro citroq; uectarentur: ubi ad locum peruenerunt: ubi ſupioꝝ nocte equa fuerat alligata: Ibi Darii equus accurrens hinnitũ edidit: & hinnitu edito protinus fulgur ſereno cælo tonitruq; extitit. Hæc cum Dario tanq̃ ex compoſito accidiſſent: eũ cõ/potem uoti fecerunt. Nam cæteri ex equis deſilientes Darium adorauerunt. Sũt qui hoc dicant Oebarem fuiſſe machinatũ: ſũt qui aliud. Vtroq; enim modo refertur a perſis. Volunt nãq; Oebarem attrectatis manu huius equæ genitalibus: ipſã manum intra ſubligaculum tenuiſſe abditam: & ſub ipſum ſtatim Solis ortum: cum equi degreſſuri eſſent eam naribus equi dariani admouiſſe: equumq; ad odoris ſẽſum infremu/iſſe: atq; hinniſſe. Darius itaq; Hyſtaſpis filius declaratus eſt rex: eiq; omnes aſiam audientes dicto fuerũt: præter arabes: q a Cyro: & rurſus a Cambyſe populos ſubigente: nunq̃ tamẽ in ſeruitutem redacti ſunt: ſed hoſpites extiterunt: Cambyſi aduerſus ægyptum præſto fuerant: quibus inuitis haudquaq̃ fuiſſent ingreſſi perſæ ægyptum. Darius matrimonia ex pſis

auſpicatus eſt ductis duabus Cyri filiabus Atoſſa: quæ Cābyſis fratri & rurſus mago nupſerat: & Artiſtona uirgine. Præterea altera Smerdis Cyri filia nomine Parmys. Nec nō filiā Otanis duxit: quæ magum prodidit. Idem uiribus omni ex parte ſtabilitis ante omnia ſimulacrum e lapide factum ſtatuit hoīs equo inſidentis inſcriptis in hæc uerba litteris. Darius Hyſtaſpis tum equi uirtute: cuius nomen legebatur: tum Oebatis agaſonis perſarum adeptus eſt regnum. His apud pſas actis: uiginti prouincias: quas ipſi ſatrapeas uocant cōſtituit: eaſq; ſingulis præſides præfecit: taxato quod penderetur tributo p nationes aliis finitimos tranſcribens: aliis tranſferens: aliis remotiores gentes attribuens. Diſtributo prouintiis hunc in modum tributo: quod exigebatur cum hoc edicto ut qui argentum: hi babylonii talenti pondere: qui aurum: hi euboico pondere afferrent. Valet autē babylonicū talentū ſeptuagīta mnas euboīdas. Etenim ſub Cyro atq; deinde ſub Cambyſe nihil dum fuerat circa tributa inſtitutum; Sed munera afferebantur. Ob hanc tributi ordinatiōnem: & alia huiuſmodi perſæ aiunt Darium fuiſſe inſtitorem. Cambyſem aūt dominum: Cyrum uero patrem: quoniam Darius res omnes quæſtui habebat: Cambyſes aſper erat: ac moroſus: Cyrus mitem agens: & omni ratione de illi bene mereri ſtudens. Ab ionibus igitur & magnetis: qui in aſia incolunt: & æolibus: & caribus: & lyciis: & melyenſibus & pamphyliis (Vnum enim erat idēq; impoſitum his tributum) pendebantur quadringena argenti talenta. Hæc erat ab eo prīa portio inſtituta a myſis: & lydis: & alyſoniis: & cabaliis: & autenenſibus quingena talenta. Secunda portio hæc erat. Ab helleſpōtiis: qui ad dexteram illuc nauigantium ſiti ſunt: & phrygibus: & thracibus qui aſiam incolunt: & a paphlagonibus: & mariandinis: & ſyris trecena & ſexagena talēta. Hæc erat tertia portio. A cilicibus equi albi triceni ſexageni in dies ſingulos ſīguli: nec non talēta argenti quingena. Quorum centena & quadragena erogabantur in eam ciliciæ regionem: quæ equos producebat: trecena autē & ſexagena ad Darium ibant. Hæc quarta portio. Ab urbe

pſidea: quam coloniã Amphilochus Amphiarai filius deduxit in finibus cilicum ac ſyriorum: ab hac ad ægyptũ uſq; præter arabum partem (Hæc enim erat īmunis) trecena & quīquagẽa erat tributum. Quinta portio hæc: cui annumeratur omnis phœnicia & ſyria: quæ dicitur palæſtina: & cyprus ab ægypto: & aphris ægypto conterminis: & cyrena: & barca (In portione nanq; ægypti iſtæ ordinantur) ſeptingenta proueniebãt talẽta præter pecuniam e piſcario prouẽtu lacus myrios excepta hac pecunia: & certo frumenti numero ſeptingenta talenta obueniebant. Nam centum uiginti milibus perſarum qui in albo muro memphitico ſtationem habent: & eorum auxiliariis admetiuntur illi frumẽtum. Sexta portio hæc. Sattagytæ: & gardarei: & dadicæ: & appatytæ in idẽ conſtituti centena & ſextuagena talenta pendebant. Octaua hæc portio. A babylone cæteraq; aſſyria milena talenta argenti proueniebant. Et præterea pueri caſtrati quingeni. Nona portio hæc. Ab agbatanis: & ab reliqua regione medica: & paræcanis: & orthocorybantibus quadringena & quinquagena talẽta. Decima portio hæc. Caſpii: & pauſicæ: & pandimathi: & daritæ ſimul conferentes ducena talenta afferebant. Vndecima hæc portio. A batiris ad lygdos uſq; trecentorum & ſexagenorum erat tributum. Portio duodecima hæc. A pactycia: & armeniis: eorumq; cõterminis euxino tenus ponto talenta quadringẽa. Tertiadecía hæc. A ſagartiis: & ſarangibus: & thamaneis: & utiis: & metiis: & his qui rubri maris inſulas incolunt: ubi rex eos qui relegati uocantur collocat. Ab his omnibus ſexcentorum talentorum proueniebat tributum. Quatuordecimã portio hæc. Sacæ: & caſpii ducena & quinquagena talenta afferebant. Quintadecima portio hæc: Parthi coraſmiiq; : & ſogdi: & arii trecena talenta. Sextadecima portio hæc. Paricanii: & qui ex aſia ſũt æthiopes quadringena talenta. Decimaſeptima portio hæc. Mantienis: & ſaſpirſibus: & alarodiis ducena iniuncta talẽta erãt. Duodeuiceſima portio hæc. Moſchis: et tibarenis: & macronibus: & moſynœcis: & mardis trecenta talenta præcepta erãt. Vndeuiceſia hæc portio. Indi ut ſũt multitudine multo

numeroſiſſima inter omnes quos nouimus mortales: Ita tributum ſuper cæteros omnes afferebat tricena ſexagena talẽta aurearum ramentarũ. Viceſima portio hæc: q; ti babylõica pecunia ad pondus euboicũ redigatur: fiunt nonies millena quigenaq; & quadragenta talenta argenti. Aurum uero ſi terdecies tanto ramentarum taxetur: in ſumma repenetur ad rationem euboicam eſſe ſex milia talentorum: ſexcentaq; & octoginta. Quibus in unũ contractis ad euboicum computũ exigebantur in ſummam ānui tributi a Dario talẽtorum quatuordecim milia quingenta & ſexaginta. Minorem his ſumã omittendã mihi non referendã puto. Hoc tributum Dario ex aſia obueniebat: & aliquantulum ex aphrica procedente tẽpore: & ab inſulis obuenit aliud tributum: & ab his qui europam theſſalia tenus incolunt. Id tributum rex hunc in modũ theſaurizat hoc eſt reponit. Liquefactum aurum argẽtumq; in fictiles fidelias infundit. Expletas mox fidelias ſubinde frangit: ex eoq; auro argentoue quotiens pecunia indiget tãtum concidit quantum uſus poſtulat. Atq; hæc quidem prouiciæ erant ac tributorum taxationes. Sola autem perſis ideo inter tributarias a me prætermiſſa ẽ: q; eam minime perſæ colũt: Iſti tamen ad ferendum illum tributum non adigebãtur: ſed munera portabant. Aethiopes ægypto conterminũ quos Cambyſes in expeditione contra macrobios æthiopes ſumpta ſubegit: qui ſacram nyſã ĩcolũt: & Dionyſo dies feſtos agunt. Hi æthiopes eorumq; finitimi eodem quo indi caliſtiæ ſemine utũtur: ſubterraneaſq; obtinent domos. Horum utriq; tertio quoq; anno munera portabant: portantq; ad meam uſq; memoriam binos ſemodios auri rudis: & ducenos faſces ebeni: & quinos æthiopes pueros: & uicenos grandes: elephantorum dentes. Colchi quoq; inter dona ferentes repoſiti erant: eorumq; finitimi ad montem uſq; caucaſũ. Ad hũc. n. mõtẽ ĩperitat a perſis. Nam qui ad aquilonem caucaſi habitant: eorum iam nulli perſas curant. Iſti igitur dona ſibi imperata etiam ad meam uſq; ætatem quinto quoq; afferebant centenos pueros totidemq; uirgines. Afferebãt & arabes

millena quot annis talenta thuris. Hæc iſti dona præter tributum regi portabant. Sed id aurum tam multum indi unde ramentas quas dixi regi afferunt: hac ratione comparãt. Indicæ regionis id quod ad Solem uergit ſabuloſum eſt. Nã indi duntaxat eorum quos ſcimus de quibus aliquid ꝑ certo narratur primi ſunt hominum qui in aſia ad auroram & ſolis ortum habitant. Indorum enim tractus qui auroram ſpectat propter arenam uaſtus eſt. Eorum autem complures ſunt gentes atq; eæ lingua inter ſe diſſonæ: quarum aliæ ſũt deditæ rei pecuariæ: aliæ non. Item aliæ in paluſtribus fluminis habitant crudis uictitantes piſcibus: quos aggreſſi & arundineis nauigiis exceptant. Singula autem nauigia e ſingulis arundinis internodiis fiunt. Iſti ex indis ferũt ueſtem e tegete: quam ubi e flumine meſſuerunt: incideruntq; plectentes in modũ ſtoreæ tãq̃ thoracẽ ſibi induunt. His finitimi auroram uerſus ſunt. Indi pecuarii carnibus crudis ueſcentes nomĩe padæi: qui talibus uti moribus narrantur. Quotiens ciuium aliquis aliquaue ægrotat uirum quidem ſui maxime familiares interimunt: ꝙ dicant illum morbo tabeſcentem carnes ipſis corrupturum: & licet ſe neget ille ægrotare: nihilominus iſti non ignoſcentes necant eum epulanturq;. Mulieri uero ſuæ maxime neceſſariæ idẽ quod uiri uiro faciunt. Qui autem ad ſenium peruenit eo itidem mactato paſcuntur. Ideoque cum hac de cauſa: tum quia omnes qui in morbum necãtur: non multi ſane eorum ad ſenectutem perueniunt. Eſt aliorum indorum hæc diuerſa conſuetudo ut nullam animantem interimant: utq; nihil ſerant: nec domos parandas exiſtimẽt: atq; herba uictitent. Eſt eis ſemen quoddam milii inſtar ſua ſponte naſcens e terra: ſuo in calice: quod cum ipſo calice lectum coquunt eduntque. Quorum quiſquis in morbum incidit: is in locum deſertum pergit: ibique decucubit: eius uel diſcumbentis uel defuncti curam gerente nemine. Horum omnium quos recenſui indorum coitus in propatulo eſt ſicut pecorum. Color ſimilis ac proximus æthiopico. Genitura: quam in mulieres emittunt non alba quemadmodum

cæterorum hominũm : ſed atra ut color corporis : qualem æthiopes quoque emittunt. Indi longius a perſis abſunt : & uento auſtro obnoxii : eoque Dario neutiq̃ obtemperabant. Cæteri indi caſpatiro urbi & pactyicæ regioni conterminι ſunt ad uentum aquilonem habitantem ex omnibus indis ii qui proximam bactrianis uitam degunt : pugnaciſſimi ſunt : & qui ad aurum præcipue mittunt. Circa hanc enim plagam uaſta ſunt propter harenam loca : In qua ſolitudine harenoſa formicæ gignuntur canum quidem magnitudine minores : uulpium uero maiores. Earum non nullæ & apud eos & apud regem perſarum uiſuntur hinc uenatu captæ. Hæ formicæ in faciendis ſub terra domiciliis egerunt arenam ut apud græcos formicæ : atq; eodem modo ipſa ſpecie corporis ſimillima. Ea autem quæ egeritur arena auracea eſt : pro qua in deſertũ mittentes indi ternos ſinguli camelos iungunt mares a lateribus : quos frenatos trahunt : Fœminam in media in quam ipſi aſcendunt data opera : ut a recentiſſimis fœtibus abſtractas iungant. Etenim apud eos cameli cum nihilo ſunt minori pernicitate q̃ equi : tum uero ad ferenda onera multo ualentiores qualem habet camelus ſpeciem græcis utpote ſcientibus non puto ſcribendum : ſed id quod ex eo animali ueſcitur. Camelus in poſterioribus cruribus gerit quatuor fœmora : & totidem genua : & ueretrum inter poſteriora crura caudam uerſus ſpectans. Hunc in modum iunctis camelis indi ad aurum legẽdum tendũt. Vt cum fruentiſſimus fuerit æſtus ſint in rapina. Siquidem prææſtu formicæ ſub terra ſe occultas tenent. Eſt autem illis hominibus Sol ardentiſſimus : matutino non quemadmodum aliis meridie eo uſq; efferueſcens. Dum tempus eſt a foro diſcedendi : per quod ſpatium multo magis urit q̃ meridianus in græcia : Adeo ut dicantur illi tunc in aqua ſe abluere. Meridies fere indos urit peræquẽ atque alios homines declinante meridie : talis eſt illic Sol : qualis alibi matutinus. Ac deinceps magis ac magis frigeſcens dum ad occaſum peruenit : quo tempore præcipue friget. Vbi ad locum indi peruenere culleis quos

attulere arena completis raptiſſime retro ſe recipiunt. Quos protius formicæ(ut a perſis fertur)olfactu perceptos iſequũt tanta pernicitate quanta in alio nullo eſt ita ut niſi uiam: ad quam formicæ congregantur anticipent indi:nemo ſit ipſoꝝ inde euaſurus:Ideoq; camelos mares q̃ impares fœminis ſũt in currendo ne trahantur diſſoluunt:ſed non utrũq; pariter. Fœmina uero pulli quem reliquit memor nihil ſibi remittit. Hac ratione indi maiorem auri partem nanciſcuntur ut pſæ memorant. Nam quod effoditur in eadem regione aurum rarius eſt. Et ſane pulcherrimas quodammodo res extrema orbis habitati pars ſortita eſt quemadmodum græcia: quod præſtantiſſimum iudicatur pulcherrimas regiones. Nam ut pauloante dixi ultima plagarum: quæ ad oriẽtem uergẽtes habitãtur:Indica eſt:in qua & animantes tam quadrupedes: q̃ uolucres multo ſunt grandiores q̃ cæteris in locis: præterq̃ equi. Nam ab equis medicis uincuntur:qui nyſæi uocãtur: & infinita uis auri partim effoſſi:partim per flumina deuecti: partim ut indicaui ſubrepti. Præterea agreſtes arbores pro fructu lanam ferentes ouillæ tum pulchritudine:tum bonitate præcellentem:qua in ueſtiarium indi utuntur. Ad meridiem ultima e regionibus quæ habitantur: arabia eſt: In qua ſola omnium naſcũtur thus:myrra: caſia:cynnamomũ: & ledanum:cuncta hæc facilia ad nanciſcendum præter myrram. Nam thus arabes ſtorace ſufficientes legunt ea quam phœnices ad græcos exportant. Hac ſuffitum thus capiunt. Etenim thuriferas arbores obſeruant colubri ſubalati exiguo corpore:diſcolori ſpecie. Permagno numero circa ſingulas arbores:iidem uidelicet qui aduerſus ægyptum facto exercitu tendunt:nec ullo alio ab arboribus q̃ ſtoracis fumo ſubmouentur uniuerſam terram oppleturi:ut arabes aiunt: niſi ut iidem narrabant ſimile quiddam iſtis cõtingeret ei quod nouimus contingere uiperis: Idque ut credere debemus ſolerti diuinitatis prudentia. Nam quæ & timido animo ſunt & eſculẽta:ea omnia fœtuoſa fecit ne aſſiduo eſu deperirẽt. Cõtra quæ ſæua & maligna ſunt: ea uoluit pauꝝ eſſe fœtuoſa.

Vnde fit ut lepus quem omnia uenantur fera:ales:homo: tã ferax ſit ſola quæ ex omnibus beſtiis cum grauida eſt etiam impleatur :& alium fœtum in utero geſtans pilis ueſtitum: alium nudum : alium tantum non formatum :alium cõcipit. Et lepus quidem talis eſt . At leæna ualidiſſimum ferociſſimumq; animal ſemel in uita unum parit . Nam una cum fœtu uterum emittit : Cuius rei cauſa eſt hæc :q; catulus leoninus ubi moueri in utero incipit cum habeat ungues lõge acutiſſimos ex omnibus feris uterũ lacerat :augeſcẽſq; magis ac magis ungues imprimendo exulcerat :ita ut ad poſtremũ dum partus adeſt:nihil uteri relĩquatur incolume . Quare ſi uiperæ & alati arabiæ ſerpentes ita gignerentur:ut ipſorum natura fert: non eſſet hominibus uiuendi facultas . Nunc autem cum libidine agitantur : & perparia coeunt : fœmina collum maris in emittenda genitura comprehendit:ſorbenſq; non prius dimittit q̃ deuorauerit. Et mas quidem hoc modo perit. Fœmina uero talem luit maſculo pœnam:q; filii dum adhuc intra uterum ſunt : patrem ulciſcentes : matrem ambedunt : eiuſque aluo ambeſa ita partum faciunt . Cæteri ſerpentes qui non ſunt hominibus pernicioſi oſſa pariunt: & magnam uim fœtuum excludunt . Atque uiperæ per uniuerſum orbem terrarum uiſuntur . Alati uero ſerpentes nuſq̃ alibi niſi in arabia : aut certe non adeo frequentes . Hunc in modum arabes thus comparant. Caſiam autem ſic . Poſtq̃ ſibi cum cæterum corpus : tum faciem præter oculos obligauerunt coriis aliiſque pellibus : ad caſiam pergunt . Ea naſcitur in palude non alta : circa quam : & in qua degunt feræ alatæ ueſpertilionibus ſimillimæ ſtridore diro :& uiribus præualentibus : quas ab oculis arcentes arabes ſic caſiam metunt . Cynnamomum etiam q̃ ſuperiora mirabilius legunt. Nam aut quo modo : aut qua in terra gignatur : illud nequeunt dicere : niſi q; probabili ratione uiuntur:quod quidam uolunt id gigni in his regionibus : ubi Dionyſus educatus eſt : & ipſas cynnamomi feſtucas affert a grandibus quibuſdã alitibus ad nidos e luto

conſtructos in præruptis montium: & hominu inacceſſis: cõtra quas hoc arabes excogitauerunt. Boum aſinorumque defectorum: & aliorum iumentorum mẽbra minutatim concisa in ea loca portant: & ubi iuxta nidos poſuere procul abſcedũt. Ad hæc fruſta delapſæ uolucres ad nidos ſuos carnem comportant: cui ſuſtinendæ impares nidi ad terram diſciſſi labũtur: Tunc arabes ad eos colligendos accedunt. Hac ratione cynnamomum ab illis legitur: & illinc in alias regiones dimittitur. At ledanum: quod arabes ledanum uocant: etiam cynnamomo mirabilius comparatur. Quippe quod in grauolentiſſimo loco naſcens: tamen fragrantiſſime olet. In barbis hircorum inuenitur innatum ueluti mucor ligni cũ ad conficienda multifaria unguenta utile: Tum præcipue ad ſufficionem qua arabes utuntur. Hactenus de thymiamatis dictum ſit. Redolet arabica regio mirifice iocundo quodam odore: Suntque in ea ouium duo genera admiratione digna: quæ nuſq; alibi uiſuntur: quorum unum caudas habet tam longas: ut non ſint tribus breuiores cubitis. Si quis trahi ſinat ulcera contracturæ dum per terram atteruntur. Nunc unuſquiſq; paſtorum hactenus eſt doctus arte fabrili: ut ploſtella faciant: quæ ſingularum ouium caudis ſubligẽt: ſuperq; ploſtella caudas ipſas alligent. Alterum genus ad cubitalem latitudinem caudas gerit. Huic qua parte meridies ad Solem occidentem uergit contermina eſt æthiopia terrarũ habitatarum ultima. Hæc & auri multum fert & uaſtos elephantes prominentibus utrinq; dentibus: & cũ agreſtes oẽs arbores: tum uero ebenum necnon uiros maximos pulcherrimoſq; & æui longiſſimi: Atque hæc quidem extrema ſunt aſiæ aphricæq;. De extremis autem europæ quod pro comperto referam non habeo. Neq; enim aſſentior fluuium quendam eſſe eridanum a barbaris uocitatum: qui ſubit maſ ad ſeptentrionem ſpectans. Vnde electrum uenire narratur. Ne caſſiteridas quidem noui inſulas: hoc eſt ſtannarias unde ad nos uenit ſtannum. Quam rem uel ipſum coarguit nomen eridanus: quod græcum eſt non barbarum ab aliquo

poetarum fictum: Sed hoc & si studiose quæsiui a nemine: qui ipse uiderit accipere potui quomodo se habeat mare ad illam europæ partem. Ab extremis itaq; ad nos uenit stānum electrumq;. Cæterum ad septentrionem europæ q̄plurimā auri uim esse constat. Sed quo modo fiat ne hoc quidem pro comperto dicere queo. Dicuntur tamen id a gryphibus auferr̄ arimaspi uiri unoculi: quod nec ipsum crediderim: ut uiri nascantur unoculi cæteram naturam habentes aliis hominibus parem. Porro extrema terrarum concludunt aliam regionem: intusq; cohibent ea quæ nobis pulcherrima putantur: illisq; rarissima. Est in asia planicies quædam undiq; cincta monte quinq; in locis interciso: quæ aliquando fuit chorasmiorum cum in ipsorum finibus sit & hycanorum & pthoę & sarangeorum & thamaneorum. Sed posteaq̄ persæ rerum potiti sunt facta est regis. Ex hoc circūiecto monte ingens amnis profluit nomine aces: qui quondam per singulas undiq; interciſiones ductus ac distributus totidem quas dixi gentium regiones irrigabat. Vbi uero in potestatem regis pſæ uenerunt hoc ab illo sunt passæ q̄ amphractibus montium ab rege abscisis: & ad eorum singulos portis inditis aqua ab exitu intercluſa est: interfluenteq; introrsum amne planicies quæ intra montes erat pelagus facta cum fluat in interiora amnis nulla ex parte exitum habens: atq; ita ipsæ gentes primo aquæ usu fraudati afficiuntur permagno detrimento. Nam hiberno tempore deus illis quemadmodū aliis hoibus pluit: Sed æstate cum serant pisum & sesamum aquam desiderant. Igitur cum nihil eis aquæ tribueretur ad persas uenerunt uiri atq; mulieres: stanteſq; pro foribus regis cum eiulatu uociferabantur. Tunc rex his qui maxime indigebant: portas reserari iussit: utiq; eas quæ ad illos ferrent: easdem cum illorum terra humore hausto satiata est rursus obserari: ita deinceps alias ut quiq; cæterorum populorum maxime aqua indigerent. Id faciens quantum ego auditu cognoui: pecuniæ exigendæ gratia præter tributū. Atq; hæc q̄dem ita se habent. Cæterum rex unum e septē uiris qui aduersus magū

conſpirauerunt Inthaphernem cepit: ac capite damnauit ob hanc noxam. Inthaphernes ſtatim poſt oppreſſos magos rgiā ingreſſus uolebat admitti ad colloquium regis. Etenim hac lege conuentum erat inter magi oppreſſores: ut eis ad regem foret aditus ſine internuncio niſi cubantem cum uxore. Itaq; non oportere ſibi interuenire nuncium cenſens Inthaphernes quia foret unus e ſeptem introire utiq; uolebat. Sed cum ianitor: & qui a reſponſis erat introire non ſinerent: q; regem dicerent rei uxoriæ dare operam: eos mentiri ratus educto acinace aures utriq; nareſq; præcidit: at loro freni eqni ad ceruices ipſorum alligauit: hominesq; dimiſit. Qui cum ſeſe regi exhibuiſſēt: & cur id paſſi fuerant expoſuiſſēt: Darius ſingillatī quinq; perſas accerſiuit ueritus ne id communi ſex perſarum conſilio factum eſſet: explorauitq; nunquid id quod actum foret comprobarent. Vbi comperiit ſine horum conſenſu Inthapherne hæc feciſſe hominem comprehēdit: eiuſq; liberos atq; omnem familiam multis de cauſis credens illis cum ſuis cognatis rebellionem fuiſſe molituros hos comprehēſos ad necem uinciri iuſſit. Tūc uxor Inthaphernis ad regias fores accedens plorabat atq; lamentabatur: id aſſidue faciendo ad ſui miſericordiam Darium cū adduxiſſet: miſſo ad eū nūcio rex inquit. Mulier offert tibi Darius unius electionē ex uictis domeſticis tuis: quē uelis liberari. Illa poſtq; ſecū deliberauit: ita rſpondit. Si unius omnino animam rex mihi gratificatur eligo ex omnibus fratrē. Hac audiēs rex miratus huius oronē miſſo nuncio inquit perconctatur te rex de qua cauſa uiro filiiſq; prætermiſſis fratrem delegiſti ut ſupereſſet: qui & rmotiori abs te eſt gradu q; filii: & minus iocundus q; maritus. Cui illa reſpondens rex inquit. Maritus mihi alius ſi dæmō uoluerit atq; alii liberi ſi hos amiſero eſſe poſſunt: alius frater parentibus meis iam uita defunctis nulla ratione poteſt eſſe. Hāc ſecuta cauſam ita locuta eſt: uiſaque eſt Dario probe dixiſſe. Itaque ea re delectatus rex: & eum quem mulier optauerat miſſum fecit: & filiorum natu maximum cæteris omnibus interfici iuſſis. Ita unus e ſeptem perſis intra initia

occubuit. Enimuero illud fere circa Cambyſis ægrotationem contigit. Erat ſardibus præſes quidam a Cyro præfectus noīe Orœtes uir perſes: cui nefariæ rei cupido inceſſit. Siquidem Polycratem ſamium: a quo nullo nec facto nec dicto quātulocunq; læſus eſſet: quenq; ne uidiſſet quidem: nunq̄ tamen cōcupiuit capere ad interimendum ob hanc (ut pleriq; aiunt) cauſam. Cum aliquando pro foribus regis conſiderent: Orœtes & alter quidam perſes nomine Mitrobates præfectus gentis: quæ eſt in daſcylo e uerbis ad iurgia peruenerunt: & cū de uirtute diſceptaretur: Mitrobates obiiciens Orœti inquit. Tu ne in precio uirorum es: qui īſulam ſamum tuæ prouīciæ adiacentem regi non acquiris ita facilem captu: ut quidam e popularibus quindecim armatis fretus occuparit: eiuſq; tyrānide potiatur? Hoc iurgiū audienti Orœti adeo doluiſſe qdā aiunt: ut affectauerit non de obiurgante uindictam: ſed Polycratem prorſus occidere propter quem male audiſſet. Alii ſed pauciores inquiunt caduceatorem in ſamum ab Orœte miſſum cuiuſdam rei rogandæ cauſa: cuius autem non dicit: Polycratem tunc forte in conclaui cubantem fuiſſe aſſiſtente ei Anacreōte Teio: Idq; ſiue cōſulto q̄ res Orœtis cōtemptui haberet: ſiue ſorte aliqua huiuſmodi. Ad quem accedens Orœtis caduceator cum mandata exponeret Polycratem neq; ſe ad hominem conuertiſſe (Erat enim ad parietem uerſus) neq; quippiam reſpondiſſe. Hæ bifariæ cauſæ mortis Polycratis fuiſſe memorantur: quarum utrilibet accommodare fidē pōt. Itaq; Orœtes in urbe magneſia degens: quæ eſt ad mæādrum flumen ſita: miſit Mirſum quendam lydum Gygis filium cū nuncio in ſamum ad Polycratem: cuius animum mouerat. Etenim Polycrates primus extitit græcorum duntaxat eorum quos nouimus ſecundum Minoem: & ſi quis alius iſto prior maris imperio potitus eſt: qui in animum induxerit ut mari potiretur: primus inquam extitit ex eo genere: quod humanum uocatur: qui multā cōciperet ſpē ioniæ atq; īſulis dñandi. Hoc igit eū ī aīo hīe certior Orœtes factus: miſit nūciū in hæc uerba: Orœtes Polycrati ita īq̄t: audio te īs excellētes agitaī

animo: ſeu propoſito rem pecuniariam nõ ſuppetere. Quod ſi ita feceris (ut ſuadeo) proſpexris & tibi & ſaluti meæ. Nã rex Cambyſes ut mihi pro comperto renunciatur de me interficiendo cogitat. Nunc igitur me ipſum recipito: atq; pecunias earum partem tibi habiturus partẽ mihi permiſſurus: & ipſarum pecuniarum beneficio omni græciæ imperaturus. De quibus ſi mihi fidem non habes: mittito quempiam tibi fidiſſimum cui ego fidem faciam. Quo audito Polycrates gauiſus eſt atq; obſequi uolebat. Maiorem enĩ in modũ pecuniã auebat. Mittit itaq; prius ad rem inſpiciundam quendam e popularibus ſuis Mæandrium Mæandri filium ſcribam ſuũ: qui non longo poſt hæc tempore ornatũ conclauis Polycratis ſpectatu dignum templo Iunonis omnẽ dicauit. Hũc Orœtis cognito ſpeculatorem eſſe circũſpectum ita ſibi agendum putauit. Octo ſcrinia lapidibus implet præter admodum paruã partem circa ipſas oras ac ſuperficiem lapidum auro inducit: eaq; ſcrinia alligata in expedito habet. Quæ adueniens Mæandrius cum inſpexiſſet Polycrati renunciauit. Enimuero ne illuc ſeſe conferret magnopere dehortabatur: tum oracula & amici: tũ præcipue ſõniũ hoc quod eius filia uiderat. Videbat ſibi cernere patrem in aere ſublimem eſſe: qui a Ioue quidẽ lauaretur: A Sole autem ungeretur. Hanc uiſionem cõſpicata inſtabat omnino diſſuadeꝛ patri ne a patria proficiſceretur ad Orœtem: quin etiam ad biremem eunti male ominabatur. Cui cum ille minitaretur ſi ſoſpes rediret fore ut hæc perdiu maneret uirgo: ipſa ut ita cõtĩgeret ſibi imprecata ẽ. Malle. n. ſe diutius uirginem eſſe q̃ patre orbari. Polycrates oẽ cõſilium pro nihilo habens ad Orœtem nauigauit cum alios ſecum ducens: Tum uero Democedem Calliphontis crotoniẽſem medicum: qui eam artem apud ſuos præclariſſime omnium exercebat. Vbi magneſiam peruenit Polycrates tetra morte eſt affectus indignaque aut ſua perſona aut ſuis cogitationibus. Nam neque eorum qui ſyracuſis tyranni extiterunt: neque aliorum græciæ tyrannorum ullus eſt magnificentia cum Polycrate comparandus. Eum

Orœtes: quod indignum relatu eſt cruci ſuffixit. Eorum uero qui illum comitati fuerant: Samios quidem dimiſit iubens eos gratiam ipſi habere: q̄ liberi eſſent: Hoſpites autem atq; ſeruos iure captiuitatis ſibi uendicans retinuit. Polycrates ergo ſuſpenſus omnem filiæ uiſionem exoluit. Nam ab Ioue quidem cum plueret lauabatur: A ſole aũt exudante e mẽbris abdomine ungebatur. Hunc exitum habuerunt tot proſpa Polycratis: quẽ uaticinatus ei fuerat Amaſis rex ægypti. Veꝝ non multo poſt tempore Polycratis ultio Orœtem excepit. Quippe poſt Cambyſis obitum occupato a magis regno: Orœtes cum eſſet ſardibus nihil admodum de perſis: qui e medis imperio fraudati erant meritus eſt: ſed in ea perturbatõe Mitrobatem a Daſcylio præfectum: qui illum de Polycrate exprobrauerat: interemit: & eius filium Cranatem ſpectatos in perſis uiros: & cum alia quoq; omnifaria flagitia commiſit: tum quendam a nunciis: qui ad ipſum à Dario uenerat: q̄ parum iocunda nunciaſſet trucidandum curauit: ſummiſſis q̄buſdam: qui redeuntem aggrederẽtur: quiq; trucidatum cũ ipſo equo occultarent. Darius ubi prĩcipatu potitus ẽ: Orœtẽ ulciſci cũ ob alia ſcelera: cũ præcipue ob Mitrobatẽ filiũq; cupiebat: Sed aduerſus eũ e ꝓfeſſo mittere copias conſilii non erat utiq; rebus nõdum ſatis fundatis: & imperio recens pto: cum præſertĩ audiret Orœtem multa ĩnixum cũ mille pſarũ ſatellitibus ſtipatus eſſet. Nam ſuæ prouinciæ habebat phrygiã: lydiam: ioniam. Itaq; Darius aduerſus hæc hanc rationem iniuit. Accitis perſarum ſũmis quibuſq; proceribus his locutus eſt uerbis. Perſæ quis hoc ueſtrum mihi repromittat executurus prudentia duntaxat nulla: in nulliſq; copiis? Vbi. n. opus prudentia eſt: ibi ui agere nihil attinet. Ergo quis uĩum mihi Oretem uel abducat uiuum: uel interficiat: qui de pſis nihil õnino meruit: ſed multa ſcelera admiſit. Vel hæc duo unum q̄ duos e nobis Mitrobatem: eiuſq; filium interemit: Alteꝝ q̄ a me miſſos ad ſe accerſẽdum necandos curat: facinus profecto non tolerandum. Ideoq; priuſq̄ maiora ĩ pſas ſcelera admittat: cõprehendẽdus eſt ad necem. Hæc Darius

interrogabat perſas. Eoꝝ triginta extiterunt: qui repromitterẽt ſinguli uolentes ipſi id exequi. Quos inuicem contendentes Darius reprehendens ſortiri iuſſit. Id cum feciſſent ſors Bagæum Artontis filium ex omnibus cõtigit. Hic ſorte delectus hac ratione uſus eſt. Complures litteras uariis de rebus ubi ſcripſit: ſigilloq; Darii impreſſit: cum his profectus eſt ſardis. Eas poſteaq̃ in conſpectum Orœtis uenit: dedit ſeparatim recitandas regio ſcribæ. Regios autem ſcribas cuncti præſides habent. Reddebat ſeparatim Bagæus litteras explorandi gr̃a animos ſatellitum: nunquid annuerent ad rebellandum ab Orœte. Quos animaduertens magnopere uenerari litteras: & ea quæ in illis dicerentur: etiam uehementius reddidit aliam epiſtolam in hæc uerba. Perſæ Darius rex interdicit uobis ne apud Orœtem fungamini ſatellitum officio. Hoc illi audito lanceas ei poſuerunt. Tunc Bagæus cernens illos obtemperantes epiſtolæ ſumpta fiducia r̃ddidit ſcribæ ultimum libellum in hæc uerba ſcriptum. Rex Darius mandat perſis: qui ſardibus ſũt ut Orœtẽ interimant. Id ubi audiere doryphori: ideſt haſtati ſatellites eductis acinacibus ſine mora Orœtem interemerẽt. Ita uidicta Polycratis ſamii Orœtẽ perſecuta eſt. Traductis atq; cõportatis ſuſa bonis Orœtis contigit non diu poſt ut in uenatu ferarum Darius rex dum ab equo deſilit pedem intorſerit: uehementerq; luxauerit. Nã talus e iuncturis amotus ẽ. Exiſtimãs itaq; apud ſe ut prius hr̃e ex ægyptiis eos q̃ primi putarẽt arte medicinæ eorũ opera utebatur. At iſti retorquendo pedem: ac uiolenter tractando plus mali faciebãt: adeo quidẽ ut ſeptẽ dies: totidẽq; noctes Darius præ moleſtia qua afficiebatur trãſegerit inſõnes. Octauo die eidem male habenti quidam Democedis crotonienſis mentionem facit: Cuius de artificio prius iam inde in ſardibus audiſſet: Darius hominem q̃celerrime accerſi ad ſe iubet. Ille ut inter captiuos Orœtis inuentus ubi ꝓ neglecto habebatur ĩ mediũ adductus eſt ſicut erat pãnoſus: ac compedes trahens. In medio poſitum: Darius interrogauit nunquid eam noſſet artem. Democedes ueritus ne ſi ſe proderet uſquequaq; græcia priuaret

dissimulare. Sed cū uideretur notitiā artis præ se ferre: Darius iussit eos qui hominem abduxerant uerba & tormenta afferre in medium. Tunc ille dissimulatione missa se plane scire artem illam negauit: Sed aliquantulum eius ob consuetudinē: quam cum medico habuisset: factaq; ei potestate curandi græcis medicamentis utens: & leuia post acria admouens: Dariū compotem somnii fecit: & breui tempore incolumem reddidit. Cum iam se posthac ualide fore ad incedendum desperasset. Ob quam regionem postea cum eum Darius duobus aurearum compedum paribus donasset: interrogauit Democedes nunquid ideo se duplici malo remunerandum putaret: q; ab eo sospes specie foret effectus. Hoc dicto Darius delectatus ad suas uxores hominem eunuchi: qui eum deduxerunt ad fœminas: dicebant hunc qui restituisset: qui animam regi. Tunc earum singulæ auream phialæ theca suffrīgētes: Democedem donauerunt tam amplo munere: ut excidentes ex percussione phialarum stateres famulus qui sequebatur nomine Sciton collegerit non paruam auri summam. Hic Democedes hunc in modum e crotone profectus: cum Polycrate consuetudinem habuit. Cum a patre sane iracundo crotone cohiberetur: nec eum tolerare posset: Illo relicto abiit in æginam. Vbi commoratus unum annum primos medicos transcendit: & si imparatus erat: & nihil instrumentorum habens: quæ ad artem medicinæ pertinerent. Ex quo factum est ut insequenti anno æginetæ conduxerint eum talento: Athenienses tertio anno centum mnis: Polycrates quarto āno talentis duobus. Ita in samum profectus est. A quo uiro non minimum medici crotonienses primi numerabantur: secundi cyrenæi. Qua etiam tempestate argiui cæteris græcis præstare musica ferebantur. Tunc itaque Democedes Dario sanato susis maximas ædes optinebat: & cum rege ad mensam sedebat. Omnibus rebus affluens præter hanc unam quod in græciam redire non poterat. Quin etiam ægyptios medicos regem curare solitos cum essent patibulis suffigendi q; a græco medico superati forent:

impetrata ab rege uenia liberauit. Item uaticinum quendam heleum :qui Polycratem ſecutus fuerat :& inter captiuos ꝑ neglecto relictus . Deniq; maximi apud regem momenti Democedes erat . Interiecto deinde breui tẽpore inter alia cõtigit ut Atoſſæ Cyri filiæ :quæ erat Darii uxor in mãmilla ulcus exoreretur. Deinde reſciſſum porrograſſaretur:quod iſta quoad fuit exiguum præ pudore occultãs nemini indicauit. Sed ubi male iam habebat accerſito Democedi rem oſtendit . Ille ſe redditurum ſanam affirmãs:adiurat eam ut ſibi uiciſſim ipſa inſeruiat in eo quod orauerit . Oraturum autem nihil unde dedecus redundaret . A quo poſteaq̃ curata eſt edocta Dariũ dum cum eo cubat his uerbis allocuta eſt . Rex cum tantum tu habeas copiarum deſides nullam neq; gentem neq; potẽtiã perſis acquirens :At qui par eſt uirum & iuuenem & magnaꝝ opum dominum aliquid operis edendo ſe oſtendere:quo & perſæ cognoſcant ſibi uirum præeſſe :quod ut facias duabus de cauſis intereſt ut perſæ & eum qui ipſis præeſt uirum eſſe intelligant & bello atterantur:ne ocium agentes tibi inſidias tendant. Nunc ergo aliquod opus edas quoad in ætate iuuenili es . Nam augeſcente corpore ingenium pariter augeſcit:& conſeneſcente conſeneſcit :& ad res omnes elangueſcit. Hæc Atoſſa ex admonitu Democedis . Ad quam Darius reſpõdẽs quæ inquit uxor ipſe facere deſtinaueram : ea omnia dixiſti . Ego enim conſtitueram ſcythis bellum inferre iuncto mari e noſtra continente in alteram ponte:quod breui tempore perficeretur . Ad eum Atoſſa animaduerte inquit nunc . Omitte primum bellum ſcythis inferre :qui quãdocũq; uoles tui erit . Aduerſus græciam mihi tu eas in expeditionem . Concupiſco enim lacænas :& argiuas: & atticas :& corinthias fando cognitas mihi fieri ancillas :& ad hoc habes uirum ex omnibus maxime idoneum ad demonſtrandas græciæ res: atq; expenendas hunc qui pedem tuum ſanauit . Cui Darius quandoquidem inquit . Vxor tibi uidetur nos primum græciam tentare debere: mihi uidetur ſatius ante omnia mittendos illuc exploratores perſas una cum iſto:quem dicis qui percepta oĩa

illic & uisa renuncient :& mox ego ab illis edoctus aduersus græcos tẽdam. Hæc locutus Darius id quod locutus re quoq; aggressus est. Nanq; ubi primum illuxit accitis quindecim uiris persarum spectatis præcepit ut sequentes Democedem omnia græciæ maritima collustrarent: neue committerent ut Democedes ab ipsis aufugeret :sed rursus eum omnino reducerent. Hæc illis ubi præcepit secundo loco Democedẽ ipsũ ad se accersitum orat ut exposita atq; demonstrata persis omni græcia rursus redeat : Iubetq; eum dono ferre patri ac fratribus omnia sua utensilia: affirmans se alia multo plura illi inuicem donaturum. At præter dona missurum ait quæ una iter faciat onerariam nauim omnifariis bonis refertam. Hæc Darius nullo doloso consilio(ut mea fert opinio) mandauit. Ille tamen ueritus ne se Darius tentaret tanq̃ fugitiuum si cuncta sibi oblata caperet: respondit se quidem sua illic uelle relinquere :ut ea ruersus sibi haberet. Verum nauim onerariã quam Darius promitteret dono fratribus accipere. Darius postq̃ hæc Democedi præcepit homines ad mare dimisit. Isti cum in phœnicem descendissent:& ex phœnice in urbem sidonem: confestim duas triremes instruxerunt :& simul ingẽtẽ onerariam omnifariis bonis impleuerunt :Comparatisq; omnibus in græciam traiiciunt. Et adeuntes maritima eius loca intuebantur atq; describebant : Tum pleraq; ac celeberrima græciæ loca contemplati: in italiam tarentum transmiserunt. Ibi Aristophilides tarentinorũ rex & ipse crotoniensis gubernacula medicarum nauium resoluit pariter & ipsos persas destinuit tãq̃ certos exploratores. Interea dũ isti patiũtur hæc: Democedes crotonem abiit ad domum suam. Quo abeũte Aristophilides psas missos fecit :restitutis his quæ de mãibus abstulisset : Illinc persæ nauigantes: ac Democedem psequẽtes crotonem perueniũt: nactiq; in foro Democedẽ prehẽdũt. Eum crotoniensium quidam rem persicam reformidãtes tradere parati erant : Quidam iniectis e diuerso manibus: persas fustibus cædebant his uerbis commonefacientes. Viri crotonienses considerate quid facitis :qui hominem regis fugitiuum

eripitis. An ex usu erit uobis hanc iniuriã regi Dario intulisse: ac uobis bene cedet ista fecisse si nos dimiseritis. Cui enĩ primum q̃ huic urbi bellum iferemus? aut quã priorem diripere conabimur? Hæc dicendo nihil magis crotoniensibus psuasẽrũt. Quinimo non modo Democede: sed etiã oneraria nauis quam una duxerant priuati sunt: atq; in asiam reuersi omisso iam studio discendi ulteriora græciæ duce fraudati. Quibus tamen in digressu iste mandauerat ut Dario dicerent Democedem ducere uxorem Milonis filiam. Erat enim apud regem celebre nomen Milonis luctatoris: quas nuptias uidetur mihi eo tempore properasse magna erogata pecunia: ut ipsum & ĩ patria sua spectatum esse Dario appareret. Profecti crotone persæ ad iapygiam in quasdam naues inciderunt: A quibus in seruitutem redactos Gillus quidam tarentinus exul redemit: & ad rgẽ Dariũ reportauit. Ob quod meritum cũ rex paratus esset donare ei quicquid uellet: optauit se in patriam reduci exposita prius sua calamitate dicens ne omnem græciam conturbaret: si classis ingens ipsius causa in italiam mitteret: contentum se esse ut per solos cnidos reduceretur: existimãs pro amicitia: quæ cnidis erat cum tarentinis se præcipue rductum iri. Id Darius pollicitus effecit. Nam misso cnidum nuncio iussit ut Gillum tarentum reducerẽt. Cnidi Dario obsequentes: Id tamen a tarentinis non impetrauerunt. Nam ad uim afferendi inualidi erant. Atq; hæc hunc ĩ modum administrata sunt: hiq; persæ primi extitere: qui in græciam traiecti sunt speculandi gratia: & ob hanc rem. Samum uero post hæc rex Darius omnium urbium tam græcarum q̃ barbararum primam euertit ob hanc causam dum Cambyses in expeditione aduersus ægyptum ageret: permulti se illic græcorum conferebant partim (ut credibile est) negociandi partĩ militãdi: ptĩ ipsius regionis oculis subiiciẽdæ gratia. E quibus fuit Syloson Aeacis filius Polycratis germanus: extorris patria. Huic Sylosonti felicitas huiusmodi contigit. Sũpto hic amiculo rutilo ac sibi circundato apud forum mẽpheos spaciabatur: Quem cum uidisset Darius Cambysis satelles

nullius admodum conditionis uir captus amore amiculi adit hominem: ut mercetur amiculum. Syloſon animaduertens Darium magnopere cupere aīculū diuina q̄dā fortuna uſus: Ego īquit amiculū hoc nulla pecunia uēdo: ſed tibi largior: Si modo tuum perpetuo debet eē. Hæc approbans Darius accepit indumentum. Syloſon qui putaret ſibi illud ſtulte periſſe interiecto tempore cum Cambyſes deceſſiſſet: & ſeptem illi magum oppreſſiſſent: & ex ſeptem Darius regnum adeptus eſſet: ubi certior factus eſt ad eum uirum peruenisſe regnum cui ipſe precanti dediſſet in ægypto ueſtimentum: ſuſa aſcendit: ſedenſq; in ueſtibulo regiæ: ait ſe eum eſſe: qui de rege ſit benemeritus. Hæc audiens ianitor regi nunciauit. Ad quē admirabundus rex. Et quis eſt inquit græcorum qui me beneficū extiterit: Cui ego reuerentiam debeam recens regno potitus? Nec dum multi aut nulli eorum ad nos aſcenderunt. Nec ullo græcorum quicq̄ (ut ſic dicam) opus habeo. Tamen hominem introducite: ut ſciam quid hæc dicendo uult ſibi. Vbi a ianitore introductus eſt Syloſon ac ſtatus in medio: interrogatus ab interpretibus quiſnam eſſet: aut quo facto beneficus in regem extitiſſet: Ipſe rem omnem geſtam circa amiculum refert: ſeſeq; illum eſſe qui id donaſſet. Ad hæc reſpondens Darius. O inquit uirorum generoſiſſime tu ne ille es qui mihi nullam dum potentiam habenti donaſti ea q̄uis parua: tamen perīde grata: ac ſi nūc aliquid magnum acciperem. Qua de re immenſo te auro argentoq; remunerabor: ut nūq̄ pœniteat te liberalem ī Darium Hyſtaſpis extitiſſe. Cui Syloſon mihi inquit rex neq; aurum neq; argētum dederis: ſed patriam meam ſamum ubi eam liberaueris: quam nunc poſt necem fratris mei Polycratis ab Oroete īterfecti occupat ſeruus noſter. hanc mihi donato citra cædem atq; direptōem. His Darius auditis miſit exercitum duce Otane uno e ſeptē uiris iuſſo ut quæ Syloſō rogaſſet: ea effecta rēdderet. Otanes ad mare deſcēdens contrahebat exercitum. At ſami imperiū optinebat Mæandrius Mæandrii a Polycrate: ut illud procuraret: Cui iuſtiſſimo uirorum uolenti eſſe non licuit. Nam ubi

de Polycratis interitu allatus eſt nuncius: ante omnia Ioui liberatori ſtatuit aram: eiq; phanum in circuitu deſignauit: quod nunc quoq; in ſuburbanis extat. Deinde ubi hoc pfecit aduocata omnium ciuium contione ita uerba fecit. Mihi ſceptrum atq; omnis potentia Polycratis (ut uos etiam noſtis) demãdata fuit: ĩ meo quoq; arbitrio ſitũ eſt uobis dominari. Sed quod in uicino reprehendo: id ipſe quoad potero nõ faciam. Nam neq; Polycrates placebat mihi in uiros ſibiipſi pares dominatum habens neq; alius quiſpiam talia faciens. Et Polycrates quidem fatum ſuum expleuit: Ego autem depoſito in medium dominatu iuris æquabilitatem ſuadeo: poſtulans iure optimo mihi ipſi hoc honoris tantummodo: ut e pecunia Polycratis ſex denum talenta peculiariter mihi cedant: Et præterea Iouis liberatoris (cui ego templum extruxi) ſacerdotium tam meis in perpetuum liberis: q̃ mihi qui libertatem uobis reſtitui. Hæc Mæandrius a ſamiis poſtulabat. Tunc eorum quidam ſurgens. Tu uero iquit indignus es qui nobis imperes: ut qui malus extitiſti ac funeſtus: ſed dignus potius qui pecuniarum quas interuertiſti: rationem reddas. Hæc Teleſarchus (ita enim uocabatur) dixit: q; inter ciues erat expertæ uirtutis. Quæ Mæandrius in animum accipiens: reputans ſq; fore ut ſi dominatum ipſe deponeret: alius quiſpiã in eius locum tyrannus conſtitueretur: nõ deponendum ſibi dominatum ſtatuit: ſed in arcem regreſſus accitum unũquéq; eorum tanq̃ rationem pecuniarum redditurus comprehendit alligauitq;. Poſt hæc dum hi in uinculis ſũt: Mæãdrius morbo corripitur: quem deceſſurum credẽs frater ſuus nomine Lycaretus: quo facilius ſami rerum potiretur omnes uinctos interemit. Neq; enim uidebãtur uelle liberi eſſe. Igitur ubi ſamum tenuere perſæ Syloſontem reducentes: nemo aduerſus eos manum leuauit. Atq; hi qui contrariæ Mæãdrio factionis erant deditionem ſe facere uelle dixerunt: quin ipſe Mæandrius ex inſula diſcedere. Approbante hæc Otane: atq; inito fœdere eminentiſſimi quiq; perſarum poſitis ſellis e regione arcis ſedebãt. Erat Mæãdrio germanus uecordiuſculus

nomine Charileus: q̃ q̃ delinquere ſolebat ī ſupterraneo loco erat alligatus. Hic cum audiſſet quæ agebantur: & per ſpecū ſuſpiciens uidiſſet perſas quiete ſedētes: uociferando dicebat uelle ſe in colloquium uenire Mæandrii. Eū audiens Mæāndrius iuſſit ſolutum ad ſe adduci. Vbi adductus eſt confeſtī conuiciando maledicendoq; illi ſuadebat ut impetum daret ī perſas. Hæc inquiens: Ne tu o deterrime uirorum qui ſum tuus frater: quiq; nihil uinculis dignum peccaui ī ſuperterraneo carcere alligandum putaſti. Perſas autem quos cernis te adorientes atq; extorrem facientes ultum ire non audes tam faciles tibi ad capiendum. Quos ſi tu reformidas: præbe mihi auxiliares tuos: ut iſtos ob ſuum huc aduētum ulciſcar: paratus teipſum ex inſula dimittere. Hæc Charileus. Quem ſermonem Mæandrius admiſit quantum ego ſentio: non qa eo inſipientiæ ueniſſet ut putaret ſuas uires regiis ſuperiores eſſe: ſed quia inuidens Syloſonti ſi ciuitatem & integram & ſine labor̃ eſſet accepturus: maluerit res ſamias debilitari pſis iniatis: atq; ita tradi probe intelligens perſas prius iniuria laceſſitos ſæuituros eſſe ī ſamios: & ſibi tutū ex inſula exceſſū eſſe: quandocunq; uellet. Foderat enim ſibi occultum cuniculum ex arce ferentem ad mare. Itaq; ipſe quidem Mæādrius e ſamo profectus eſt. Charileus autem armatis cūctis auxiliariis: patefactiſq; portis egreditur in perſas nihil tale expectantes: ſed omnia pacata exiſtimantes. In his perſas qui ſellas attulerant & plurimi momenti erāt dato impetu auxiliarii graſſabantur. Dum hæc iſti agunt cæteræ perſarum copiæ auxilio ueniunt. A quibus repulſi auxiliarii: rurſus in arcem ſe recipiunt. Otanes imperator cernens tantam cladem accepiſſe perſas: & ſi memor erat præceptorum Darii dum ipſum mittebat ne quem ſamiorum aut occideret: aut caperet: ſed īſulā immunem malorum Syloſonti traderet: tamen horum præceptorum oblitus eſt: iuſſitq; milites ut quenq; ſamium adipiſcerentur occidere uirum pariter & puerum. Tunc pars copiarum arcem obſidebat: pars obuium quenq; ſine diſcrīe trucidabat tā in delubris q̃ extra delubra. Mæandrius e ſamo

profugiens lacedæmonem nauigauit. Eo ubi peruenit habẽs quæ ĩ diſceſſu exportauerat: dat negocium famulis ut pocula argentea :& aurea proponant dum illi ea promunt. Interea ipſe Cleomenem Anaxandridæ filium ſpartæ regẽ colloquẽdo deducit ad ædes ſuas. Cleomenes ubi pocula inſpexit præ admiratione attonitus erat: Mæandrius eum iubere quæcunq; liberet illinc aſportaret. Idq; cum etiam atq; etiam Mæãdrius diceret: tamen Cleomenes uirorum iuſtiſſimus extitit: qui ea quæ ſibi donabantur recipienda non putauit: ſed cum ſenſit eadem nonnullis ciuium Mæandrium elargiri quo modo puniri deberet excogitauit. Aditis enim ephoris hoc eſt tribunis plebis ait ſatius eſſe ſpartæ hoſpitem ſamium e peloponneſo ablegari: ne quem ſpartanorum aut ipſum: aut alium quẽpiã perſuadeat fieri malum. Illi Cleomeni obſequentes: Mæandrium ablegarunt. Perſæ ubi diripuere ſamum: Syloſonti tradiderunt uiris deſolatam. Interiecto tamen tempore Otanes imperator frequentem incolis effecit e uiſione p qetem morbo correptus: quo laborauit circa pudenda. Dum ſamũ nauticus proficiſcitur exercitus: Interea babylonii rebellauerunt rebus probe admodum comparatis. Nam q̃diu magis imperauit: & ſeptem coniurati rem aggrediuntur per hoc oẽ tempus: & per occaſionem rerum turbatarum ſe ad ferendam obſidionem inſtruxerunt: & in his apparandis uſq; latuerũt. Verum ubi e profeſſo deſciuerunt: hæc ſibi facienda ſtatuerũt. Matres expellunt mulierum unam quam ſibi quiſq; uoluit e domeſticis delegit: & hanc ad panem ſibi faciendum. Cæteras in unum contractas ſtrangulant: hoc iccirco facientes: ne rem frumentariam ipſorum illæ abſumerent. His rebus cognitis Darius aduerſus eos contractis omnibus copiis contendit. Et poſtq̃ peruenit urbem: obſidione cingit: Sed illi nihili pẽdere obſidionem. Nam conſcenſis propugnaculis tripudiare: p̃ braq; ingerere Dario atq; exercitui: quorum quidam ita inquit. Quid iſtic deſidetis perſæ: quin potius abſceditis? Tũc expugnaturi nos cũ pepererĩt mulæ. Hoc quidã babyloniũ dicebat credens nunq̃ parere mulam. Anno ac ſeptem men-

ſibus in obſidione conſumptis iam Darium atq; uniuerſum exercitum tedere q̄ babylonios expugnare non poſſet: &ſi aduerſus illos omnia machinamenta atq; omnes inſidias expertum cum alias: tum illas quibus eoſdem Cyrus expugnauit. Omnia hæc fruſtra fuerunt: quia babylonii uehementer excubiis incumbebant: ſed cum ne ſic quidem capi poſſent: uicesimo q̄ circumuallati ſunt menſe Zopyro Megabyſi filio unius e ſeptem qui magum ſuſtulerunt hoc cōtigit portētū: ut quædam mularum eius quæ frumentum ſubuectabāt pareret. Quod ei renunciatum cum non crederet: ipſe fœtum inſpicere noluit. Eo uiſo uetuit ſeruos cuipiam rem aperire reputans illius babylonii uerba qui inter initia dixiſſet. Poſtq̄ mulæ parerent fore ut muri expugnarētur. Ex hac fama Zopyro uiſa eſt expugnabilis babylon. Diuino enim numine & illum locutum: & ſuam mulam eſſe enixam. Igitur ubi uiſū eſt fatale eſſe iā babylonē capi adiens Dārium ſciſcitatus eſt nunquid perq̄ magnificaret expugnaturi babylonem. Audiēs perq̄ magni ab illo fieri: aliud conſultat quo modo ipſe foret urbis expugnator: & ſuum hoc opus (Bēneficia enim apud perſas permultum ad incrementa honorum conſequēda ualent) Eoq; nemini expromens ſe ſuffecturum rei faciendæ ſi ſeipſum cū mutilaſſet ad hoſtes tranſfugeret ſeſe formiſſima mutilatione afficit prorſus quaſi id minimi faceret. Quippe nares ſibi præcidit: auriculaſq; comam deformiter circuntūdit: plagas impoſuit: atq; ita ad Darium perrexit. Quem ille intuens uirum ſcilicet ſpectatiſſimum ſic truncatum adeo grauiter tulit: ut exiliens e ſolio exclamarit interrogando quis eum ob quod facinus mutilaſſet. Ad eum reſpondens Zopyrus: Nemo inquit rex præter te: cuius tanta potentia ē ita me potuiſſet afficere. neq; alienus quiſpiam hoc mihi fecit: ſed ipſe ego q̄ indigno animo fero aſſyrios perſis illudere: Cui rex o uirorum miſerrime īquit turpiſſimo facto pulcherrimū nomen impoſuiſti inquiens propter eos qui obſidētur temet ipſum indigne laceraſſe. Nunquid o demens te mutilato protinus hoſtes deditionem facient? Quid in teipſū laniādo

ſenſus amiſiſti. Ad eum Zopyrus ſi inquit tecum communicaſſem quæ eram facturus : tu me non permiſiſſes. Nūc memet ego adhibens in conſilium id feci. Itaq; iam babylonem capiemus niſi tu tuis perſes. Ego enim ita uti ſum ad muros ut tranſfuga fugiam: dicamq; ad illos me hæc abs te eſſe paſſū: & (ut opinor) ex hoc corporis habitu fidem eis faciens conſequar exercitus præfecturam. At tu decimo die q̄ muros fuero ingreſſus mille milites ex eo genere: cuius amiſſione nihil admodum damni fiat colloca aduerſus portam: quæ uocat' Semiramidis. Rurſus interiectis ſeptē diebus colloca duo milia ad portas: quæ dicūtur Ninorum. Atq; tertio uiginti diebus interiectis e regione portarum quæ dicuntur chaldæorū alios ſtatue numero quattuor milia. Dum neq; priores: neq; poſteriores habeant quo ſe defendant: præter gladios. hæc tm̄ ſinas eos habere. Poſt diem uiceſimum reliquas copias iube recta muros undiq; ſubire. Verum ad portas: quæ belides: ac ciſſiæ uocantur perſas mihi ſtatuito. Etenim ut ego ſentio babylonii mihi: qui magna opera ediderint committent cū alia: Tum uero portarum claues. Illinc mihi atq; perſis curæ erit: operam nauare. Hæc ubi mandauit ad muros perrexit: ſubiñ reſpectans tanq̄ uere perfuga. Eo conſpecto qui in turribus ad id diſpoſiti erāt deorſū decurrerẽt: & alterā portā aliq̄tulū reclinantes ſciſcitabātur qſnā eſſet: & cuius rei īdigēs ueniret. Cūq; hic dixiſſet ſe Zopyrum eſſe: & ad ſe illos tranſfugerẽ: eū ad babylonios magīratus deduxerẽt. Ante quos ubi ſtetit Zopyrus conditionem ſuam miſerabat' referēs a Dario ſe paſſū quæ a ſemetipſo paſſus eſſet: idq; ob eam cauſā q̄ ſuaſiſſet illi diſcedere cum exercitu quoniam nulla uia oſtenditur urbis expugnandæ. At nunc inquit ad uos uenio babylonii futus uobis in maximo bono: Dario aūt & copiis eius maxīo malo. Neq; n. q̄ ita me mutilauit feret īpune: cū habeā exploratos oēs cōſilios eius exitus. Hæc Zopyrus cōmemorabat. Qué babylonii utiq; uiq; apud pſas ſpectatiſſimū cernētes naribus atq; auribus priuatū: uibicibus ac ſāguine cōſperſū: ſperātes oīo uere loq;: & ad ipſos uenire ſociū: īducti ſūt ad p̄mittēda

ei quæcunq; postulasset. Iste postulauit copias militum: quas ut accepit perfecit ea quæ cum Dario composuerat. Siquidē decimo die eductis babyloniorum copiis mille dariāos: quos collocari primos mandaret circumuentos trucidauit. Eum babylonii aduertentes consentanea uerbis facta præstare maiorem in modum lætabantur parati omni in tē homini parē. Iste rursus interiectis diebus: de quibus erat conuentum cum delectis babylōiorum egressus: duo milia darianorum militū interficit. Babylonii cernentes hoc alterum opus nihil aliud q̄ Zopyrum in ore habere: eum laudibus tollere. Hic rursus constitutis diebus supersedens ad prædictum locum copias educit: circūuentaq; quattuor milia occidit. Quo tertio opere edito Zopyrus apud babylonios erat: ut & dux exercitus: & murorum custos declararetur. Vbi uero e composito Darius copias undiq; muris admouit: ibi Zopyrus omnem dolum patefecit. Nam cū babylonii conscensis muris copias Darii adorientes arcerent: ipse apertis cistis ac belidibus portis psas in urbem introduxit. Quod factum q ui babyloniorum uidebant: hi in puluinar Iouis Beli confugerunt. Qui non uidebant: hi in suo quisq; loco permanserunt: donec & ipsi se p̄ditos intellexerunt: ita babylon iterum capta est. Qua potitus Darius muros eius circūcidit: & portas omnes amolitus est. Quorum neutrum Cyrus fecerat prius eidem a se captæ. Babyloniosq; quoq; procerum tria milia patibulis affixit data cæteris uenia urbem incolendi. Atq; ut idem uxores haberent unde succresceret soboles prouidit. Nam fœminas babylonii (ut superius demonstratum est) rei frumentariæ consulentes strangulauerant. Itaq; Darius uicinis undiq; populis negociū dedit: ut fœminas babylone p̄sentarent pro iniuncto qsq; numero. In summa igitur quīnquaginta milia fœminarum conuenerunt. Ex quibus qui sunt babylonii originem duxerunt. Darii iudicio nemo persarum Zopyrum præstantia facta supergressus est neq; eorum qui prius: neq; eorum qui posterius extiterit præter unum Cyrum: Cui nullus unq̄ persarū se dignum qui illi compararetur existimauit. Ferturque

Darius hoc dictum ſæpenumero uſurpaſſe præoptaturum ſe Zopyrum nihil eſſe cladis paſſum q̃ uiginti ſibi babylones ultra illam quam haberet acquiri. Eum tamen egregie remuneratus eſt cum dando quot annis quæ apud perſas ſunt honorificentiſſima atq; alia permulta: tum tradita babylone immuni quoad uiueret in peculiarem portionẽ. Huius Zopyri filius fuit Megabyzus: qui dux exercitus extitit in ægypto aduerſus athenienſes: & ſotios. Atq; huius Megabyzi filius Zopyrus ille qui ad athenienſes tranſfugit a perſis.

Herodoti Halicarnaſei Hiſtoriarum Liber Quartus.

Oſt babylonis expugnationem Darius aduerſus ſcythas fecit expeditionem. Nã cum floreret uiris aſia: & magno pecuniæ prouentu: cupido inceſſit ei ſcythas ulciſcendi: quippe qui priores iniuriam intuliſſent ingreſſi mediam: & his qui occurrerant prælio uictis. Erenim ſcythæ (quemadmodum ſuperius a me dictum eſt) duodetriginta annos ſuperiori aſiæ imperitauerunt. Siq; dem perſequentes gentem cimeriam ingreſſi aſiam abrogarunt imperio medos: qui ante ipſorum aduẽtum aſiam obtinuerant. Scythas cum octo & uigiti annos peregre abfuiſſent: in patriam reuertentes excepit non minor q̃ medicus fuerat labor. Offenderunt enim non exiguum exercitum contra ipſos uenientem. Vxores nanq; eorum diuturna uirorum abſentia ad ſeruos acceſſerant uiſu orbatos. Orbant autem ſcythæ ſeruos omnes lactis gratia: quod potant: ita id facientes ſufflatoria oſſea fiſtulis ſimillima ſumuntur: eaq; genitalibus equarum impoſita ore inflantur. Hoc aliis facientibus: alie quas emungunt. Hoc ideo ſe facere aiunt q̃ uenæ equarum ſufflatæ implentur: & mammæ deſcendunt. Po-

ſteaq̃ emulxere lac :in concaua uaſa lignea diffundunt. His circũpoſiti cæci: lac agitant :Cuius(quod ſummum eſt)deli-batur precioſiuſque habetur: uilius autem quod ſubſedit. Huius rei gratia ſcythæ quencunque capiunt: uiſu orbant. Non enim agricolatores ſunt: ſed paſtores. Ex his igitur ſeruis ac mulieribus ſcytharum progenita eſt iuuentus: quæ ſuorum natalium conditione cognita obuiam perrexit his q̃ reuertebantur a medis. Et primum regionem interſepſit du-cta lata foſſa :quæ a tauricis montibus pertingebat ad mæo-tim paludem omnium maximam. Deinde in his conſi-ſtẽs ſcythis introire conantibus repugnabat. Sæpe commiſſa pugna :cum nihil tamen ſcythæ proficerent: Quidam ex eis inquit: Quidnam rei facimus uiri ſcythæ cum noſtris ipſo-rum ſeruis dimicantes: qui & cum interficimur :ipſi paucio-res efficimur :& illos interficiendo paucioribus deinceps im-perabimus. Mihi uidetur haſtis arcubuſque omiſſis ſu-mendum flagella: quibus equos uerberamus:& ad illos pro-pius eundum. Nam quoad uident nos arma habentes ar-bitrantur ſe ſimiles nobis atque e ſimilibus eſſe :ubi nos pro armis uerbera tenentes uiderint: tunc ſe noſtros ſeruos eſſe intelligentes: atque id agnoſcentes non perſtabunt. Hoc ſcythæ cum audiſſent ita ſibi faciendum putauerunt. Qua ex re perculſi illi pugnæ immemores fugam capeſſerunt. Ita ſcythæ imperio ſunt aſiæ potiti: & rurſus a medis eiecti ad terram ſuam hunc in modum reuerſi. Hac de cauſa Dari-us ulciſcendi cupidus comparauit exercitum. Scythæ gentem ſuam omnium nouiſſimam eſſe aiunt :idque hoc modo ex-tituſſe. Virum quendam in hac terra cum deſerta eſſet primũ fuiſſe nomine Targitaum: & eius parentes:quod tamẽ mihi nõ probatur Iouem:Baryſtheniſque fluuii filiam. Tali gene-re ortum aiunt Targitaum :eiuſque tris liberos fuiſſe Nito-xain:Arpoxaĩ:& nouiſſimũ Colaxaĩ. His regnãtibus demiſſa celicus ĩ ſcythicã regionem ex auro facta aratrum cum iugo ſecurim phialam. Quæ cũ primus omniũ inſpexiſſet natu maxĩus acceſſiſſe. & itidẽ aĩo illa ſumẽdi:ſed eo accedẽte aurũ

arſiſſe. Hoc digreſſo ſecundum acceſiſſe: & itidem aurum aeciſſe. Ambobus ab ardenti auro ſummotis: tertio loco cum minimus natu accederet aurum fuiſſe extinctum: & ab illo domum portatum. Eaq; re maiores fratres animaduerſa totum regnum ad minimum detuliſſe. Et a Nitoxai quidem progenitos eſſe eos ſcythas: quorum genus auchatæ appellantur. Ab Arpoxai uero qui medius fuit: eos qui catiari: & trapii nominantur. A minimo autem natu reges qui paralatæ uocantur: & omnibus nomen eſſe Scolotis regis cognomen: Sed ſcythas græci appellauere. Hunc in modum ſe extitiſſe ſcythæ memorant: & ex quo extiterũt a primo rege Targitao: uſq; ad Darii aduerſus ipſos tranſitum annos omnino mille non amplius fuiſſe. Aurum uero illud ſacrum in primis cuſtoditi a regibus placariq; maioribus hoſtiis: & adiri quot annis ſolenniter: & qui aurum ſacrum habet die feſto dormiſ ſub dio: & eum nunq̃ peramare: & ob id dari ipſi tantum ſoli: quantum uno die uectus equo peragrare poteſt. Et cum regio ſit ingens colaxain conſtituiſſe trifarium filiis ſuis regnũ. Vnum quidem (quæ maxima portio eſt) ubi aurum aſſeruatur: Superiora autem ad uentum aquilonem uergentia. Vltra quam regionem nulli ĩcolere poſſint: neq; proſpicere: neq; tranſire propter interfuſas pennas. Pennis enim tum terram: tum arcem oppletum eſſe: & has præſepire uiſum. Hæc ſcythæ de ſeipſis pariter ac de regione ſuperiore narrant. Sed græci qui pontum incolunt: ad hũc modum. Herculem Geryonis uaccas agentem in hanc perueniſſe terram: quæ deſerta eſſet: quam nunc ſcythæ incolunt. Geryonem autem habitaſſe extra pontum in terram: quam græci inſulam erythreã contra gades: quæ ſunt extra columnas Herculis in oceano. Oceanum uero ab ortu Solis incipientem circumfluere terrã uerbis quidem affirmant: ſed re tamen non demonſtrant. Illinc Herculem cum ad regionem: quæ nunc ſcythica uocatur ueniſſet ſubtracta ſibi pelle leonis obdormiſſe. Deprehenderat enim eum uehemens pluuia & gelu: & dum dormit ĩterea equas eius a curru paſcẽtes diuia q̃dam forte amotas ñ cõpa-

ruiſſe. Eas experrectus cum indagaret omnem regionem colluſtrans tandem in terram: quæ dicitur hylæa deueniſſe: ibiq; in antro quandam inueniſſe uirginem ancipitis naturæ humanæ ac ſerpentinæ. Superne quidem femorũ tenus fœminam: Inferius autem uiperam. Eã conſpicatum Herculẽ atq; admiratum interrogaſſe nuncubi ſuas equas errabundas uidiſſet: illamq; reſpondiſſe ſe quidem illas habere: ſed non prius reddituram ei q̃ cum ipſa coiiſſet. Herculem ſub ea mercede cum fœmina concubuiſſe. Sed cum illa differret reddere equas cupida diutiſſime cum Hercule concumbẽdi: & hic cuperet receptis equis abire: ad poſtremum illis redditis mulierẽ dixiſſe: Has ego tibi equas quæ huc uenerãt ſeruaui. Tu earum ſeruatarum precium mihi perſoluiſti. Concepi. n. ex te filios tris: qui ubi adoleuerint: expone quid facere debeant nunquid hic habere domicilium (Nã ipſa huius regionis imperium teneo) an ad te mitti. Hæc percontatæ reſpondiſſe poſteaq̃ eos in uirilem ætatem adoleuiſſe uideris: ſi ita facies non delinques. Quem animaduerteris eorum hunc arcum ita tendentem: & hoc balteo ita percinctum: eum tu regionis huius incolam effice. Qui autem his operibus quæ mando non erit par: eum hinc ablegabis. Hæc exequendo & ipſa lætaberis: & præceptis meis obtemperaueris. Atq; ita locutum Herculem tetendiſſe alterum arcum (duos enim geſtabat) & balteum præmonſtraſſe: atq; utrunq; mulieri tradidiſſe arcũ & balteum: qui balteus in commiſſura haberet auream phialam: & his donatis abiiſſe. Illam pueris natis nomĩa ipoſuiſſe: uni Agatyrſo: ſequenti Gelono: nouiſſimo Scythæ. Et cum ĩ uirilem ætatem adoleuerunt: eandem mandatorum memorẽ illa peregiſſe: & duos quidem filiorum Agatyrſum ac Gelonũ qui propoſito certamini non ſuffeciſſent a matre ablegatos e regione exceſſiſſe. Scytham uero qui rem compleſſet ibidem remanſiſſe: & ab hoc rege progeneratos deinceps reges ſcytharum: eoq; ab illa phiala ſcythas ad hanc uſq; ætatem phialas in balteis ferre: & id ſolum ſcythæ matrẽ excogitaſſe. Hæc græci q̃ hĩtãt ĩ põto r̃fert. Fert & alius ſermo ita hñs: cui ipſe

præcipue aſſentior. Scythas pecuarios qui in aſia incolunt cũ a maſſagetis bello uexarentur: araxe tranſmiſſo in cimmeriã abiſſe. Nam regio quam nunc ſcythæ incolunt ea fertur olim fuiſſe cimmeriorum: Sed inuadentibus ſcythis cimmerios cũ deliberarent: ut qui a magno inuaderentur exercitu in ſentẽtia diſcrepaſſe hinc reges indẽ plebem: utraq; quidem ualida: ſed regum meliore. Nam populos ſentiebat abſtinendum bello: nec oportere cum multis adire periculum. Reges aũt pro regione cum inuaſoribus dimicandum. Ita cum neutris alteri obtemperare uellent: & populares cenſerent ſine prælio demigrandum tradita inuaſoribus regione reges in ſua potius patria occumbendum: nec una cum plebe fugiendum reputantes quot bona habuiſſent: & quot mala euidentia habiti eſſent patria profugi. Hæc illis e diuerſo ſentientibus inter ſe decertaſſe utroſq; numero pares: & omnes q̃ mutuis ictibus concidiſſent fuiſſe a plebẽ cimmeriorum ſepultos ad flumen tyren: quorum adhuc ſepulcrum extat. His humatis cæteri e regione migrarũt: quam deſertam ſuperuenientes ſcythæ occupauere. Extantq; adhuc in ſcythia: tum muri cimmerii: tum portoria cimmeria: tum loco cuidam nomen cimmerio: tum boſporus qui cimmerius appellatur. Conſtat autem cimmerios in aſiam fugiſſe ſcythas: q̃ cherõneſum condiderunt: ubi nunc ſinope græca urbs ſita eſt. Apparet etiam ſcythas in perſequendis mediam intraſſe uia aberrãtes. Nam cimmerii quidem fugientes iter ſemper ſecundum mare tenebant. Scythæ autem eos ad dexteram caucaſum habentes inſequebantur ingreſſi mediam itinere in mediterranea conuerſo. Alia quoq; fertur communis græcorum barbarorumque narratio. Ariſteus quidam proconneſius uerſificator Caliſtrobii filius memorat ſe Phœbo inſtinctum uenisſe ad iſſedonas: & ſupra hos incolere arimaſpos uiros uuoculos: & item ſupra hos eſſe grypas: qui aurum aſſeruẽt: ac ſuper hos eſſe hyperboreos: ideſt ſuperaquilonares ad mare pertingentes. Hos autem omnes præter hyperboreos arimaſpis auctoribus aſſidue finitimis bellum inferre:

& ab arimaſpis exterminari iſſedones: ab iſſedonibus ſcythas: a ſcythis uexatos cimmerios: qui ad auſtrale mare incolebāt: rgionem relinquere. Itaq; ne Ariſteus quidem cum ſcythis de ea regione conſentit: qui unde fuerit qui hæc rettulit: dictū eſt a me. Dicetur item quænam de eodem uiro in procōneſo & cyzico audierim. Ariſteum aiunt qui nullo ſuæ ciuitatis eſſet inferior genere ingreſſum in proconneſo fullonicā officinam deceſſiſſe: Fullonemq; occluſa officina abiſſe denunciatum rem propinquis defuncti: diſſipatoq; iam per urbem rumore Ariſteum eſſe uita functum: ſuperueniſſe ſermoni de hac re diſputantium quendam cyzicenum ex urbe artacia profectum: qui diceret ſeſe fuiſſe congreſſum cum Ariſteo apud cyzicum atq; collocutum: & cum id iſte contendendo aſſeueraret propinquos mortui ad fulloniam præſto fuiſſe: habētes quæ ad efferendos homines expediunt. Aperta domo Ariſteū nec uiuum apparuiſſe nec mortuum. Septimoq; deinde āno cum in proconneſo apparuiſſet: eos uerſus feciſſe: qui nunc a græcis arimaſpei uocantur: quibus conditis rurſus euanuiſſe. Hoc iſtæ ciuitates commemorant: quod ſcio congruiſſe cum metapontinis qui ſunt in italia tricentis & quadraginta ānis poſtq̄ iterum euanuit Ariſteus quemadmodum coniiciens & in proconneſo & apud metapontinos inueni. Metapōtini aiunt Ariſteum cum apud ipſos apparuiſſet: iuſſiſſe aram Apollinis extrui: quæ cognomen haberet Ariſtei proconneſii: & iuxta eam erigi ſtatuam: q̄ diceret Apollinem ad eos ſolos ex italicis in ipſorum terram ueniſſe. Illum ſe aſſectante: & qui nunc Ariſteus eſſet cum deum aſſectatur: tum eſſe coruum: & hæc locutum e conſpectu abiſſe. Eoq; aiunt metapontini ſe delphos ad deum miſiſſe ſciſcitatum quodnam illud hominis eſſet proloquium: ſibiq; iuſſiſſe Pythiā ut dicto audiētes eſſent. Melius enim cum ipſis actum iri ſi parerent: & hæc ſe admittentes perfeciſſe: & nunc ſtatua extat cognomine Ariſtei iuxta aram ipſam Apollinis in foro extructam circumſtātibus utrinque lauris. Hæc hactenus de Ariſteo. Regionis autem de qua nos dicere inſtitueramus quænā ſint ulteriora

nemo exploratum habet. Neq; enim id ego ab aliquo audire potui: qui se diceret nosse quod ipse uidisset. Ac ne Aristeus quidem ipse (cuius pauloante feci mentionem) in his quos fecit uersibus ait se ultra issedonas processisse: sed ulteriora fando sibi esse cognita: q; issedones diceret ista commemorat. Verum nos quoad longissime rem inuestigare potuimus: omnem referemus ab emporio borysthenitarum. Hoc enim ex maritimis totius scythiæ est maxime medium: primi īcolūt callipidæ: qui sūt græcoscythæ: ideſt e græcis facti scythæ: sup hos aliud genus eorum qui uocatur halizones. Horum utriq; cum in cæteris seruant ritum scytharum cum in serendo atq; uescendo cepe: allio: lente: milio. Supra halizones incolunt scythæ aratores: qui non ad panem conficiendum serunt triticum: sed ad illud torrendum. Supra hos incolunt heun: quorum tractus qui ad aquilonem uergit quantum nos nouimus uastus est. Atq; hæ quidem nationes iuxta flumē hypanim colunt ad occidentalem partem borysthenis. Verum transmisso borysthene a mari in primis est hylæa. Dehinc hīrant scythæ agricolæ: quos græci qui sub hypane incolunt: borysthenitas appellant: Ipsi uero se olbiopolitas. Hi igitur agricolatores scythæ colunt eum quidem tractum qui uergit ad auroram trium dierum itinere pertingentes ad flum̄ noīe panticapem. Eum uero qui ad uentum aquilonem undecim dierum nauigatione borysthenem uersus. Nam tractus qui ulterior est in multum sane spatii desertus est. Vltra quam solitudinem androphagi habitant: ideſt uiroꝝ carne uescētes: separata natio: ac nequaq̄ scythica: & supra hos uasta iam proculdubio omnia: nec ulla gens quantum nos scimus. At horum scytharum qui agricolæ sunt plagam quæ ad auroram uergit transmisso flumine panticape nomades ideſt pecuarii scythæ incolunt neque serentes quicq̄ neque arantes. Nuda arboribus est omnis hæc plaga præter hylæam. Nomades isti incolunt tractum quatuordecim dierum longitudinis auroram uersus ad gerrum usq; flumen. Trās gerrū aut̄ sūt ea quæ uocāt̄ r̄gia: & scythæ optimi pariter & plurimi: & q

ſuos ſeruos eſſe cæteros ſcythas arbitrantur a meridie quidē ad tauricam regionem pertingentes. Ab aurora uero ad foſſā quam duxerunt illi qui e græcis geniti fuerant: & ad emporiū paludis mæotidis: quod uocat cremni: ideſt prærupta. Quoꝝ pars ad flumen tanaim porrigitur. Quæ ſuperiora ſūt ad uētum aquilonem ſcytharum regionum ea incolunt melāchlæni: Alia non ſcythica gēs ſupra melanchlænos paludes ſunt: & deſerta hominibus regio quantum nos ſcimus. Trans flumen autem tanaim non eſt regio ſcythica: ſed prima laxiorū ſauromatarum: qui a receſſu mæotidos paludis incipientes incolunt tractum qui ſpectat aquilonem: itinere dierum qndecim uacuum prorſus arboribus tam agreſtibus q̄ fructiferis. Supra hos habitant quæ ſecunda portio eſt budim terrā colētes totam omni arborum genere frequentem. Supra budinos ad aquilonem ſtatim excipit ſolitudo octo dierum itineris. Poſt hanc ſolitudinem declinando potius ad uentum ſubſolanum incolunt thyſſagetæ natio copioſa: & propria: & e uenatu uictitans. His contigui: & in eiſdem habitantes locis hi quibus nomen inditum eſt Iyrcæ: & ipſi e uenatione uictitātes hunc in modum. Conſcenſis arboribus quæ per omnem regionem frequentes ſunt inſidiantur. Singulis adeſt canis: & item equus in uentrem cubare edoctus humilius ſubſidēdi gratia. Vbi quis ab arbore feram uiderit: ſagittaq; percuſſerit: conſcenſo equo illam perſequitur comitante cane. Sup hos qua uergit ad auroram incolunt alii ſcythæ: qui a regiis ſcythis deficientes: ita in hunc locum peruenerunt. Ad hos uſq; ſcythas omnis regio ſcythica ē campeſtris: & ſpiſſi ſoli. Reliqua hinc lapidoſa: atq; ſalebroſa. Cuius regionis magno tranſmiſſo ſpatio incolunt ſub excelſorum montium radicibus hi homines: qui ab ipſo natali dicūtur eſſe calui: mares pariter & fœminæ ſimis quoq; naribus: & ingenti mēto p prio quodam oris ſono ſcythicam geſtantes ueſtem ex arboribus uictitantes. Cui generi arboris nom̄ ē pōticū: magnitudo feꝝ eadē quæ fico: fructus fabæ ſimilis iſtarq; nucleū hñs. Id ubi mite fuerit ueſtibus exprimūt: & quod ab eo craſſū &

nigrū defluit nomine acchy. Id aut lingūt: aut lacte cōmixtū potant. Ex ipsius quoq; crassitudinis fæce massas ad eum cō/ponunt: Neq; enim multum est eis pecorum utpote non studiosis rei pecuariæ. Sub arbore quisq; cubat per hyemē quidem ubi arborem pileo albo firmoq; contexerit: per æstatē uero sine hoc pileo. His nemo mortalium iniuriam infert. Sacri enim dicuntur esse: nihilq; martiorum armorū possidēt. Idem finitimorum controuersias dirimunt. Ad quos quisq; confugit: is a nemine læditur. Nomen eis est Argippæi: ad hos usq; caluos ingens quoquo uersus prospectus est regionis & gentium quæ in conspectu sunt ex borysthenis atq; ex aliis ponticis emporiis. Scythæ qui ad hos commeant per septem interpretes totidemq; linguas perueniunt. Horum tenus no/ticia rerum habetur: quod supra caluos est nemo pro cōpto referre potest. Nam montes editi atq; prærupti transeunt: transitum interdicunt quos nemo transcendit: Isti tamē calui referunt quæ apud me fidem non habent incoli montes ab hominibus capripedibus: quos ubi transieris esse alios qui se/nos mēses cōsopiantur: quod ego in primis non admitto: sed tractum illum qui ad auroram caluis est ab issedonibus habi/tari sine ambiguitate compertum est. Ille uero superior qui uergit ad aquilonem tam issedonibus q̄ caluis ignotus est ni/si quatenus isti ipsi dicunt. Issedones talibus moribus uti fe/runtur. Quotiens pater alicui decessit: omnes eius propinqui pecora adducunt: quæ ubi mactauerunt conciderunt q; cōci/dunt & mortuum patrem illius: a quo in conuiuium accipi/untur: commixtisq; omnibus carnibus conuiuium exhibent. Caput tamen defuncti denudatum purgatumque inaurant: eoq; pro simulacro utuntur agentes illi quot annis maiores hostias cerimoniasq;. Hæc filius patri facit quēadmodū græci natalitia. Dicūtur præterea & isti iusti esse: & ipsorum uxo/res peræque fortes ac uiri. Hi & ipsi cognoscūtur. Quod su/pra hoc ē ibi aiūt issedones esse hōies unoculos: & grypes auri custodes. Hoc ab eis acceperunt scythæ: a scythis nos cæteri accipiētes uer; putamus: ac scythice eos appellamus arīaspos/

Nam arima ſcythæ unum uocant: Spu uero oculum. Oīs autem quam dixi regio adeo infeſtatur hyberna ſæuicia: ut octo menſibus tolerari non poſſit: tale illic gelu eſt. Sicubi aquam effundas non facies ibi lutum: facies autem ſi illic ignē accenderis: Ibidem quoq; mare glaciatur: & omnis cimerius boſporus: ſuper quam glaciem omnes qui ītra foſſam īcolūt ſcythæ exercitus ducunt: & plauſtra agunt trans mare uſque ad indos. Ita uis hyberna octo menſibus perſtat: quattuor tamen menſibus reliquis frigora illic ſunt. Vbi etiam aliam: quam in cæteris regionibus conditionem habet hyems. Nam cum tempus pluendi eſt: nihil ibi quod ſit ullius momenti pluit: Aeſtate pluere non ceſſat. Qui etiam tonitrua cum alibi: tunc ibi nulla exiſtunt. æſtas nubila eſt. Hyeme ſi fiant tonitrua pro oſtēto habetur. Terræmotus in ſcythia ſi exiſtat ſeu æſtate ſeu hyeme tanq̄ prodigium admirantur. Eam uim hyemis equi perferunt. Muli aſiniq; neq; incipientem quidē ferunt: cum tamen alibi ſtantes in gelido equi labefiant: aſini uero ac muli durent. Et hæc mihi uidetur eſſe cauſa cur oīo cornua bouino generi nō ſuccreſcant aſtipulante ſētētiæ meæ Homeri carmine in odyſſea: quod ita habet. Et libyen ubi ſūt cornuti protinus agni. quod recte dicitur in locis calidis mate cornua exiſtere. Nam in uehementibus frigoribus aut non oriuntur ſtatim pecoribus cornua: aut ſi oriuntur: uix oriuntur. In ſcythia itaq; hoc propter frigora contingit. Quo magis miror (Ab initio enim oratio mea indagare inſtituit) cur in omni heleo agro muli nequeunt gigni: cum neque locus ſit frigidus: neq; ulla alia cauſa appareat. Aiunt helienſes ipſi ex imprecatione quadam id ſibi contigiſſe. Cumq; tempus aduentat conceptus equarum ſe in loca finitima illas educere. Ibi poſtq̄ admiſerint aſinos dum equæ conceperint: tunc rurſus eas reducere. De pennis autem quibus aiunt ſcythæ oppletum eſſe aerem: & iccirco non poſſe proſpici longius continentem: nec ulterius tranſiri: Hæc eſt mea ſententia q̄ ultra eā rgionē aſſidue nīgit: & (ut credibile ē) mīus æſtate q̄ hyeme. Nam prout cuilibet eminus intuenti cadentem niuē copioſā

liquet quod dico nix pennis assimilis est :& propter hanc talē hyemem inhabitabilia sunt eius continentis loca ad aquilonē spectantia . Eoq; opinor pennas niuem esse : interpretantes scythas :ac circumiectas gentes ita loqui. Verum hæc quæ referuntur longissime dicta sunt . De hyperboreis autem hōibus neq; scythæ quippiam neq; alii ulli illic incolentium memorant præter issedones ne ipsi quidem (ut mihi uidetur)dicentes aliquid. Dicerent enim & scythæ de hoc quemadmodū de unoculis dicunt . Quanq̄ & ab Hesiodo de hyperboreis mentio fit :quin etiam ab Homero in ephigonis : si tamen Homerus re uera fecit hos uersus . Sed multo plurima de his delii memorāt sacra alligata in triticea stipula ex hyperboreis delta ueniisse ad scythas. A scythis deinceps finitimos accepisse:gradatimq; per singulos ad occasum usq; :atq; illinc meridiem uersus dimissa a primis græcorū dodonæis esse accepta : & ab his descendisse ad meliensem sinum : peruasisseq; īeuboiam:& oppidatim usq; ad carystum:& illīc reliquisse ādrū. Carystios enim esse qui in tenum portarint : tenios uero in delum . Atq; ita hæc sacra in delum aiunt peruenisse . Sed primum hyperboreis misisse duas puellas:qui ferrent hæc sacra: quas delii aiunt Hyperochā : & Laodicem:& cum his tutelæ gratia quinq; e suis popularibus qui eas deducerent nunc perferes uocatos in delo ubi in magno honore habentur . Et cū isti ab hyperboreis missi rursus non redirent indigne ipsos hyperboreas tulisse:si eos quos assidue mitterent non reciperēt. Ita misisse qui ferrent ad confines suos sacra in stipula tritici ligata :iuberentq; illos considerate mittere ad aliam nationē. Atq; ita hæc gradatim missa aiunt deuenisse in delum . His ego sacris simile quiddā fieri animaduerti a fœminis thraiciis : atq; pæoniis:quæ in sacrificando regiæ Dianæ nō sine stipula triticea id faciunt :atq; ipse uidi eas facientes . Cæterum his uirginibus hyperboreis uita functis in delo parentant puellæ deliæ ac pueri tondentis utriq; crinibus:quos puellæ quidem fuso inuolutos supra monumentum illarū deponunt : pueri autem ad quandam herbam applicantes: & ipsi sepulchro

eſt ſciam. Hoc ubi ácceptit Thonis Alexandrũm cõprehẽdit: naueſq; eius diſtinet: dehinc illũ Helenãq; cum opibus atque etiam ſeruos memphĩ ducit. Quibus omnibus tepræſentatis Proteus percõctatus eſt Alexandr& quiſnã eẽt: & unde cũ nauibus profectus. Alexander illi & genus ſuum cõmemorauit: & patriæ nomẽ: & unde nauigaſſet: & quo. Sed interrogante Proteo unde Helenam accepiſſet titubantem in loquendo: ac tergiuerſantem coarguebant hi qui fuerant ſupplices exponẽtes oĩa quæ in ſcelere admittẽdo geſta eſſent. Tãdẽ Proteus apud eos hanc ſentẽtiam tulit inquiens. Ego niſi magni intereſſe arbitrarer de peregrino aliquo ſupplicium capitis ſumere ad terram meam uẽtis appulſo: ſuppliciũ pro græco illo de te ſumerẽ omniũ hoſpitũ deterrime ſceleſtiſſimũ facinus admiſiſti a tuo ipſius hoſpite erepta uxore: neq; his contẽtus cum ea abiſti. Ac ne his quidem ſatis habẽs cõpillata hoſpitis domo ueniſti. Itaq; quoniã magni momẽti eſſe duco necare hoſpitẽ: mulierẽ hãc atq; opes tibi ut abducas non ſinam: ſed ego hæc græco hoſpiti reſeruabo: dum ille ipſe conſtituerit ue[illegible] ad iſta reportanda. Tibi uero ipſi: tuiſq; conuectoribus [illegible]e mea terra in aliam triduo tranſfretetis præcipio: alioquin uos pro hoſtibus perſecuturus. Hunc Helenæ ad Protea aduentum fuiſſe ſacerdotes referebant. Quam famam uidetur mihi & Homerus accepiſſe: ſed quia non perinde decora res erat in carmine: alio loquendi modo eſt uſus: in quẽ trãſtulit declarans ſe hunc famæ ſermonẽ notum habuiſſe. Id manifeſtum eſt q̃ in Iliade facit mentionem eiuſdem erroris Alexandri: nec uſq̃ alibi retractat Alexandrum ferentẽ Helenã fuiſſe abductum: & alibi errabundum ſidonem phœniciæ applicuiſſe. Meminit enim huius rei in laudãda uirtute Diomedis: ita uerſibus inquiens Picturata inerãt ubi pallia Opus mulierum Sidonidum: quas Paris formoſas ab urbe Sidonia duxit ſulcans freta lata carinis: Cum rettulit magnis Helenam natalibus ortam. Meminit quoq; in odyſſea his uerſibus: Hoc habuit Ioue nata probum: præſenſq; uenenum: Quod polydãna ſibi thonis donauerat uxor Aegypto quæ

terra ferax fert plurima mixtim. Multa quidē proba: multa aūt damnosa uenena. Hæc quoq; alia ad Thelemachū Menelaus inqt. Hūc & ægypto du me tenuere reuerti Conātē qbus haud tulerā solēnia sacra. In his carminibus Homerus declarat se nosse errorē Alexādri in ægyptū. Est enim syria ægypto contermina: & phœnices quorum sidon est in syria incolunt. Itaq; cū hi uersus: tum uero locus non minimū immo maxime probant cyprios uersus nō Homeri: sed cuiuspiam alterius esse. In quibus dicitur Alexāder ex sparta Helenam ducēs triduo Ilitū peruenisse secūdo uēto usus ac trāqllo mari: cū ī Iliade dicat illū cū Helenam duceret errasse. Sed Homerus & cypriū carmē ualeto. Cæterū nūqd græci uana quæ circa Ilium gesta memorarent nec ne perconctāti mihi sacerdotes ita respōdebāt se nouisse ab ipso Menelao rapta Helena magnas græcoꝝ copias auxilio uenisse: Menelao in regionē teucriā: quæ in terrā egressæ locoq; cōminuto miserūt Ilium legatos: cumq; eis & ipsū Menelaū isse. Hos postq̄ ingressi sunt mœnia: cū Helenā opesq; q̄s Alexāder furto absportasset ī poposcisse: tū iniuriæ satisfactionē. Teucros āt tūc eadē narrasse. Deiñ & iuratos negasse habere se Helenā: atq; opes: de qbus arguerētur: sed ea in ægypto esse oīa: neq; se iure reatum sustinere eaꝝ retū: quas Proteus ægyptius rex teneret. Græcos cum se ab illis deridēri arbitrarētur ita obsediisse Ilium: donec expugnauerūt. Vrbe capta cū Helena nō existeret: & eādem orationem: quā prius audirēt græci ita demū habita prioribus uerbis fide ipsū Menelaū ad Proteū mittūt. Hic ubi ad ægyptum peruenit: & ad memphim nauigauit expositā rei gestæ ueritate honorificētissimo hospitio exceptus: Helenāq; malorū immunē recepit: & insuper oēs pecunias suas. Et cū hæc assecutus esset Menelaus: tñ iniurius in ægyptios extitit. Nam cū proficisci conaretur: nec per uētos posset: idq; iādiu rem īdignam excogitauit. Sūptis enim duobus pueris quorūdam īdigenarū filiis: exectisq; auruspicinā fecit. Quod ubi eū fecisse rescitū ē iuisus & exagitatus fuga abiit ī īsulas aphricæ obiacētes. Eo posteaq̄ se cōtulit nihil amplius quod refertēt ægyptū

habebant. Atq; hoꝝ alia quæ ex hiſtoriis noſſe dicebant: alia apud ipſos geſta uel magis habere cõperta. Hæc aiebãt ægyptioꝝ ſacerdotes. Ego uero ad ea quæ de Helena commemorata ſũt & ipſe adicio hoc coniecturæ ſi ĩtra Iliũ fuiſſet Helena utiq; fuiſſet græcis tradita ſiue uolente Alexandro: ſiue inuito. Neq; enim ita deſipiebat Priamus: aut alii eius propĩq; ut ſuis ac liberoꝝ corporibus: atq; etiã urbe periclitari uellent: quo Alexãder Helenæ cõtubernio potiret. Quod ſi ĩter initia ita ſẽſiſſẽt: nõ tñ id feciſſẽt poſteaq̃ cũ multi alioꝝ troianoꝝ: tũ uero Priami filioꝝ duo: treſue: aut plures perierãt cũ græcis prælĩãtes. Si qd referẽtibus credi uerſificatoribus debet. Quæ cũ cõtingerẽt ego crederĩ Priamũ uel ſi ipſe ĩ cõtubernio habuiſſet Helenã achæis redditurꝝ fuiſſe cupiditate pñtia mala deuitãdi. Neq; uero regnũ ad Alexãdrum erat puẽturꝝ: ut iã ſub eo res eſſẽt ſeniore Priamo: cũ Hector & natu maior: & uirtute præſtãtior q̃ ille ſ̃gnũ eẽt defũcto Priamo ſuſceptus: quẽ haudquaq̃ decebat fratri iniuſte agẽti ĩdulgere: cũ præſertim tanta mala propter eũ: tum priuatim ipſi: tum cæteris troianis oĩbus euenirẽt. Sed qa nec poterãt reddere Helenã: nec ueꝝ dicẽtibus eis græci fidem habebãt: dæmonio (ut quod ſẽtio dicã) diſponẽte: ut fũditus euerſi planũ facerent hoĩbus magnarum iniuriaꝝ magnas a diis eſſe ultiones. Et hæc quidẽ ut mihi uideẽ dicta ſunt.

p Rotei autem regnum dicebãt ſuſcepiſſe Rhapſinitum: qui memoriam ſui reliqt ueſtibula ab occaſu ſpectãtia templum Vulcani: & e regione ueſtibuloꝝ ſtatuit duo ſimulacra quinũ & uicenũ cubitoꝝ lõgitudinis: quoꝝ quod aquilonẽ ſpectat id æſtatẽ: quod auſtrũ id hyemẽ ægyptii uocant præpoſtere faciẽtes. Huic regi ingẽtẽ & pecuniaꝝ uim fuiſſe: quam nemo regũ qui deinceps ſcripti ſunt ſuperare potuerit: ac ne proxime quidẽ accederẽ: & cũ in tuto eã pecuniã collocare uellet: ædificiũ extruxiſſe lapideũ: cuius parietũ unus ĩ exteriorem ædium partẽ pertingebat: ſed ſtructorẽ inſidiantẽ hoc fuiſſe machinatũ. Is unũ e lapidibus ita ſtruxit: ut e pariete facile tolli a duobus uiris: atque adeo ab uno poſſet.

Aedificio abſoluto regem in eo pecuniã repoſuiſſe. Interiecto tempore ſtructorẽ illũ cũ eſſet uita exceſſurus uocaſſe ad ſe filios. Nam duos huic fuiſſe: eiſq; narraſſe ſe illis proſpiciẽtẽ ut affluenter uitam degerent aſtute ædificaſſe regis ærarium. Deniq; omnia illis expoſuiſſe plane: menſuraſq; ad lapidem amouendum docuiſſe: ac tradidiſſe: quæ filii obſeruantes regii ærarii quæſtores forent. Patre uita functo haud in lõgũ filios rem diſtuliſſe. Noctu enim ad regiam accedentes lapidẽ ædificii inuẽtum nullo negocio amouiſſe: multumq; pecuniæ expilaſſe. Cum autem rex forte fuiſſet ædificium ĩgreſſus: uideretque uaſa nummorum imminuta obſtupuiſſe: nec habuiſſe quem inſimularet: cum & ſigna ſalua: & ædificium obſeratum eſſet. Vbi iterum a tertio aperienti minor aſſidue pecunia apparebat hoc feciſſe ne fures cum furto abirent. Laqueos faciendos curaſſe: & eos circa uaſa: in quibus pecuiæ inerant collocaſſe. Fures quemadmodum ſuperiori tempore cum ueniſſẽt: & alter eorum penetrans ad uas recta perrexiſſet: eum fuiſſe laqueo retentum: & ubi aguouit quo ĩ malo eſſet protinus fratrem uocaſſe: & præſentis conditionis ſuæ certiorem feciſſe: iuſſiſſeq; ut q̃celerrime ĩtrogreſſus ſibi caput abſcinderet: ne ipſe conſpectus agnituſq; quis eſſet & illum una perderet: qui cum uiſus eſſet probe dicere fratrem ei obſequentẽ ita feciſſe: & adaptato lapide domum abiſſe fratris caput aſportantem. Vbi dies illuxit ingreſſum in ædificium regem expauiſſe cernentem corpus furis in laqueo ſine capite: & ædificium incorruptum: nullumq; neq; ingreſſum: neq; egreſſum habens. Ita abiſſe: atq; ita faciendum ſtatuiſſe ut furis cadauer e muro ſuſpenderet: cuſtodeſque illic appoſuiſſe iuſſos ut ſi quem plorantem aut miſerantẽ animaduertiſſẽt: eum ad ſe perducerent. Suſpenſo cadauere matrem indigne tuliſſe: allocutamq; filium qui ſupererat imperaſſe ut quacũq; ratione machinari poſſet corpus fratris reſolueret: aſportaretq;. Id ſi negligeret minatam ſe regem eſſe adituram ad eum indicandum q̃ pecunias regias haberet. Aduerſus hanc cũ filius multa uerba faceret: nec pſuaderet q̃ illa rẽ grauiter

accipiebat eum talē rem fuiſſe cōmētum. Inſtratis aſinis utres uino cōpletos īpoſuiſſe: & poſtq̄ agēdo aſinos iuxta cuſtodes fuit ante ſuſpēſū cadauer reuulſis ligaculis duos treſue pedes reſoluiſſe: & cū uinū proflueret: tū caput cædentem uehemēter uociferatum tāntq̄ neſciētē ad utrum prius aſinos ſe conuerteret. Cuſtodes cum multū uini profluere uiderēt concurriſſe cum uaſis in uiam: & id quod proflueret lucrifacientes cōportare. Iſto ſimulata iracūdia oībus maledicēte: aliquantoque poſt illis conſolātibus hūc finxiſſe ſe mitigatum: & ab iracūdo deſiſſe. Tādem ſeduxiſſe e uia aſinos: atq; inſtruxiſſe: & cū plura uerba inter eos fierent: & quidā faceto dicto hoīem laceſſeret: ut riſū eliceret: donaſſe illis uinum ex utribus: Atq; eos illic ut erant diſcūbentes potare cōſtituiſſe: prehenſantes hominem ac iubentes ut ſecū ad cōpotādū maneret. Atq; iſtū obſecutū remāſiſſe: & cum inter potādū comiter acciperetur: donaſſe inſuper alteri utrē. Ita ſe uino ingurgitātes cuſtodes admodū temulētos eſſe factos: ſōnoq; oppreſſos: ibidē ubi potauerāt obdormiſſe. Iſtū ubi multū noctis erat: tūc corpus fratris diſſoluiſſe: & cuſtodū malas dexteras ī cōtumeliā deraſiſſe: & aſinos īpoſito cadauere domū uerſus agitaſſe: executumq; imperia mīris. Regē ubi ei renunciatū eſt furē cadauer ſurripuiſſe acerbe tuliſſe: & cū uellet quoquomō īuenīr qſnā eēt iſta machinatus hoc afeciſſe quod apud me caret fide. Filiā ſuā domi pſtituiſſe iuſſā oēs īdifferēter excipeī: ſed priuſq̄ coirent adigere ad ſibi dicēdū quidnā in uita eſſet actum a ſe ſolertiſſimū ac ſceleſtiſſimū: & qui narraret quæ circa furem acta eſſent eum comprehenderet: neq; exire permitteret. Cūq; itaq; filia patris imperia faceret: furē q̄ audiſſet q̄obrem iſta fierēt cupientē euadere uerſutiā regis hoc egiſſe. Recētis mortui amputatā ex humero manū ſub pallio ferentem iſſe: atq; ingreſſum ad filiam regis cum interrogatus eſſet eademq; cæteri enarraſſe rem ſe ſceleſtiſſmā perpetraſſe: q̄ fratris in ærario regis laqueo capti caput amputaſſet. Solertiſſimam autē q̄ cadauer fratris ſuſpenſū reſoluiſſet cuſtodibus prius ebriis factis. Illā cū hæc audiſſet manū in hūc inieciſſe: eiq; furem in

tenebris manū mortui porrexiſſe: quā mulier cū apprehēdiſ-
ſet manū ſe huius iſtius teneſ rata: iſtū per fores ſe pripuiſſe
muliere deluſa. Poſtq; & hæc renunciata ſūt regi ſtuporē icuſ-
ſiſſe: tum aſtutiam: tū audaciā hoīs. Ad extremū dimiſſis p
oēs urbes nunciis regē edixiſſe non modo ueniā: ſed & magna
munera manere furē ſi in cōſpectū ipſius ueniret. Ita furem
fide habita ad eū uēiſſe: eiq; Rhampſinitū magna uiri admi-
ratione ductū filiā ſuam collocaſſe tanq; ex oībus mortalibus
plurima ſcienti. Nam ægyptios quidē cæteris hūc aūt ægyptiis
antecellere. Poſt hæc aiebant regē hūc deſcēdiſſe uiuum ſub
terram: eo ubi græci opinantur ſedes infernas eſſe: & ibi cum
Cerere alea luſiſſe: & aliqñ uictorē: aliqñ uictū fuiſſe: & ſurſū
iteq; fuiſſe reuerſū: munus ab ea obtinēte mātile aureū: quod
tēpus a Rhampſiniti deſcēſu ad reditū dicebāt feriatum eſſe
apud ægyptios: Idq; ego ad meam memoriā ſcio obſeruatū.
Veq; an ob id ſic feriati ſint ægyptii aſſerere nō poſſū: ſed ſa-
cerdotes palliū quoddā quod intra unū diē detexueſt uni ex
ſuis induere: & oculos mitra obducere: quem geſtātē pallium
ubi in uiam deduxeſt: quæ fert ad Cereris tēplū ipſos rediſ illo
relicto. Hunc aūt ſacerdotē oculos uelatū habētē aiunt a ge-
minis lupis agi ad Cereris tēplū; quod ab urbe uiginti ſtadia
abeſt: & rurſus a tēplo in eūdē locum a lupis reduci. Quæ ab
ægyptiis referūt cuicūq; credibilia uidētur is eis utatur. Mihi
aut tē in oī ſermone cōſtitutū ē ea ſcribeſ quæ auditu cognoui.
Inferorū principatū tenere Cererē & Libeq; ægyptii aiunt. Hi
deniq; primi extiteſt qui dicerēt aīam hoīs eſſe immortalem:
quæ de mortuo corpore ſubinde in aliud atq; aliud corpus:
ut quoq; gigneretur immigraret: atq; ubi per omnia ſe circun-
tuliſſet: Terreſtria marina: uolucria rurſus in aliquod genitū
hominis corpus introiret: atq; hunc ab ea circuitum fieri intra
annorum tria milia. Hanc orationem ſunt e græcis qui uſur-
pauerīt tāq; ſuam ipſorum: Alii prius: alii poſterius. Quorum
ego nomina ſciens non duco ſcribenda. Ad Rhampſinitum
uſq; regem aiebant in ægypto uiguiſſe ſane ius omne. Poſt
hūc aūt qui in regno ſucceſſit Cheopē in omne flagitiū fuiſſe

prolapſum. Omnibus nāq; eū templis obſeratis ante omnia ægyptiis ne ſacrificarēt interdixiſſe. Deinde iuſſiſſe ut in ſuis ipſius operibus exercerētur: Aliis ut ex lapidicinis arabici mōtis ſaxa exciperēt: & illīc ad nilū uſq; ptraherēt: Aliis ut tranſmiſſo fluīe illa acciperēt: & ad montem: qui dicitur aphricus traherēt. Faciebāt aūt opus circiter decē myriades: ideſt centū milia hoīum temis ſēper mēſibus ſingulæ. In ea uia populus dū trahēdis ſaxis atteriť: decēne tēpus triuit: quod nō multo minoris operis mihi uideť: q̄ pyramidē extruxiſſe: cuius lōgitudo eſt quinq; ſtadioꝝ: Latitudo decem paſſuum: Altitudo ubi maxima eſt octo paſſuū: Lapide polito & aīalibus īſculpto. In hac decem annos fuiſſe conſūptos: & in ſubterraneis ædibus in tumulo: ſupra quē pyramides ſtant: quas fecit ſibi pro ſepulcro in inſula ītromiſſo per foſſā nilo. Verum in pyramide hac annos uiginti abſumptos: cuius ſingulæ frontes. (Nam eſt formæquadratæ) ſūt octogenū ingeꝝ pari altitudīe ſaxis dolatis: decētiſſimeq; coagmētatis: quoꝝ nullū ē minus triginta pedum. Eſt autē extructa hæc pyramis in ſpeciem graduum quas quidā ſcalas: quidā arulas uocāt. Poſteaq̄ eā principio talē fecerant: attollebant reliquos lapides breuibus machinis e ligno factis ex humo in primum ordinem gradatī leuantes: Vbi ſuper hunc gradum lapis erat: ſuper alterā machinā imponebatur: quæ in ipſo primo gradu ſtabat. Ab hoc deinde in alterum ordinem trahebatur ſuper alteram machinam. Nam quot ordines graduum totidem machinæ erant: ſiue eandem machinam: quæ una & facilis ad ferendum eſſent tranſferebant ad ſingulos ordines. Quotiens ſaxū amouebantur dictum ſit a nobis de utroq; quemadmodū referť. Effecta ſunt igitur ita prima quæq; ex pyramide ut erant altiſſima. Deinde gradatim ſequentia: nouiſſime uero quæ ſolo ſunt iuncta ex infima. In ipſa pyramide litteræ ægyptiacæ ſcriptæ indicant quātum ſit erogatum in operarios pro apiocepis: & alliis: quod interpres earum litterarum: ut probe reminiſcor aiebat in ſūma mille & ſexcēta talēta pecuniæ eſſe. Quod ſi ita ſe habet: q̄tū in alia credibile eſt fuiſſe cōſūptū:

finitus⁹ q̄ non id faceret quod deberet. Oportere enī ægyptū centum quinquaginta annis affligi: idq; duos qui ante eum fuissent reges didicisse: Ipsum uero nequaq̄. Hæc ubi accepit Mycerinus se iā numinibus dānatū lucernas fecisse permultas: quibus cum noctescēret accēsis potaret ac se oblectaret: neq; diu neq; noctu ītermittēs quin p paludes: pq; nemora uagaret: utq; audiretur iuuenilibus ī rebus studiosissīe uersari. Hæc iccirco excogitauit q̄ uellet oraculū cōuīcere mēdacii: ut duodecī pro sex fierēt āni diebus factis ex noctibus. Pyramidē & hic reliqt longe minorē paterna uicenis pedibus ex oī parte (Nā ē quadrāgularis) breuioréq; triū iuger⁹ ad medium usq; æthiopico ex lapide. Hāc qdā græco⁹ uolūt eē Rhodopis mulieris prostantis nō recte sētiētes: q ne nosse qdē uidētur quænā fuerit Rhodopis: de qua loquūt. Neq; n. talē pyramidē illa sibi facere destinasset: In qua talēto⁹ ifinita ut sic dicā milia cōsūpta sunt. Ad hæc nō istius sed Amasis regis tēporibus Rhodopis floruit. Multis enim post hos reges annis qui istas pyramides reliquerī Rhodopis extitit genere thracia ācilla Iadmonis samii ex urbe Vulcāi cōserua Aesopi fabular⁹ scriptoris. Nā & hic Iadmonis fuit: postq̄ is huic mulierī ñ minimū cordi fuit: Siqdē cū sæpenumero delphi ex oraculo ꝓnūciarēt: si qs sumere pœnas uellet aīæ Aesopi: alius nullus extitit qui sumere uellet nisi Iadmōis ex filio nepos alius Iadmō. Ita & Aesopus Iadmonis fuit. Rhodopis aūt ī ægyptū abiit portata a Xāntheo samio ꝓfecta illuc ad quæstum faciēdum: magna pecūia fuit redempta a Charaxo uiro mitylenæo Scamādronymi filio Sapphus poematū cōditricis frē. Hūc ī modū Rhodopis libertatē nacta ē: & ī ægypto remānsit: gratioſaq; uehemēter effecta ingentes opes cōparauit: quæ Rhodopem trānscēderēt: nō quæ ad talē pyramidē faciēdā ascēderēt. Ex q̄⁹ opū decima ꝓ te cuicūq; & hoc uolēti cognoscere licet nō magnā ab illa pecuniā fuisse repositā. Nā cū optaret memoriam sui ī græcia relīquere: fecit opus: quod ab alio excogitatū non esset neq; donatū: idq; dōauit ī tēplo delphico monumētū sui. Edecīa. n. suar⁹ opū tot e ferro uerua ad boues torrēdos fecit:

ad quot facienda ſufficeret decima ipſa :quã delphos miſit : quæ nũc quoq; poſita ſunt e regione templi poſt aram : quã chii donauerũt .Gaudent autem quodam modo ĩ naucrate ꝓſtribula fieri gratioſa. Nam hæc de qua mẽtio habetur adeo nobilitata eſt fama:ut nemo non græcoꝝ edidicerit Rhodopis noĩn .Alterius quoq; quæ poſterior fuit noĩe Archidice fama per græciam celebris extitit :ſed minus q̃ prioris:cuius amore Charaxus ĩſaniẽs mitylenẽ rdiit:ut meminit Sappho cõuiciis eum ĩſectata .Et de Rhodope quidem hactenus. Poſt Mycerinum autem ægypti regem dicebant ſacerdotes Aſychin:eũq; feciſſe Vulcano porticum ad Solem orientem longe pulcherrimam :longeq; maximam .Habere enim ubiq; cum figuras inſculptas :tum aliam infinitam ædificiorum ſpeciem . Illud uero multo maximum ab hoc rege fuiſſe factum: Vt cum ueheñter laboraretur ex ære alieno legẽ hãc ægyptiis ꝓmulgarit: ut ita demum quis pecuniam mutuo acciperet ſi cadauer pris pignori traderet :Idq; ad hanc legẽ adieciſſe ut penes creditorẽ eſſet poteſtas omnis ſepulcri debitoris: utque hæc irrogaretur mulcta pignus deponenti :cui ſi diſſoluere æs alienum recuſaret:fas non eſſet ſepeliri :aut in paterno : aut ullo in alio ſepulcro :ac ne alium quidem ex ſeipſo progenitorum ſepulturæ mandare. Hunc præterea ꝛgem ſuperiores antecellendi cupidum reliquiſſe memoriam ſui pyramidem latericiã inciſis in lapide litteris in hæc uerba ne me lapideis pyramidibus congreges:quæ tantum illis præcello quantum Iuppiter cæteris diis . Nam fundum lacus conto uerberantes : quod luti conto adhæreſcebat : Id colligentes me compoſuerũt: & in talem menſuram redegerunt . Atque id demum hunc operis hunc regem edidiſſe . Poſt hunc regnaſſe cæcum quendam ex urbe anyſi nomine Anyſim : atque eo regnante excurriſſe in ægyptum magna cum manu æthiopum Sabacum regem : & cum cæcus hic fuga ſe in paluſtria prompuiſſet : illum regnaſſe in ægypto quinquagĩta per annos:Idq; intra tẽpus iſta edidiſſe. Quotiens ægyptiorũ quiſpiã aliquid deliquiſſet :neminem uoluiſſe morte afficeri:

ſed pro ſui quenq; delicti magnitudine damnare ad agendam certam menſuram aggerum ad urbem. Vnde quiſq; īcolētiū erat: atq; ita urbes ſunt: ſūt & ſublimiores effectæ. Nā primū humus aggeſta fuerat ab his qui ſub rege Seſoſtre riuos effoderāt: iterum ſub rege Aethiope ualde ſūt urbes factæ excelſæ cū cæteræ quæ in ægypto ſunt: tum uero (ut mihi uidetur) bubaſtis urbs ibi præcipue terra exaggerata: In qua urbe tēplum eſt Bubaſtis: quæ noſtra lingua dicitur Diana omnium maxīe memorabile: quo & ſi alia ſūt tum grandiora: tum ſūptuoſiora: nullum tamen eſt aſpectu iocūdius. Id ita ſe habet. cætera præter acceſſum inſula eſt: cuius ad ingreſſum uſq; duo e nilo fluenta uicina currunt: nec confluunt. Hinc atque illinc præterfluentia centenum utrunq; pedum latitudinis arboribus inumbrata. Eius ueſtibulum decem paſſibus ſublime ē. Figuras ſenum cubitorū ad ornatum. Id templum in media urbe ſitum undiq; circumeuntium oculis ſubiicitur. Nam cū urbs ſit aggeſtu terræ ſublimis: templum quemadmodum a prīcipio conditum: nec loco motum pro ſpeculo eſt: illud maceria figuris exculpta. Interius delubrum ingenti proceriſſimis arboribus manu conſitis luco ambiēte: In quo delubro ſtatua ē. Lōgitudo templi quoquo uerſus unius eſt ſtadii: ab eius ingreſſu uia per forum orientem uerſus: quæ fert ad Mercurii templum tria circiter ſtadia longitudinis: & quattuor iugerū latitudinis ſtrata lapide eſt: Vtrinq; arboribus manu cōſitis ī cælum euntibus. Atque hunc quidem in modum templum habet. Verum ſe ita ad extremum liberatos æthiope referebant: q; ille per quietem oblata ſibi uiſione fugæ ſe mandauerit. Viſus eſt ſibi uidere quendam aſtantem: qui ſuaderet ipſi: ut congregatos cunctos ægypti ſacerdotes incideret medios. Hac eum uiſione conſpecta dixiſſe uideri ſibi deos demonſtrare cauſam ut piaculo ē ſacra commiſſo aliq̄d cladis aut a diis: aut ab hominibus acciperet: ſe uero nequaq̄ iſta factuꝝ: ſed abiturum: quoniā exceſſiſſet iam tēpus q; ipſi a diis uaticinatum eſſet quouſque foret in ægypto regnaturus. Etenim cū in æthiopia ageret oraculis: quibus utūt æthiopes:

ſpōderat deus fore ut is ī ægypto q̄nquagīta ſignaret annos. Id temptus cum exceſſiſſet: & uiſo inſomnii perturbatus eſſet: ſabacas ultro ex ægypto cōceſſit. Eo profecto ex ægypto rurſus cæcū e paluſtribus egreſſū accepiſſe īperiū: ubi q̄nquagīta annos hītās īſulā cinere atq; humo exaggerauit. Nā ut q̄que ægyptioꝝ iuſſus illuc ibat portās frumētū: ei mādabat: ut clā æthiope ad ſe dono & cinerē ferret. Hanc inſulā nemo ante Amyrtæū iueſtigare potuit: ſed ſeptīgētis & amplius ānis ſuperiores Amyrtæo reges nequierīt eā īuenire: cui īſulæ nomen eſt elbo decē oīo ſtadioꝝ magnitudīs. Poſt hūc ſignaſſe ſacerdoté Vulcani noīe Sethō: eūq; bellatoribus ægyptiis abuſum fuiſſe cōtēptui habēs tāq̄ ſibi nō oppottunos: & cū aliis ignominiis affeciſſe: tū uero agris exuiſſe: q̄bus fuerāt a ſupioribus regibus ſinguli donati duodenis. Ex quo factū ē ut cū poſtea Sanacharibus arabū aſſyrioꝝq; rex cū magnis copiis īuaſiſſet ægyptū noluerīt ei opītulari. Tūc ſacerdotē cōſilii inopē in cœnaculū ſe cōtuliſſe: ibīq; apud ſimulacꝝ cōploraſſe q̄ta pati periclitaret: eiq; īter lamentatōem obrepſiſſe ſōnū: & īter q̄tē uiſum aſtare deum exhortātem nihil eum moleſti paſſurum: ſi copiis arabum obuiam iret: ſe enim auxiliarios ei miſſurū. His inſomniis fretum ſacerdotem ſumptis ægyptiorum his qui ſecum uellent caſtra in peluſio poſuiſſe. Hac enim ægyptus inuaditur: nec eum fuiſſe quemptam bellatorem ſecutū: ſed inſtitores: & operarios: & forenſes homines: & cum peruenīſſent noctu effuſam ipſis hoſtibus uim agreſtium murū: qui illorum tum pharetras. tum arcus: tum ſcutorum abenas abederunt. Ita ut poſtera die hoſtes armis exuti fugam fecerint multis amiſſis. Eoque nunc iſte rex in templo Vulcani lapideus ſtat manu murem tenens: atque hæc per litteras dicens. In me quis intuēs pius eſto. Ad hūc uſq; narratōis locū & ægyptii & ſacerdotes referebāt demōſtrātes a prīo rege ad Vulcāi ſacerdotē hūc qui poſtrēus ſignauit ꝓgēies hoīum fuiſſe trecētas q̄dragīta unā: & totidē īterea pōtifices totidēq; reges tricētæ progenies idem quod decē milia annorū pollēt. Nā tres uiroꝝ progenies centum anni ſunt. Ex quibus una

& quadragīta: quæ reliquæ ſunt ultra trecẽtas ſunt āni mille trecẽti quadragīta. Ita intra decẽ milia trecẽtoſq; & q̃dragīta annos negabāt ullū deum forma humana extitiſſe: ac ne in regibus quidẽ ægypti: qui aut prius: aut poſterius extiterint: aliquid tale dicebant fuiſſe: ſed intra hoc tẽpus quater Solem præter cõſuetudinẽ fuiſſe ortū. Bis quidẽ illīc exortū ubi nũc occidit: bis āt unde nũc oritur illic occidiſſe: nec tamẽ ſub hæc aliqd in ægypto eſſe īmutatū nõ ea quæ e terra: nõ ea quæ e fluīe ipſis ꝓueniũt: nõ ea quæ circa morbos: aut quæ circa mortes eueniũt. Atq; ãte Hecatæũ ſermonũ ſcriptorem apud thebas originẽ generis ſui recẽſẽtẽ ac ꝓgenitores familiæ ſuæ repetẽtẽ ad ſextũdecimũ deũ ſacerdotes Iouis tale qddã fecerant: & mihi nõ recẽſẽti originẽ familiæ meæ introducto in quoddã grãde cœnaculũ enumẽrãdo demõſtrabãt tot e ligno coloſſos quot dixi. Ibi nãq; ſtabãt põtifices ſub imagine uitæ: qua quiſq; uixerat. Enumerãtes itaq; ſacerdotes oſtendebant mihi unũquẽq; eoꝝ eẽ filium ꝓxime defũcti ſacerdotis: imagines eorũ ſĩgulas gradatī pcẽſẽdo: donec oẽs expoſuerĩt: atq; Hecatæo originẽ ſuam recẽſenti: & ad ſextũdecimum deum referenti occurrebãt e diuerſo ꝓgeniẽ recẽſentes: & in enumeratione nõ admittẽtes id quod ab illo diceretur hominẽ progenerari e deo. Occurrebant aũt in repetenda progenie hũc in modũ q; dicerent unicuiq; coloſſoꝝ fuiſſe Piromin ex Piromi genitũ: donec trecentos quadraginta quinq; cõmemorarent. Piromin aſſidue ex Piromi procreatum: non referentes ad deum illos aut ad heroa. Eſt autẽ Piromis græca lĩgua expoſitũ καλὸσ κἀγαθὸσ: ideſt honeſtus & bonus. Eos itaq; quorũ imagines erant demonſtrabant tales omnes extitiſſe: ſed multum a diis diſtantes: priores tamen his uiris fuiſſe deos ī ægypto principes una cum hominibus habitantes: & eorum ſemper unum extitiſſe dominatorem: & poſtremum illic regnaſſe Orum Oſiris filium: quẽ græci Apolliné noĩnãt. Hũc poſtq̃ extĩxit Typhonẽ rĝnaſſe ī ægypto poſtremũ. Oſiris græca lĩgua eſt Dionyſus: ideſt Liber. Atq; apud græcos nouiſſimi deoꝝ eẽ cẽſẽt Hercules: Dionyſus: & Pã. At apud ægyptios Pã

uetuſtiſſimus eſt & ex octo diis :qui primi dicũtur: Hercules ex his qui duodecim:Dionyſus ex his qui tertii uocantur ab illis duodecĩ ꝓcreati. Ab Hercule aũt quãtũ annoꝝ ad Amaſĩ regẽ eſſe ipſi ægyptii aiunt :ſuperius a me patefactũ ẽ .A Pane uero plus annoꝝ eſſe dicitur:minimũ inter hos a Dionyſo: q̃q̃ ab hoc ad Amaſĩ regẽ quindecĩ milia ãnoꝝ ſupputãt. Et hæc ægyptii ꝓ cõpertis aſſeuerãt:ſeq; ſcĩr aſſidue ſupputando: ſéperq; annos deſcribẽdo . Igitur a Dionyſo quidẽ:qui ex Semele Cadmi genitus fertur ad meã ætatẽ ſũt ãni ferme mille ſexcẽti. Ab Hercule uero Alcumẽæ filio ferme nõgẽti. A Pane aũt Penelopes .Ex hac enĩ & Mercurio Pan genitus dicitur a græcis minus annoꝝ ẽ q̃ a bello troiano octingenti fere ad me anni. Vtꝝ horꝝ probabilius ſibi uidet eo qſq; utat licet. Mihi aũt de his recepta opinio probat. Nã ſi & iſti in græcia cũ celebres fuiſſẽt: tũ ſéuiſſẽt quẽadmodũ Hercules ex Amphitryõe genitus:& Dionyſus ex Semele:& Pan ex Penelope natus:diciſſet aliqs & hos alios hẽre illoꝝ deoꝝ noĩa :qui prius geniti fuerant .Nunc græci aiunt Dionyſum ſtatim editum ab Ioue inſutum in femore :portatumq; in nyſam :quæ eſt ſuper ægyptum in æthiopia .De Pane ne habẽt quidẽ quod dicant ubinam a partu ſit educatus. Ex quo fit mihi manifeſtũ græcos audiuiſſe poſterius horum q̃ aliorum deorum nomina:& ex eo tempore illorum progeniem recenſuiſſe : quo primum eos audierant:atq; hæc quidem ægyptii aiunt. Quæ uero cæteri homines cum ægyptiis conſentientes memorant ĩ hac regione fuiſſe geſta:hæc iam explicabo aliquid etiam his : quæ ego uidi conferentibus .Poſt Vulcani ſacerdotem regem ſuum ægyptii libertatem adepti duodecim ſibi reges (Nullo enĩ tẽporis momẽto poterãt ſine rege uiuere)deligunt ĩ totidẽ ptes oẽm ægyptũ diſtinguẽtes. Iſti iunctis ĩter ſe affinitatibus regnabãt pactionibus initis:ne mutuo auferr ĩperiũ conarẽt: neue quis plus alio q̃ppiã optinere quæreret:ſed ut eẽnt inter ſe q̃amiciſſimi. Atq; ea de cauſa has pactiones arctas :accuratiſq; inierunt ꝓ eis inter initia ſimul atq; tyrãnides ĩuaſerĩt reſponſum fuerat qui in tẽplo Vulcani ærea phiala libaſſet:eũ

totius ægypti regno potitur. Vbi oĩa ſacra executi ſũt: placitũ eſt eis aliquod relinquere ſui cõe monumentũ: ex eoq; placito fecerũt labyrĩthũ paulo ſupra ſtagnũ myrios maxime urbem uerſus quæ dicitur crocodilo: quẽ ego aſpexi fama maiorẽ. Si quis enim ex græco narratione muros & operis ſpeciem ratiocinetur: minus concipiet q̃ pro labore & ſumptu huius labyrinthi. Tametſi & epheſi tẽplum eſt memoratu dignum & in ſamo: tamẽ pyramides erant ad narrãdũ maiores: quæ ſingulæ multis ac magnis operibus græcis æquiparãdæ ſunt. Sed eas quoq; labyrinthus antecellit. Etenim duodecim eius aulæ ſunt tecto opertæ: portis oppoſitis altrinſecus: ſed ad aquilonẽ cõtiguæ totidẽ ad auſtrũ uergẽtes eodem extrinſecus muro præcluſæ. Bifaria in eo ſunt domicilia: una ſubterranea: altera ſupiora illis ĩpoſita: utraq; numero tria milia qngẽta. Quorũ ea qdẽ quæ ſupiora ſunt ipſi uidimus: & quæ aſpeximus enarramus. Subterranea uero auditu didicimus. Nã præpoſiti ægyptiorũ nolebãt ullo pacto illa monſtrari: q̃ dicerẽt illic ſepulcra eſſe: tũ eorum regum qui ædificãdi labyrinthi fuere auctores: tum ſacrorũ crocodilorũ. Ita de inferioribus ædificiis fãdo cognita referimus. Superiora ipſi aſpeximus humanis operibus maiora. Nã egreſſus per tecta: & regreſſus p aulas diuerſiſſimi ĩfinita me admiratione afficiebãt. Ex aula in cõclauia trãſiẽ: ex cõclauibus ĩ cubicula: e cubiculis in ſolaria alia: e conclauibus ĩ alias aulas. Horũ oĩum lacunar quemadmodũ parietes lapideũ ẽ ſculptilibus paſſim figuris ornatũ. Singulæ aulæ maxima ex pte diggeſto lapide albi columnarũ ambitu redimitæ. Angulo quo finitur labyrinthus adhæret pyramis q̃dragĩta paſſuũ: in qua grandia ſunt ĩſculpta animalia: ad quam iter ſub terra fit. Et cum talis ſit labyrinthus: tamen ſtagnum myrios: ad quam labyrinthus ædificatus eſt plus præbet admirationis. Cuius ĩ circuitu mẽſura trium milium & ſexcentorum ſtadiorum eſt ſchœnorum ſexaginta: quanta uidelicet ipſius ægypti ad mare menſura eſt. Iacet autem ſtagnum longo ſitu aquilonem uerſus auſtrũq;. Altitudine ubi eius profundiſſimũ eſt quinquaginta

passuum. Quod aũt manu facta sit ac depressa: indicat ꝙ in eius ferme medio stãt duæ pyramides qnquaginta passus ab aqua extãtes: altero tãto ædificii aquis tecto. Sup quaꝝ utraq; lapideus est colossus in solio sedens. Ita pyramides sũt cẽtum passuũ. Cẽtũ aũt iusti passus sũt stadiũ unũ sex iugeꝝ. Passus inq̃ mẽsuræ sex pedũ siue quattuor cubitoꝝ: pedes autẽ quattuor palmoꝝ: cubiti uero sex palmorum. Aqua stagni natiua non est utpote solo illo admodũ arido: sed e nilo deriuata: sex mẽsibus ĩ stagnũ fluẽs. Totidẽ retro ĩ nilũ refluens: illiſq; sex mẽsibus quibus effluit augẽs regiũ fiscũ talẽtis argẽti sigulis ĩ sigulos dies prouẽtu pisciũ cũ ĩfluit uigĩti mnis. Hoc stagnũ dicebãt ĩdigenæ euadere in syrtĩ aphricæ perforato sub terrã meatu ĩ mediterranea hesperã uersus secundum monte mẽphi ĩminẽtẽ. Veꝝ cũ humũ e lacu egestã nusq̃ uiderẽ (Hoc enĩ mihi ĩdagar curæ erat) percõctabar ꝓximos accolaꝝ ubinã esset humus illinc defossa. Illi dicere fuisse deportatã facile id mihi ꝓsuadẽtes. Quippe q similе qddã factum esse apud ninum urbẽ assyriorum auditu cognouerã. Siqdẽ fures qddã magnã uĩ pecuniæ Sardanapali: qui nini rex erat in thesauris superterraneis abstrusam compilare cum constituissent a suis domibus fodere exorsi sunt: dimensi uiam sub terra ad regias ædes: eamq; humum e cuniculis effossam ubi nox aderat in flumen tygrim: qui ninum prætерfluit exportabãt: donec id quod optabant perfecere. Eodem modo audiui in ægypto hanc alteram fuisse factam lacunam: prætерq̃ ꝙ non noctu hæc: sed interdiu est facta. Aegyptios enim humum quam effodiebant in nilum extulisse: quam ille acceptam dissiparet. Et hic quidem lacus ita fertur fuisse depressus. Duodecim autem reges cum iuste degerent: ac stato tempore in templo Vulcani sacrificassent: & ultimo die festo libaturi essent: porrexit eis pontifex aureas phialas: quibus libare consueuerant: aberrans numero duodecim uidelicet uiris undecim phialas: Ibi Psammieticus qui postremus eorum stabat cũ ñ haberet phialã detractã sibi æreã galeã tenuit: libauitq;. Ferebãt autẽ & cæteri oẽs reges: & tunc quoq; gestabãt galeas.

Nec dolo malo Pſãmieticus galeã tenuit. Cæteri tñ id cõſulto factũ eſſe a Pſãmietico exiſtimantes :& in memoriam redeũtes oraculũ ipſis eſſe redditũ :qui ærea in phiala libaſſet eum ſolũ regẽ ægypti futurũ non cẽſuerẽt æquũ eſſe Pſãmieticum morte mulctari. poſtq; rimãdo cõpererũt nõ id illũ feciſſe de induſtria: ſed maxima potẽtiæ ſuæ parte exutũ ĩ paluſtria relegãdũ :ne illinc egreſſus cæteræ ægypto ſe immiſceret. Hunc Pſãmieticũ cũ Sabacũ æthiopẽ qui patrẽ eius Neco ĩtereme rat fugiſſet in ſyriã: poſt hĩtũ æthiopis ex ĩſõnii uiſione reduxerunt hi ægyptii qui ſunt e tribu ſaitana. Deinde cũ regnaret una cũ undecim r̃gibus contigit ei ut fugeret iteꝝ ꝓpter galeã ĩ paludes. Igitur ĩtelligẽs q̃ ignominioſe tractatus ab illis cẽt: ſtatuit ultũ ire eos q ipſum perſecuti fuiſſẽt. Sed ex oraculo Latonæ: quod in urbe buti apud ægyptios ueraciſſimũ eſt: ad quod ipſe miſe rat: redditũ eſt reſpõſũ affuturã ultionẽ ei e mari uiris æreis exiſtẽtibus. Quod reſponſum ei magnã ĩcredulitatẽ effudit uiros æreos fore auxiliarios. Nõ lõgo tẽpore ĩteriecto iones quoſdam & cares prædandi gratia nauigantes neceſſitas compulit applicare ad ægyptum. hi cum in terram exiſſent ferro armati: ægyptiorum quidã nuntium fert Pſãmietico ad paludes. & quia nunq̃ uiderat aliquos ære armatos ait egreſſos e mari æreos uiros campeſtria populari. Ille agnoſcens oraculũ eſſe perfectum amicitiam cum ionibus & caribus facit :eoſq; magnis pollicitationibus hortatur ad ſecũ manendum. Vbi perſuaſit ita demum una cum his ægyptus qui ſecum ſentiebant: cumq; auxiliariis reges ſuſtulit. Omni potitus ægypto fecit ĩ mẽphi tũ Vulcano ueſtibula ad uentũ auſtꝝ uergẽtia: tũ e regione ueſtibuloꝝ aulã Api: ĩ qua cũ apparuit Apis educat undiq; colũnis cinctã: ac figuris refertã: In q̃ aula loco ſtant colũnaꝝ coloſſi: duodenũ cubitoꝝ. Apis ãt græca lingua Epaphus ẽ. His ionibus caribuſq;: quibus fuerat uſus adiutoribus Pſãmieticus dedit ad hĩtãdũ poſita altrinſecus prædia nilo medio dirẽpta: qbus nom̃ ĩpoĩtũ ẽ caſtra. Et cũ hæc eis loca dedit: tũ uero cæta quæ fuerat pollicitus ĩpñtauit pueros. Quĩ & ægyptios cõmiſit lĩgua græca ĩbuẽdos: a qbus

lĩguam græcam edoctis oriũdi qui nũc ĩ ægypto interpretes ſũt. Incoluerẽt autem iones & cares diu hæc loca cõtra mare aliquantulum ſupra urbem bubaſti ad oſtium nili: quod dicit peluſiacum ſita. Vñ poſtea Amaſis rex memphim trãſtulit ĩ ſui tutelam aduerſus ægyptios. Poſt ſedes ab iſtis in ægypto collocatas ita græci cũ illis commercium habuerũt: & nos res ĩ ægypto geſtas a Pſammieticho rege exorſi: & quæ deĩceps extiterũt oĩa ſine ambiguitate nota habemus. Hi enim primi ægyptum qui diuerſæ lĩguæ eſſẽt ĩcoluerũt. Atq; unde demigrarunt illic & ueſtigia naualiũ & domorum rudera ad meã uſq; ætatem oſtendebantur. Atque hunc quidem ĩ modum Pſammietichus ægypto potitus eſt. De oraculo autem quod eſt in ægypto cum ſeci multa uerba: tum faciam de re memoratu digna. Eſt enim oraculum hoc ĩ ægypto templum Latonæ poſitum ĩ magna urbe: cui nomẽ eſt: ut ſuperius a me dictum eſt buto contra oſtium nili: quod ſebenyticum appellatur a ſuperiori parte maris flumen ſubeũtibus. In hac urbe templa ſũt Apollinis Dianæq;: & ĩ quo reddũtur oracula Latonæ: grãdẽ illud & porticum habẽs decẽ paſſibus ſublimẽ. Vbi quid mihi ex his quæ in aperto erãt maximo oraculo fuerit ſſerã. Eſt ĩ hoc plano Latonæ delubꝝ ex uno factũ lapide: cuius pietes æq̃li celſitudĩe ac lõgitudĩe q̃dragenũ cubitoꝝ: cuius lacũari ꝓtecto ĩpoſitus ẽ alius lapis quattuor cubitoꝝ ꝓ oras craſſitudĩs. Itaq; eoꝝ quæ circa tẽplũ hoc ſũt in ꝓpatulo poſitoꝝ admirabiliſſimũ apud me fuit id delubrũ. Secũdo loco ĩſula: quæ uocat echémis ĩ lacu ꝓfũdo ac ſpatioſo ſita præt tẽplũ: quod ĩ buti ẽ: quæ ĩſula ab ægyptiis fert ĩnare. Ego tñ eã neq; innãtẽ uidi: neq; ſe mouẽtẽ: & cũ hoc audirẽ admiratus ſũ: ſi ueꝝ ẽ ĩſulã natarĩ poſſe. In hac igit tẽplũ Apollinis ẽ: & aræ trifariæ extructæ: & palmæ frequẽtes enatæ. Aliæq; ꝓtĩ fructiferæ: ꝓtĩ ſteriles arbores. Cur ãt ea ĩnatãs ſit hãc ægyptii rationem reddũt: q; Latona quæ ex octo nũĩbus quæ prĩa extiterĩt unũ ẽ: cũ ĩ urbe buti ubi hoc eius oraculum eſt habitaret: Apollinem ab Iſide ſibi cõmendatũ occultauit ĩ hac ĩſula nõdum ĩnatãti ac ſoſpitem reddidit: quo tempore

Typhon omnia indagans ut Osiris filiũ inueniret aduenisset. Nam Apollinem & Dianam aiũt Dionysii & Isidis filios esse: Latonam uero nutricem horum: ac liberatricem. & Apollo quidem ægyptiace Orus dicitur: Ceres autẽ Isis: Diana uero Bubastis. Atq; hinc solum non aliunde Aeschilus Euphranoris filius rapuit: quod dico ut solus omnium qui poetæ dicũt fecerit Dianam Cereris filiam. Ob hoc igitur insulam redditã esse natantem: hæc illi sic aiunt. Psammietichus ĩ ægypto q̃tuor & quinquaginta regnauit annos: per quos undetriginta magnam syriæ urbem obsidens oppugnauit: donec expugnauit. Hæc est azotus: quæ diutissimam inter omnes urbes dũtaxat quas nouimus sustinuit obsidionẽ. Psammietichi filius: qui regnum ægypti susceptit extitit Necos. Idem fossã ad rubꝝ mare ferentem primus aggressus ẽ: quã Darius perses secũdo loco depressit. Longitudinis quidẽ quattuor dierum nauigationis: latitudinis ut per eam duæ possent simul agi triremes. Aqua quæ in hanc e nilo deducitur paulo supra bubastis urbẽ iuxta oppidum arabiæ patumon deducitur euadens in mare rubrum. Initium fodiendi sumptum est a planicie ægypti arabiam uersus. Nam quæ supra planiciem sunt continens prope memphim occupat mons: ĩ quo lapidicinæ sunt. Itaq; ad huius mõtis una ducta est fossa uersus hesperum & aurorã longo tractu: & deinde pertĩgens diuortio mõtis tenus: quod diuortium ad meridiem: & uentum austrum fert in sinum arabicum: qua breuissimus tractus & maxime compendiarius est e mari septentrionali ascensus ad australe: quod idẽ rubꝝ uocatur a monte casio: qui ægyptum syriamq; disterminat. Hinc stadia mille sunt in arabicum sinum. Et hac quidem breuissimum est. Verum fossa multo longior scilicet quanto est confragosior. In qua fodienda sub rege Neco centũ uigiti milia ægyptiorum perierunt. Inq; eius medio opere Necus destitit: hoc interpellatus oraculo eum id opus barbaro præmunire. Aegyptii barbaros omnes uocant: qui non ipsorum lingua loquuntur. Supersedens itaq; a facienda fossa Necos ad militum copias se conuertit: atq; ad classes: quæ partim in

mari ſeptentrionali partim in ſinu arabico ad rubrum mare ſunt ædificatæ: quarum adhuc ueſtigia naualium oſtenduntur. Et claſſibus quidem Necos dum opus fuit eſt uſus. Terreſtri autem acie congreſſus cum ſyris in magdolo victoria potitus eſt: & poſt prælium Cadyti magna ſyriæ urbe: In ueſtitu aũt curioſus cum fuiſſet illum Apollini dicatum ad branchidas mileſiorum miſit. Hic perfectis decem & ſeptem imperii ſui annis deceſſit tradito imperio Pſãmi filio ſuo. Eo apud ægyptum regnante nunci heliorum dimittebantur: Iactantes a ſe in olympia iuſtiſſimum ac maximum inter mortales propoſitum eſſe certamen rati ne ægyptios quidem hominum ſapientiſſimos aliqd ultra hæc eſſe iuĕturos: Iſti ubi in ægyptũ peruenerunt: eaq; expoſuerunt: quorum gratia uenerant: rex conuocat ex ægyptiis eos: qui ſapientiſſimi haberentur. Qui cum conueniſſẽt: & helios audiſſent omnia commemorãtes: quæ par erat ab eis fieri in edendo certamine: & ſe ueniſſe dicentes ſciſcitatum nunquid poſſent ægyptii reperire iuſtius habito inter ſe conſilio interrogat helios nunquid apud eos certarent ciues: & illis reſpondentibus ſine diſcrimine & ſuos & cæterorum græcorum cuicunq; uolenti certare fas eſſe: atq; inquiunt illos cum tale certamen proponant ab omni iure excedere. Nullo etenim pacto poſſe fieri quin conciui pugnãti ciues fauerent facientes iniuriam hoſpiti: ſed ſi uellent iuſtum proponer certamen: & ſi eius gratia ueniſſent in ægyptũ: Iubent hoſpitibus ponere certamen nullo heliorum certare permiſſo. Hæc ægyptii heliis ſubiecerunt. Pſammis cum ſex omnino regnaſſet annos in ægypto facta in æthiopiam expeditione mox uita defunctus eſt. Cuius regnum Apries filius accepit: qui ſecundum Pſammieticum proauum ſuum fortunatiſſimus extitit omnium ad eam ætatem regnum quinq; & uiginti dominatus annos. Quod intra tempus & bellum Sidoni intulit: & cum Tyro pugna nauali dimicauit. Sed cũ calamitas eum maneret: contigit ob eam cauſam quam ego plurib⁹ dũ res punicas exeq̃r exponã paucis cõtẽtus impræſentiarum. Cum aduerſus cyrenæos Apries exercitu miſſo

magnam cladē accepiſſet: Id ei imputātes ægyptii rbellauerūt opīati ſe ab illo ī apertā perniciē fuiſſe dimiſſos: Vt his īternitione deletis: ipſe cæteris ægyptiis imperitaret ſecurius. Hæc p̄ q̄grauiter ferentes tū ii qui redierunt: tum eoꝝ qui interierant amici ingenue deſciuerūt. Id ubi reſciuit Apries mittit ad eos uerbis ſedandos Amaſim: qui cum peruenīſſet reprehēdenſq; diſſuaderet ne talia facerēt: quida ægyptioꝝ ei a tergo ſtās galeam circundat: eaq; circūdata īquit ſe illā ob regnū impoſuiſſe. Neque hoc quod fiebat eo inuito fiebat ut oſtendebat. Nam ſimul atq; ab his qui deſciuerant ægyptiis declaratus eſt rex ſeſe apparabat tanq̄ aduerſus Apriem moturus. His cognitis Apries mittit ad Amaſim ex his qui ſecum erant ægyptiis ſpectatum quendam hominem nomine Patarbemē iuſſum ut ad ſe uiuum Amaſim perduceret. Hic ubi peruenit: Amaſim ad ſe uocat. Amaſis (Sedebat autem in equo ad ſuos cohortandos inſolenter) ſtolide iubet uiciſſim hunc ad ſe adducer̄ Apriem: & cum Patarbemes eum rogaret ut regem adiret accitus reſpondit ſe iam dudum dare operam ut id ageret: nec de ſeipſo Aprie eſſe q̄eſturum: ſe enim illi præſto futurum & alios adducturum. Patarbemes non ignarus propoſiti illius: tum ex oratione: tum ex apparatione quam uidebat: ſtatuit ſuæ diligentiæ eſſe q̄celerrime regem rerum: quæ agerentur facere certiorem. Huic redeunti q; Amaſim ñ abduceet nullo uerbo edito Apries ira percitus præcidi aures iuſſit: naſumq;. Id intuentes cæteri ægyptii: qui cum eo hactenus ſenſerant uirum inter eos probatiſſimum ita fœde indigneq; affectum: ne tantiſper quidem differētes ad cæteros tranſeūt: ſeſeq; Amaſi tradunt. His quoq; auditis Apries armatis auxiliariis (Habebat autem auxiliariorum circa ſe exionibus & caribus triginta milia) in ægyptios tendit. Erat ei regia ī urbe ſat ingens ac ſpectatu digna. Itaque utriq; aduerſos alteros apriāi & amaſiāi ī momēphi urbe cōſtiterī tētaturi pugnæ diſcrimē. Sūt aūt in ægypto ſeptē hoīum genera: quoꝝ alii ſūt ſacerdotes: Alii qui pugnatores appellātur: Alii boū paſtores: Alii ſubulci: Alii inſtitores: Alii interpretes: Alii gubernatores

nuales. Tot ſunt ægyptiorum genera a ſuo quoq; artificio appellata: ſed pugnatores uocãtur calaſiries: & hermotybies. Qui harum regionum ſunt. Nam in regiones diſtincta eſt omnis ægyptus. Hermotybiorum quidem hæ ſũt plagæ buſiritana: laitana: chẽmitana: papremetana: Inſula protopitis: quæ uocatur natho: ex dimidia pte. Ex his tractibus hermotybies cum plurimi centum ac ſexaginta milia ſunt: quorum nemo quippiam opificii quæſtuarii didicit: ſed omnes rei militari uacãt. Calaſiriũ hæ aliæ plagæ ſũt thebana: bubaſtiana: aphthitãa: tanitãa: mẽdeſia: ſebẽnytana: athribitana: pharbæthitana: thmuitana: chuphitana: anyſia: myecphoritana. Hæc tribus inſulam incolit ex aduerſo bubaſtis urbis. Hæ tribus calaſirium dum quoad poſſunt plurimi cogũtur. Ducẽta quinquaginta milia uirorum ſunt: quibus nec ipſis licet ulli artificio operam dare: ſed ſolum rei militari filio diſcente a patre. Hoc ab ægyptiis ne mutuati ſint græci non poſſum pro certo diiudicare: cum uideam & apud ſcythas: perſaſq;: & lydos. Deniq; apud omnes fere barbaros haberi pro ignobilioribus ciuibus eos: qui artificia diſcũt: eorumq; liberos. Generoſiores autem eos: qui a manuariis operibus abſtineant præſertim q̃ ceſſent ob bellum. Hoc itaq; cum cæteri græci didicerunt: tũ præcipue lacedæmonii. Corinthii quoq; minimi faciunt opifices. His ſolis ægyptiorum præter ſacerdotes: hoc eximii honoris habetur: ut ſingulorum duodeni agri ſint egregii atq; immunes ſinguli agri centum cubitorũ ægyptiorum quoquouerſus. Aegyptius autem cubitus ſamio par eſt. Hæc tamen uniuerſorum peculiaria ſunt: quibus per uices in orbem fruebantur: & nunq̃ idem calaſirium milleni: & hermotybium circa regem fungebantur annuo ſatellitum munere. Iſtis præter prædia dabatur uiritĩ hæc alia panis toſti pondo quinæ minæ carnis bubulæ binæ: bini ſextarii quaterni. Hæc aſſidue ſatellitibus præbebantur. Vbi igitur e diuerſo uenientes Apries cum auxiliariis: & Amaſis cum uniuerſis ægyptiis in urbẽ momemphim peruenere: conceſſi ſunt. Et peregrini quidem egregie pugnauerunt: tamen q̃ erãt multo ĩferiores numero:

fugati sunt. Fertur Apries ea fuisse persuasione: ut nullus neq; deoꝝ neq; hominum posset sibi adimere regnū. Adeo uidebat sibi illud stabilisse: Et tamen tunc congressus prælio fugatus est uiuusq; captus: & ad urbem sami ductus ad ædes: quæ ipsius antea fuisset tunc āt Amasis regia: Ibiq; q̄diu ī regia pascebat eū Amasis honeste asseruauit. Tādē īcusātibus ægyptiis nō iuste agere qui suum: & ipsoꝝ inimicissimū aleret. Ita illis Apriē tradidit. Eū isti ubi strāgulauere paternis ī monumtis sepelierūt: quæ sūt ī tēplo Mineruæ proxime cœnaculum ad leuā manū ītrātis. Nā saitani cūctos q tribules eoꝝ fuere rges intra tēplū sepelierūt. Etenī Amasis monumētū ex altera pte cœnaculi ē: q̄ illud Apriis eiusq; progenitoꝝ. In eiusdē tēpli aula hoc quoq; ē ingens cubiculū lapideū tū colūnis excultū: Palmaꝝ arbores imitantibus: tū alio sūptu. Intra id cubiculū gemini postes stāt: in qbus urna ē. Sūt & sepulcra: cuius noīa si nūcupauero hac in re haud sācte fecero. Apud sam ī tēplo Mineruæ post totū delubꝝ ppe Mineruæ pietē: atq; ī phano stāt īgētes obeli: ideſt uerua lapidea: lacusq; cōtiguus lapidea crepidine adornatus: & circūquaq; probe elaboratus magnitudine (ut mihi uidetur) quāta in delo: qui dicitur trochoides ideſt in rotæ speciē. In hoc lacu imagines suoꝝ quisq; affectuū noctu faciūt: quæ uocāt ægyptii mysteria. De qbus cū pmulta ego norim quo pacto se habeāt: singula tamen absit ut proloquar. De Cereris quoq; initiatione: quā græci thesmophoria uocant: hoc est legum lationes absit ut eloquar nisi quatenus sanctum est de illa dicere. Danai filias extitisse: quæ ritū hūc ex ægypto attulerīt: eoq; pelasgicas fœminas imbuerunt. Sed deinde omni peloponneso a doribus eiecta sedibus suis ritus initiādi abolitus est: a solis arcadibus: qui a pelopōnésibus nō eiecti sūt: sed relicti cōseruatus. Aprie extincto rgnauit Amasis e tribu saitana: & urbe: cui nomē est siuph. Eum inter initia ægyptii cōtēnere: nec ullius sane momenti ducere: ut q plebeius fuisset: nec īsigni familia ortus: Sed hos Amasis ad se solertia nō asperitate perduxit. Erāt ei cū alia bona infinita: tum uero peluis aurea: in qua tam ipse q̄ omnes cō-

uiuæ ſemper abluebant :hanc ille confringit:ex eaq; dæmonis ſtatuarii facit & in appoſitiſſimo urbis loco ſtatuit ægyptii ſimulacrum adeuntes magnopere uenerari. Id Amaſis fieri e popularibus edoctus :conuocatis ægyptiis aperit ex illa pelui: in quam primo ægyptii euomere immingereq;: & in qua pedes abluere conſueſcent factum eſſe ſimulacrum :quod tunc tantopere ue nerarentur :Itaq; ſe aiebat perinde atq; pelum eſſe factum: qui ſi antehac fuiſſet plebeius impræſentiaq; tñ eſſet rex :eoq; iubere ut ſibi honor haberetur atq; reuerentia. Hunc in modum ad ſe traduxit ægyptios:ita ut æquũ cẽſerẽt ei ſeruire. Idẽ hoc uſus eſt in rebus agẽdis inſtituto ab aurora uſq; dum refertum eſt foꝝ:accurate negocia quæ expediebant agebat .Deinde potabat: & inter compotores iocabatur morionem agens ac ſcurrã .Quibus rebus offenſi aĩci talibus eũ uerbis caſtigabãt: Rex dicentes non e dignitate tua degis: qui ad tantam te dimittis nequitiam . Nam deberes auguſto in ſolio ſedens auguſte interdiu res adminiſtrare: Ita & ægyptii cognoſcerent a magno ſibi uiro præſideri :& tu melius audires. Nunc haud quaq; facis e regia dignitate. His ille reſpõdit. Arcus ab his quoꝝ ſunt cũ eſt opus intendi:eos ſi ſẽper intẽti ſint ruptũ iri :nec poſſe eis illos cũ indigeant uti :Ita & hoĩs inſtitutũ ſi aſſiduo laborare ſtudio nec ullam partem ad luſũ ſibi indulgere uelit fore ut pedetentĩ aut mẽte captus ſit: aut membris .Quod ego intelligẽs utriq; rei tẽpus impertio. Hæc Amaſis aĩcis reſpondit. Etenim ferẽ Amaſis cum priuatus foret fuiſſe potãdi iocandiq; cum dicacitate ſtudioſus :& uir neutriq; reꝝ agẽdaꝝ anxius:& quotiens eũ potãtẽ ac ſe oblectãtẽ neceſſaria defeciſſent;ſolitus circũeundo furari :& cum reposceretur ab his :qui dicerent eũ ipſorum habere pecuniã : ac negarẽt adduci ad oraculũ quodcunq; eo in loco erat: & frequenter ab oraculis conuictus:frequẽter abſolutus .At poſtq; aſſecutus eſt regnũ iſta egit. Quicunq; dii eum furti abſoluerãt: horum tẽpla neq; curæ habuit :neq; ulla re ad ſtabilimtũ donauit:neq; adiens ſacrificaui tanq; nihil mererentur q; redderent falſa reſponſa. Qui ãt eũ ꝓnũciauerãt furẽ;hos tanq;

uere deos nec mendacia reddentes oracula maxime coluit. Præterea ī ſai ueſtibulū Mineruæ fecit opus admirandū & lōge ſuperās cætera :tū ſublimitate : tū magnitudine. Tanta ē uaſtitas lapidū atq; ſubſtructionū: quiētiā īgētes coloſſos & immanes androſphingas ibidem poſuit. Alia quoq; ſaxa prægrādia ī apparatum cōportauit ducta partī ex lapidicinis quæ iuxta mēphim ſūt: partim utiq; quæ maioris molis erāt ex urbe elephātina: quæ ſai diſtat uigniti dieꝝ nauigatione. Ad hæc q̄ non minime ſed maxime omnium admiror attulit ædificiū ex ſolido ſaxo ab urbe elephantina: in quo afferendo triēnitū conſumpſerūt duo milia delectoꝝ uiroꝝ qui ōnes erāt gubernatores. Eius tectum extrinſecus eſt unius & uiginti cubitoꝝ lōgitudo : quatuordecim latitudo : octo ſublimitas. Hæc eſt dimenſio exterior tecti ex uno lapide: Introrſum tamen duodeuiginti & amplius cubitorum eſt longitudo : quinq; ſublimitas. Domus hæc ad īgreſſum templi collocata eſt. Nam ob id aiunt in templum non fuiſſe pertractam q̄ tecto aduerſo cum ſuſpiraſſet eius uehendi architectus utpote perteſus diutino tempore opere ea de re ſtomachatus Amaſis non permiſerit hominem ulterius trahere. Nonnulli aiunt quēdam ex his : qui uectibus lapidem agebant ab illo fuiſſe oppreſſum: ideoq; lapidem non introductum. Donauit præterea opibus ob magnitudinem ſpectaculo dignis cum alia templa inſignia tum in memphi templum Vulcani coloſſo ſupino ante illud poſito longitudinis quinq; & ſeptuaginta pedum. Superq; idē pauimentum gemini coloſſi ſtant ex æthiopico lapide uicenū pedum magnitudinis hinc & hīc illi magno aſſiſtentes. Cuius inſtar eſt alter in ſai lapideus eodem habitu iacens. Illud etiā quod in memphi eſt templum ingens: & ſpectatu digniſſimū aiūt Amaſim ædificaſſe. Sub Amaſi rege dicit ægyptus fuiſſe maxīe beata in his quæ uel regioni ex flumine uel hominibus ex regione proueniunt : & urbes quæ incolerentur tunc fuiſſe numero illic uiginti milia. Amaſis quoq; extitit: qui legē hanc apud ægyptios cōdidit: ut ſīguli eoꝝ quot ānis apud ,puīciaꝝ præſides demōſtrarēt unde uiuerēt. Et qui aut hoc nō faceret:

aut non demonſtraret ſe legitime uiuere: is morte afficeretur. Quam legem Solon ab ægyptiis mutuatus: athenienſibus tulit: quam illi q̄ ſit caſtiſſima aſſidue uſurpant. Amaſis quoniam græcorum erat ſtudioſus cum alia in quoſdā græcos officia contulit: tū his quæ in ægyptum concederent dedit facultatem naucratem urbē incolendi. Qui uero eorum nollent illic habitare: ſed nauigando negociari fecit poteſtatē certis in locis aras & phana extruēdi. Adeo maximū eoꝝ phanū atq; celeberrimū uocatur græcū. Ciuitates autē quæ cōmuniter extruxerunt ſūt ionum quidē: chius: theus: phocea: clazomenæ. Dorum autem rhodus: cnidus: halicarnaſus: faſelis. Aeolorū uero una mitylenæ. Harum ciuitatum hoc phanum eſt: & ab his præfecti emporii nundinarum ſiue mercati præbentur. Cæteræ ciuitates: quæ conſortes huius rei ſūt non rei ad ipſos pertinentis conſortes ſunt. Separatim tamē ædificauerūt æginetæ quidem Iouis: Samii aūt Iunonis: Mileſii uero Apollīs phanū. Nam uetus emporium erat ſola naucratis: præter hoc in ægypto aliud nullum. Quod ſiquis in aliud aliquod nili hoſtium applicuiſſet: is neceſſe habebat deierare ſe ueniſſe inuitum: datoq; iureiurando eadem naui ad canobicū nauigare: & ſi id minus per contrarios uentos poſſet onera fluuialibus nauigiis circumagere luſtrando delta: donec perueniret naucratem. Ita naucratis in honore fuerat. Iam uero cū amphictyones templū: quod nūc delphis eſt: quia illud prius ſua ſponte deflagrauerat tricentis talentis conſtruendum locaſſent: Delphi quos quarta pars ſumptus contingebat circa ciuitates uagi cum aliunde: tum uero non minimum ex ægypto rettulerunt. Nā Amaſis quidē eis mille talēta aluminis. Græci autem qui ægyptum incolebant uicenas mnas donauerunt. Cum cirenæis quoq; Amaſis amicitiam ſocietatēq; iniit: ita ut illinc uxorem etiam putaret ſibi eſſe ducēdā. Siue fœiæ græcæ amore captus: ſiue alias ob beniuolētiā cyrenæoꝝ uxorē quam duxit. Alii uolunt filiam fuiſſe Batti filii Arceſilai. Alii Critobuli inter ſuos populares uiri ſpectati nomine Lacidēni: cū qua dū ī toro cubaret cōcūbeī nō poterat: cū tamen aliis

mulieribus uteretur. Id cum diu fieret: Ad eā Amasis tu uero inquit uxor ueneficio me læsisti: Ideoq; nullo machinamēto uales effugere quo minus inter omnes mulieres teterrima pereas morte. Ladice cum pernegādo nihilo placatiorē redderet Amasim: uouit intra se Veneri si ea nocte secum coiret Amasis (Hoc enim sibi esse machinamentum) statuam cyrenas se illi missuram. Concepto statim uoto coiit cum ea Amasis: ac deinceps quotiens adiret cum ea coibat: ac postmodum eam perq̄ ualde dilexit: & Ladice uotum deæ persoluit facta statua cyrenasq; missa: quæ ad meam usq; memoriam incolumis erat extra urbem cyrenensem posita. Hanc Ladicem Cambyses posteaq̄ ægypto potitus est: cognito quænā esset cyrenas illæsam remisit. Donauit item Amasis donaria quæ misit in græciam. Cyrenas quidem statuam Mineruæ inauratam: & sui imaginem pictura adumbratam. Lindum autē duo lapidea Mineruæ simulacra: & thoracem lineū spectaculo dignū. Samū uero Iunoni bifarias sui imagines: quæ magno ī tēplo erectæ erant post ianuas ad meam usq; ætatem. Samum qdē propter hospitium: quod inter ipsum erat: & Polycratē Aeacis filium. Lindum autem nullius hospitii gratia: sed quia tēplum quod Lindi est: Mineruæ feruntur extruxisse Danai filiæ: postq̄ agnitæ sunt cum filios ægypti effugerant. Hæc donaria dedicauit Amasis: primusq; mortalium cyprū cepit: tributariamq; fecit prouinciam.

Herodoti Halycarnasei Historiarum Liber Tertius.

Duersus hunc Amasim Cambyses Cyri filius comparato cum ex aliis quibus imperabat: tum ex græcis ionibus æolibusq; exercitu: bellum mouit. Ob hanc causam misso in ægyptum legato: Cābyses petiit ab Amasi filiam: & petiit consilio cuiusdam ægyptii: qui Amasi erat infensus: q̄ se potissimum ex omnibus ægypti medicis

Amaſis ab uxoꝛ & liberis abſtraxiſſet a mãdãdo ĩ pſas quo tẽ-
pore Cyrus ad Amaſĩ miſerat petitũ ocularĩũ medicũ oĩum
qui ĩ ægypto eſſẽt præſtãtiſſimũ. Ob id infẽſus Amaſi ægpti-
us ĩſtitit ſuadere Cambyſi ut ab Amaſi filiã peteret: ut ille aut
mœroꝛ afficerẽ data filia: aut ñ data Cãbyſi rddeꝛẽ iuſſus. A-
maſis eã nec daꝛ audebat nec abnueꝛ. Nã & Cãbyſẽ itelligebat
ñ habiturũ illam uxoris loco: ſed pellicis: & periarum potẽtiã
grauabatur. Horrebatq; hæc reputans ita ſibi faciendum ſta-
tuit. Erat Apriis ſupioris ꝛ̃gis filia nomine Nicetis unica domi
relicta grandis atq; ſpecioſa. Hanc puellam Amaſis ueſtitu
pariter & auro exornatam pro ſua in perſas dimittit: quam
cum poſt aliquantum tempus Cambyſes ſalutaſſet filiam A-
maſis appellans: ipſa ad eum rẽ inquit rex ignoras ab Amaſi
eluſus: qui me ornatu comptam tranſmittit tradens tibi pro
ſua cum re uera ſim Apriis filia: quem ille dominum ſuum
cum ægyptiis rebellans interemit. Hic ſermo extitit cauſa
quæ Cambyſem Cyri uehementer indignatum induceret ad-
uerſus ægyptum. Atq; ita quidem memorant perſæ. Aegyptii
autem Cambyſem ſuum uendicant aſſerentes ex hac Aprius
filia illum eſſe genitum. Cyrum enim fuiſſe qui ad Amaſim
miſerit ſuper filia non Cambyſem. Quod cum dicunt non
recte dicunt: & ſi eos hoc non latet. Nam ſi qui alii profecto
& ægyptii recte norunt mores perſarum apud quos illud in
primis nefas eſt illegitimum optineꝛ regnũ ſi aſſit legitimus.
Præterea Caſſandanes filius erat Cambyſes Pharnaſpe uiro
Achæmenide genitæ non mulieris ægyptiæ: Sed ægyptii rem
geſtam tranſferunt fingentes ſibi cum Cyri familia intercedeꝛ.
cognationem: & hæc quidem ita ſe habent. Cæterum ille ſer-
mo mihi non probatur: quo dicitur mulierem quandam per-
fidem ad uxores Cyri introgreſſam cum liberos Caſſandane
aſſiſtentes forma ac ſtatura egregia cõſpicaretur: ſupra modũ
admirabundam magnis tuliſſe illam laudibus: eiq; Caſſãda-
nem: quæ Cyri eſſet uxor ita dixiſſe. Me quæ talium filiorum
ſum mater Cyrus contemptui habet præponens quandam ex
ægypto ancillam uidelicet infẽſam Niceti iſta dixiſſe: & ei

maximum natu filiorum Cambyſem ſubieciſſe. Ego uero tibi mater cum ī uirilem ætatem adoleuero ſumma ægypti reddā ima: & ima ſumma. Idq; dixiſſe circiter decem natum annos admirantibus mulieribus: & cū in uirilē adoleuiſſet ætatem: & regnum obtinuiſſet huius rei memorem ægypto bellum ītuliſſe. Acceſſit huc & aliud quiddam ad hanc ſumendam expeditionem. Erat quidam auxiliarios Amaſis nomíne Phanes genere halicarnaſeus: uir & conſilio præſtans: & in re bellica ſtrennuus. Hic Phanes neſcio quid Amaſi ſuccenſus nauigio profugit ex ægypto uolens ī collocutionem uenire Cambyſis: eum Amaſis q; inter auxiliares non parui momēti eēt: quodq; de rebus ægypti nonnihil compertiſſimum haberet: inſequi ſtatuit adhibita diligentia aſſequendi. Itaq; ad hominem inſequendum mittit cum triremi eunuchorum fidiſſimum: q Phanem aſſecutus in lycia cepit: ſed non rettulit in ægyptum ab illo prudētia ſuperatus. Nam Phanes mactatis cuſtodibus abiit in perſas: Cambyſemq; molientem aduerſus ægyptum expeditionem: & quo pacto carentia aquis loca tranſmitteret ambigentem adiit: eiq; cum alias Amaſis rex expoſuit: tū uero quæ ad tranſmittendum pertinebant ſuadens ad regem arabum mitteret oratum: ut ſibi tutum præberet tranſitum. Hac eīm duntaxat patet ingreſſus in ægyptum. Nam a phœnice uſq; ad montes cadytis: quæ eſt urbs eorum aſſyriorum: qui nunc palæſtini uocantur: A cadyti (ut mea fert opinio) non minore urbe q̄ ſardis emporia ſecundum mare uſq; ad urbē icnyſum arabicæ ditionis ē ab urbe icnyſo rurſus ſyriacæ uſq; ad lacum ſerbonitidis: iuxta quem caſius mons pertingit ad mare a ſerbonitidis lacu: in quo ſe Typhon fertur occultaſſe: deinceps iam ægyptus eſt. Hoc tamen intercapedinis īter urbē icnyſum: & montem caſium: & lacum ſerbonitidis non exiguus tractus eſt: ſed itineris inſtar trium dierum uehementer aridus. Verum quod pauci eorum qui in ægyptum nauigāt notum habent: hoc pergam dicere. Ex omni græcia: & præterea ex phœnice portatur in ægyptum bis quot annis uas fictile uini plenum: & tñ ibi ne unum quidem numero (ut ſic

dicã) uas uinariũ fictile aſpici uacuũ põt. Vbinã dicat aliquis hæc uaſa cõſumũt. Hoc quoq; ergo depromã. Præfecti pro uinciarum neceſſe habent ex ſua quiſq; urbe colligere uaſa teſtacea: quæ mẽphim portẽt. Eadẽ e mẽphi alii aqua impleta portare in hæc arida ſyriæ loca: Ita hydriæ ſuperuenientes in ægypto ſumptæ ad ueteres in ſyriam portantur: atq; hunc in modum: quem dixi aqua contracta perſæ fuerunt: qui hoc ĩgreſſu apparato q̃celerrĩe ægypto potiti ſunt. Sed tũc cum ĩ expedito aqua ñ eſſet: Cambyſes audito hoſpitis halicarnaſei conſilio miſſis ad regem arabum nunciis tutum iter precatus optinuit data acceptaq; inuicem fide. Arabes ſeruant fidem inter homines ut qui maxime quam hunc in modum dant. Quotiẽs fœdus inire uolũt alius q̃dã medius inter utrũq; ſtãs acuto lapide ferit uolã iuxta maiores digitos ipſoꝝ: q̃ fœdus ĩeũt. Deiñ ſũpto flocco ex utriuſq; ueſtimẽto inũgit eo ſãguĩe ſeptẽ lapides ĩ medio poſitos ĩter ĩungẽdũ ĩuocãs Dionyſũ & Vraniã. Hoc acto idẽ q̃ fuit ſequeſter fœderis ĩter aĩcos cõtrahendi uadatur hoſpitem aut forte ciuem: ſi cum ciue res agitur. Quod fœdus & ipſi qui amicitiam contraxerunt ſeruare iuſtum cenſent Dionyſum: quem Oratal: & Vraniam quam Alilat appellant ſolos deorum eſſe arbitrantur. Et quemadmodum Dionyſum ita puellarum capillum tondere aiunt. Tondentur autem in rotundum tempora ſubradentes. Igitur poſtq̃ fœdus cum nunciis iniit arabs talem rem commentus eſt. Camelos omnes poſteaq̃ utribus camelinis aq̃ cõpletis onerauit: egitq; ad loca hũoſ carẽtia. Ibiq; Cãbyſes exercitũ præſtolabat. Ex his quæ narrãt hoc quod dixi ꝓpius fidẽ é: tñ quod mĩus credibĩle é: qñqdẽ cõmemorat: cõmẽorar debeo. Eſt magnũ ĩ arabia flum̃ noĩe corys: exiẽs in mar: quod dicit rubꝝ. Ab hoc fluĩe ferẽt arabũ rex canalẽ ex bouĩs: aliiſq; crudis coriis cõſuetũ tãta lõgitudie ꝓduxiſſe: ut ad loca arida: & ꝑ illũ aquã ꝓduceret: Inq; ipſo arido ſolo ĩgẽtes ciſternas fodiſſe: quæ r̃cepta aqua potũ ſuppeditarent. & cum ſit a flumine ad terram aridam duodecim dierum uia ꝑ tres aquæ ductus ĩ totidẽ partes aqua deduxiſſe. Apud nili

aũt hoſtium: quod dicitur peluſiũ habebat caſtra Pſãmenitus Amaſis filius Cambyſem opperiens. Nã Amaſim Cambyſes in ægyptum progreſſus non uiuum nactus eſt: ſed defunctũ: cum quattuor & quadraginta annis regnaſſet: p eos nihil admodum calamitatis expertus: defunctuſq; & ſale conditus ẽ: & in ſepulcris quæ ipſe ædificauerat ſitus ĩtra templum. Sub eius filio Pſãmenito maximũ extitit ægyptiis portetũ. Apud thebas ægyptias: quod neq; prius nunq̃ neq; poſtea ad meã uſq; ætatem cõtigit (ut ipſi thebani aiunt) pluit. Thebis tamẽ tunc pluit guttis. Perſæ ubi ſiccaneã peragrauerũt ſubſedere uicini ægyptiis tanq̃ iam congreſſuri. Ibi ægyptioꝝ auxiliarii græci & cares Phani qui externum in ægyptũ abduxiſſet ĩfeſi hoc rei in illũ ſunt machinati. Filios qui erant a Phane relicti in ægypto in caſtra perducũt: atq; in cõſpectũ patris poſito in medio duoꝝ exercituũ cratere: dehĩc productos ſingulos pueros ſuper craterem obtrũcauerũt. Omnibus interfectis uinũ & aquã in cratere intulerĩt: Quo ſanguine epoto auxiliares ita conflixerunt. Acri prælio commiſſo perq̃ multis utrinq; cadẽtibus in fugam uertuntur ægyptii. Ibi ego rem mirandam uidi ab indigenis edoctus. Oſſa eorum qui in acie ceciderũt cum iacerent fuſa ut ab initio diſtincta fuerant ſeorſum erãt perſarum: ſeorſum ægyptiorum. Sed perſarum capita adeo fragilia ſunt: ut ſi uelis ferire: uel ſolo calculo perforaĩ poſſis: Aegyptiorum autem ita firma ut ea uix ictu lapidis elidas. Cuius rei cauſam hanc illi reddebant: facile mihi perſuadentes q̃ ægyptii ſtatim a puẽris radeĩ capita incipiunt: & os capitis ad ſolem redditur compactum. Quæ eadem cauſa eſt non caluеſcendi. Nam ex omnibus hominibus pauciſſimos quis ægyptios caluos uideat. Cuius rei hoc cauſæ eſt: q̃ robuſta capita geſtant. Ac perſis cur fragilia ſint capita: Id in cauſa eſt: q̃ a principiis imbuuntur operire capita geſtantes pillea thiaraſque. Hæc ego huiuſcemodi oſſa uidi. Vidi item alia iſtis ſimilia in papremi eorum: qui una cum Achæmene Darii ab Inaro aphro ſunt cæſi. Aegyptii quoq; poſtq̃ ex acie terga dederĩt: nullo ordĩe fugã capeſſũt. Ad quos cũ ſe ĩcepiſſẽt

mẽphī miſit Cambyſis aduerſo flumine nauim mitylenæam cum caduceatore uiro perſa: qui illos ad deditionẽ hortaretẽ. Iſti ubi nauī aduentare memphim uident: frequentes ex urbe effuſi nauim corrumpunt: Viroſq; fruſtatim dillaniatos in oppidum afferunt. Et ægyptii quidem poſt hæc obſeſſi aliquandiu reſtiterunt. Aphri uero id animaduertentes eadem ſibi quæ ægypto contigiſſent ueriti ſeſe citra pugnam dediderũt: tributumq; inter ſe partiti dona miſerũt. Cyrenæi quoq; ac baracæi itidem ut aphri timentes ſimilia & ipſi fecere. Cambyſes munera quæ ab aphris uenere perbenigne accepit: quæ autem a cyrenæis ſuccenſens ut opinor q̃ exigua erant: q̃ngẽtas enim mnas argẽti miſerãt. has ſua manu prehẽſas diſpſit in milites. Decimo die q̃ muros mẽphis cepit Cambyſes Pſãmenitum ægyptiorum regem: qui ſex omnino regnabat ãnos: depoſuit in ſuburbanis ignominiæ gratia cum ægyptiis aliis: ut eius animũ experiretẽ. Hoc facto filiam illius ueſtitu ſeruili circundatã cũ hydria ad aquã omiſit: & cum ea ſimiliter indutas alias quas delegerat primoꝝ uiroꝝ filias uirgines: quæ ubi ad patres peruenerũt cũ eiulatu ploratuq; cæteri quidem patres cõſpectis filiabus tam male acceptis uiciſſim uociferati ſunt atq; fleuerũt. Pſammenitus autem intuẽs atq; intelligens humi uultum demiſit. Prætergreſſis puellis aquã ferentibus ſecundo loco Cambyſes ante oculos Pſammeniti miſit filium eius cum duobus milibus ægyptiorum æqualis ætatis uinctas fune ceruices: & frenata ora habentibus. Ducebantur autem luituri pœnas his mitylenæis qui cum naui fuerant ad mẽphī obtruncati: Ita enim cenſuerant regii iudices pro ſingulis ſuorum interfectis: denos primorum ægyptiorum iterficiẽdos: Pſammenitus prætereuntes intuens: & filium animaduertens duci ad mortem aliis ægyptiis: qui circumſedebant complorãtibus: atq; indigne ferẽtibus ipſe idem quod erga filiam fecit. His quoq; prætergreſſis accidit ut quidam cõpotoꝝ eius iam natu grandior a priſtinis bonis delapſus ac nihil habens niſi quæ iops mẽdicabat obiret exercitũ nec non: Pſammenitum alioſq; ægyptios in ſuburbanis conſidentes. Quẽ ut cõſpexit

Pſãmenitus erũpente ingẽti fletu cõpellans nomine amicum caput ſuũ cædebat. Aderãt aũt ei obſeruatores: qui ut quicq; ab illo fiebat ex omni uiarum exitu Cambyſi renunciarent. Ea quæ fiebant admiratus Cambyſes miſſo nuncio Pſammenitũ perconctatus eſt. Inquiens Pſammenite herus te Cambyſes interrogat quãobrẽ tu qui uiſa filia indigne affecta: uiſo filio ad mortem eunte: neq; eiulaſti: neq; fleuiſti pauperem tanti feceris tibi ut ab aliis audiuit non propinquum. Et Cambyſes quidem ita interrogauit. Pſãmenitus autem his uerbis reſpõdit. Fili Cyri domeſtica mala erant maiora q̃ ut poſſem ea deflere. At lamentatio amici digna lachrymis fuit: qui e multis ac fortunatis opibus ad inopiam recidit in extremo limine ſenectutis. Hæc ubi reſponſa ab hoc renunciata ſunt: uiſus eſt illis Pſammenitus (ut ab ægyptiis fertur) recte reſpondiſſe: Crœſuſq; dicitur illachrymaſſe item qui aderant perſæ. Ipſiq; Cambyſi miſerationem ſubiſſe: ut protinus iuſſerit & filium ex his qui morti addicti eſſent liberari: & patrem e ſuburbanis excitatum ad ſe perduci. Sed filium quidem qui adierunt nõ iã ſuperſtitẽ inuenerũt: ſed primo loco trũcatũ. Ipſum uero Pſãmenitum excitãtes ad Cãbyſẽ perduxerunt: ubi reliquum uitæ degit nihil uiolẽtũ paſſus: qui ſi cõpertus fuiſſet nec affectaſſe res nouas accepiſſet ægyptum: ut eam procuraret. Nam conſueuerunt perſæ in honorem habere filios regum: & ſi q̃ ab eis defeciſſẽt: tamẽ illoꝝ filiis reſtituere principatũ. Quod eos ita facere conſueſſe cũ aliis permultis poteſt ꝓbari documentis: Tum uero hoc q̃ Ithannyra Inari aphri filius recepit: quẽ pater optinuerat principatu: q̃q; Pauſiris Amyrthæi filius: & ipſe paternum recuperauit imperiũ. Nec ipſis Inaro & Amyrthæo quicq̃ amplius a perſis irrogatũ eſt. Nũc Pſãmenitus male cogitans mercedẽ accepit. Nã cum ad defectionem ægyptios induxiſſet captus eſt: ac deinde a Cãbyſe conuictus epoto cruore taurino cõfeſtim expirauit: atq; hunc ĩ modũ iſte deceſſit. Cãbyſes ãt e mẽphi ĩ urbẽ ſaĩ abiit animo faciendi quæ fecit. Etenim ſimul atq; in ædes Amaſis ingreſſus eſt: imperauit cadauer Amaſis e conditorio afferri. Deinde

prolatum uerberibus cædi ac uellicari & ſtimulis pungi: omni deniq; contumelia infeſtari. Quod facientes poſtq̃ defatigati erant. Nam cadauer urpote ſalitum reſiſtebat : nec qcq̃ oīo elidebatur : iuſſit cremari : haudquaq̃ ſācte iubēs : quia perſæ deum eſſe ignem arbitrātur : & apud neutros moris eſt cremāre cadauera. Perſas quidem propter id quod dictum eſt : quia nefas eſſe aiunt deo depaſci cadauere hominis. Aegyptios aūt quia perſuaſum habēt ignem animatam beluam eſſe : & oīa quæ nanciſcitur deuorare: & poſtq̃ deuorando fuerit expleta una cum ipſa re deuorata emori. Ideoq; non eſſe apud eos conſuetudinem mortuū beluis tradēdi : ſed ſaliendi tū ob id: tū ne humatus deuoretur a uermibus. Ita neutris probatam rem iuſſit agi Cambyſes. Quanq̃ (ut ipſi aiunt ægyptii) non Amaſis fuit qui ita paſſus eſt : ſed alius quidam ægyptius eadem qua Amaſis ætate: quem perſæ Amaſim arbitrantes uexauerunt. Memorant enim Amaſim cum ex oraculo audiſſet quæ circa ſe defunctum futura eſſēt: hoc modo rei uēturæ medēdū putaſſe: ut eū hoīem qui flagellatus eſt ad poſtes ſepeliret extra conditoriū ſuum: ſe autem in cōditorii q̃ intimo receſſu collocari filio mandaret. Mihi tamē nō uideť hæc ab initio Amaſis fuiſſe mādata de ſua & alterius hoīs ſepultura : ſed alias ab ægyptiis adornata. Secūdum hæc Cābyſes conſtituit trifariū mouere bellū aduerſus carthaginenſes: aduerſus ammonios: aduerſus æthiopes macrobios: ideſt lōgæuos : qui aphricam ad auſtrale mare incolūt. Aduerſus qdē carthaginenſes nauticis copiis : Aduerſus autem ammonios peditatu: Aduerſus uero æthiopes prius exploratores mittendos per ſpeciem dona ferendi illorum regi ſpectatum illic menſam Solis nunquid re uera eſſet : ſimulque res æthiopicas exploratum. Solis menſa talis eſſe memoratur. Eſt in ſuburbanis pratum omnium quadrupedum aſſa refertū carne: quam per noctem ſinguli ciuium magiſtratus properāt ponere: ad eamq; ubi illuxit cuilibet epulatū licet accedeř. Hæc ab ipſa terra reddi aſſidue indigenæ aiunt. Et menſa qdē: quæ Solis uocatur talis eē ferť. Cābyſes autem ubi ſtatuit

ſpeculatores dimittere continuo ab urbe elephantina accerſit ex ichthyophagis: ideſt priſce ueſcentibus maxime gnaros æthiopicæ linguæ. Vſq; dum iſti ueniũt: Interea nauales copias carthaginem uerſus nauigare iubet. Verum hæc executuros ſe phœnices negauerunt. Eſſe enim magno cum illis iureiurãdo ſe deuinctos. Præterea non facturos ſancte ſi aduerſus liberos ſuos militarent. Nam cæteri phœnicibus ire recuſantibus ad pugnandũ haud idonei erant. Ita carthaginẽſes quo minus i ſeruitutem perſarum rẽdigerentur euaſerũt: quoniam Cambyſes haud æquum ducebat uim afferre phœnicibus: qui ſe ipſos perſis dediderãt: & ex quibus nauticus omnis conſtabat exercitus. Cyprii quoq; qui aduerſus ægyptum in militia erant ſeſe & ipſi dederant. Cambyſes (poſteaq; ex urbe elephãtina aduenerũt Ichthyophagi) eos ad æthiopes miſit iuſſos cũ ea dicere quæ oporteret: tum dona ferr amiculum purpureũ: aureumq; torquem tortilem: & armillas ac unguenti alabaſtrum: cadumq; uini phœnicei. Aethiopes hi: ad quos miſit Cambyſes feruntur eſſe maximi omnium hominum atque pulcherrimi: diuerſiſq; uti a cæterorum hominum ritibus cum aliis: tum uero hoc circa regnum q; quem e popularibus maximum pro magnitudine ualidum iudicant: hunc regem deligendum cenſent. Ad hos iraq; uiros Ichthyophagi uenerunt offerenteſq; regi munera: ita locuti ſunt. Cambyſes perſarũ rex cupiens amicus tibi fieri atq; hoſpes nos miſit iubens ut in colloquium tuum ueniremus: tibiq; hæc dona daremus: quoq; ipſe uſu maxĩe delectat. Ad hos æthiops gnarus ad ſpeculandum ueniſſe talia reſpondit. Neq; rex perſarũ uos ideo cum donis miſit q; magnifaciat hoſpitium meum: neq; uos uera loq mĩi. Quippe q ad explorãdũ nr̃um īperiũ uẽiſtis: neq; iuſtus ille uir ẽ. Si. n. iuſtus foret nõ aliena rẽgionẽ affectaret: ſed eẽt ſua cõtẽtus: nec hoĩes a qbus nihil laceſſitus ẽ ī ſeruitutẽ rẽdigeret. Ei nũc uos hũc arcũ date ita dicẽtes. Rex æthiopũ rẽgi pſaq; cõſiliũ dat qñ pſæ tã facile trahẽt tãta magnitudĩe arcus: tũc aduerſus macrobios æthiopes cũ maioribus copiis moueat bellũ. Interim dĩs gratias habeat qui nõ īducũt

in mentem filiis æthiopum : ut præter ſuam uelint aliam cõparare regionem . Hæc locutus arcum laxauit : eiſq; qui uenerant dedit . Tum ſumpto purpureo amiculo rogauit quidnã eſſet : & quomodo confectum : & cum Ichthyophagi ueritatẽ de purpura : deq; tinctura dixiſſent doloſi inquit homines doloſa ſũt eorum ueſtimenta. Secundo loco de auro ſciſcitatus de tortili monili : atq; armillis ornatũ eius rei exponẽtibus Ichthyophagis riſit : atq; exiſtimans uincula eſſe inquit robuſtiora apud ſe uincula eſſe . Tertio ſciſcitatus unguẽtum cũ illi de confectura unguẽdi rationẽ dixiſſent : idem dixit : quod de ueſtimẽto . Vbi ad uinum peruenit : eiuſq; conficiendi rationem audit : maiorem ĩ modum delectatus potu . Percõctatus eſt quibuſnam rebus ueſceretur rex : & q̃ longiſſimum tempus a uiro perſa uiueretur. Iſti dixerunt ueſci regem pane exponentes triticinaturam : perfectiſſimumq; diu uiuendi ſpatium homini perſæ proponi octoginta annos . Ad hæc æthiops nihil ſe mirari inquit ſi ſtercore ueſcentes paucis uiuerent annis. Nam ne tot quidem annis uicturos : niſi hoc potui acceptum referrent . Affirmantibus Ichthyophagis ita eſſe de uino hoc enim ipſos perſis ſubdidiſſe : Interrogatus uiciſſim rex ab ichthyophagis de uita & uictu pleroſq; e ſuis ait ad cẽtum uiginti annos peruenire : nonnullos etiam hoc ætatis tranſcẽdere : cibum eis eſſe carnem coctam : & potum lac : & cũ ſpeculatores de numero annorum miraretur ad fontem quẽdam eos deduxit : in quo loti efficiuntur perinde atque oleo inuncti uiolam olentes : eam aquam aiebãt exploratores adeo inualidam : ut in ea nihil innatare poſſet ne lignum quidem & quæ leuiora ſũt ligno : ſed omnia peſſum ire in profundũ. Hæc aqua ſi uere apud illos eſt qualis commemoratur : ideo Macrobii : ideſt longæui exiſtunt : q̃ ea ſemper utuntur. Deinde a fonte rex iſtos ad carcerem deduxit : ubi uiri omnes aureis uinculis erant alligati . Eſt enim apud hos æthiopes omnium rariſſimum ac precioſiſſimum æs . Inſpecto carcere exploratores ĩſpexerẽt & mẽſã : quæ dicitur Solis. Poſt hãc ad extremum ĩſpexere eorum ſepulcra quæ dicũt̃ e uitro eſſe

cõſtructi hunc ī modū. Poſteaq̃ mortuū ſiue ægyptioꝝ: ſiue aliorum more arefecerunt totum gypſo inducunt: picturaq; exornantes repræſentant quoad poteſt effigiem eius. Deinde cippum ei e uitro: quod apud illos multum ẽ & facile effodit circundant: in cuius medio mortuus interlucet nihil neq; odoris ingrati neq; fœditatis ullius exhibens: ſed oĩa ipſi illi mortuo ſimilia habens. Hunc cippum maxime propinqui intra ædes annum tenent offerentes ei omnium rerum primicias: hoſtiaſq;. Anno exacto efferũt: circaq; urbem ſtatuũt. Oĩbus exploratores inſpectis reuerſi ſunt: qui cum iſta renunciaſſẽt Cambyſi: cõtinuo ira percitus aduerſus æthiopes exiit in expeditionem: neq; rei frumentariæ apparatu indicto: neq; ſecum ipſo ratione inita q̃ in extrema terrarum faceret expeditionẽ: ueluti ueſanus: nec mentis cõpos ſimulatque ichthyophagos audit profectus ẽ cum oĩ peditatu græcis q̃ aderãt illic maneꝝ ĩperatis. Vbi ad thebas eſt uẽtũ delegit de exercitu quinq̃gita circiter milia: quibus præcepit ut ammonios diriperent. Deiñ oraculum Iouis ĩcenderẽt: Ipſe cum reliquis copiis aduerſus æthiopes contendit. Sed anteq̃ quintam itineris confeciſſẽt: exercitus protinus eum commeatus omnis: quem ſecum habebat defecit: mox & iumẽta ad ueſcendum defecerunt. Quibus rebus cognitis Cambyſes ſi reſcipiſſet: ac retro duxiſſet exercitum in eo quod prius admiſerat peccato: uir ſapiens extitiſſet. Nũc autẽ nihil pẽſi habens aſſidue proceſſit ulterius: Milites q̃diu quod de terra ſumerent habuerunt: herbis uictitauerunt. At ubi ad ſabulon peruenere: ibi nonnulli diram rem perpetrauerunt. Nam ſortiti ex ſeipſis decimum quẽq; comederunt. Id audiens Cambyſes ueritus ſuorum mutuã depaſtionem intermiſſa aduerſus æthiopes expeditione retro rediit: thebaſq; peruenit: multis de exercitu amiſſis. Et cũ e thebis deſcẽdiſſet mẽphĩ græcos miſſos fecit ut illĩc enauigarẽt: & exercitus q̃dẽ aduerſus æthiopes ita geſſit. Copiæ ãt quæ aduerſus ãmonios miſſæ erãt e thebis mouẽtes itineris duces ſequebãt: ac niſi ſũt uſq; dum ad urbẽ oaſim peruenerunt: quã incolunt ſamii hi q̃ ferũt e tribu æſchrionia eſſe ſeptem

dierum pes harenas itinere diſtantē a thebis: quæ regio uocaᵗ lingua græca macaron neſi: ideſt beatorum inſulæ. In hunc locum dicitur peruenisſe exercitus. Deinceps quid de eo actū ſit præter ammonios & eos qui ab his audierūt: nulli alii qcq̄ habent dicere. Nam neq; ad ammonios peruenerunt: neque retro reuerterunt. Ab ipſis autem ammoniis id demum ferᵗ: cum illi ex urbe daſi per harenam iter facerent: Iamq; medio fere ſpatio inter oaſim & ammonios pranderent: Ingruisſe magnum ac ualidum auſtrum: & ingeſtis harenæ cumulis eos obruisſe: atq; hunc in modum illos e conſpectu ſublatos. Ita actum eſſe de hoc exercitu ammonii memorant. Cambyſe memphim regreſſo Apis quem græci uocant Epaphon apparuit: Aegyptii ubi Apis extitit ueſtimenta q̄pulcherrima ferre: & celebrando feſto operam dare. Id tunc facientes ægyptios Cambyſes intuens: ratuſq; ob res a ſe male geſtas prorſus illos eſſe in his gaudiis præpoſitos: accerſit memphis: quos ubi præſto fuerunt interrogat quid ita cum antea ſe apud mēphī agente nunq̄ aliquid tale feciſſent: nunc id facerent. Poſteaq̄ ipſe rediiſſet parte copiarum amiſſa: Illi dicere dum ipſis deus appareret (Longo autem temporis interuallo apparere ſolitū) tunc omnes ægyptios ſolennem celebrare lætitiam. Hæc ubi audiit Cambyſes mentiri eos reſpondit: ac tanq̄ mentientes morte mulctauit. His interemptis iuſſit ſacerdotes ī cōſpectū uenire. Quibus eadem referentibus dixit. Si quis deus manſuetus ad ægyptios ueniret fore ut ſe non lateret. Hactenus locutus iuſſit ſacerdotes adducere Apim: Illi ad eum adducēdum perrexerunt. Eſt autem hic Apis: idemq; Epaphus e uacca genitus: quæ nullū dū aliū pōt concipere fœtum: quam ægyptii aiunt fulgure ictā cōcipere ex eo Apim. Habet hic uitulus qui appellatur Apis hæc ſigna. Toto corpore eſt niger: in frontē habēs cādorē figuræ quadratæ: In tergo effigiē aq̄læ: cātharum in palato: duplices in cauda pilos. Poſteaq̄ Apim ſacerdotes adduxere: Cambyſes ueluti uecordior educto mucrone cum uellet ferire uentrem: femur percuſſit: chachināſq; ad ſacerdotes inquit. O capita nequā huiuſcemodi dii exiſtūt

ſanguine atq; carne prædiți: & ferrum ſẽtientes dignus nimiq; ægyptiis hic deus nos certe me ludibrio habuiſſe non iuuabit. Hæc locutus imperauit his: quos; numerus erat ut ſacerdotes quidem flagris cæderent. Aegyptios autem: ut quenq; feriãte adipiſcerentur occiderent: Ita feſtum ſolutum eſt: Sacerdotes mulctati: Apis ſauciatus femur in templo iacens extabuit: quẽ e uulnere extinctum cumulauere ſacerdotes clam Cambyſe. Ob hoc ſcelus ut ægyptii aiunt continuo Cambyſes inſanuit: cum ne quidem compos mentis fuiſſet exorſus primum perpetrãſ facinus ĩ Smerdim ex eiſdem ſibi parentibus fratrem: quem ex ægypto ſmiſerat in perſas liuore commotus q; ſolus ille perſarum arcum: quem Ichthyophagi ab Aethiope attulerant ad duos digitos traheret: quod nemo alius e perſis poterat. Smerdi in perſidem profecto hanc uidit in ſomnis Cãbyſes uiſionem. Nuncius quidam e perſis ueniens ei nunciaſ eſt uiſus Smerdim in regio ſedentem ſolio cælum contingeſ uertice. Ob id Cambyſes ſibi metuens ne ſe necato a ffe occuparetur imperium: mittit in perſas ad illum interimẽdum Prexaſpem ſibi ex omnibus perſis uirum fideliſſimum. Hic ubi ſuſa conſcendit Smerdim necandum curauit: ut quidã aiunt cum eum eduxiſſet uenatum: quidam ĩquiunt cum ad mare rubrum produxiſſet ibi eum demerſiſſe. Et hoc quidẽ mitium ſcelerum Cambyſis extitiſſe. Secundum autem ſcelus ſororis necationem in ægyptum eum ſecutæ: quæ ex eiſdem parentibus erat ſoror atq; eadem uxor: quam hunc ĩ modum acceperat uxorem. Cum antehac perſæ ſorores in matrimonium accipere nequaq̃ conſueuiſſent: Cambyſes unius ſororũ amore captus: cupiduſq; deinde ducendi illam uxorem cum propter rei inſolentiam laboraret efficere: accerſiit eos: qui regii iudices nominantur. Fiunt autem regii iudices delecti e perſis uiri: ſuntq; perpetui niſi delicti alicuius comperti fuerint. Iſti apud perſas ius dicunt: & legum patriarum ſunt interpretes: & ad eos omnia referuntur. Has Cambyſes perconctatur nũ qua lex ſit: quæ ſinat uolentem cum ſorore cõtrahere matrimonium: iudices & iuſte & ingenue reſpõdẽtes

proponunt. Eſt autem monumentum in artemiſū ad ſiniſtrā intrantibus olea illic ſuperenata. Hoc honore ab incolis deli afficiuntur hæ uirgines. Aiunt iidem Argen & Opin uirgines ex hyperboreis eorundem hominum ætate in delum ueniſſe etiam priores Hyperocha :& Laodice: & has quidē ueniſſe ad reddendum Lucinæ tributum pro partu maturando quod inſtituerant. Argen uero & Opin una cum ipſis deis aduenisſe :& honoribus aliis ante illas fuiſſe donatas. Ad eas enim congregari cœtum mulierum: quæ hymnum canant ab Olene lycio conditum :In quo hymno nomina Arges:& Opis nuncupantur .Deinde a deliis edoctos inſulanos: & iones cœtus agere inſtituiſſe:& nominatim Argen & Opin decantare. Hic Olene lycia profectus: alios quoq; uetuſtos fecit hymnos: q̄ cantantur in delo dum cinis: qui ſupra ſepulchrum & Arges & Opis diſpergitur ſuper infinitam ægrotorum turbam: qui ad aram ſunt .Eſt autem ſepulchrum earum poſt artemiſū ad auroram ſpectās proxime ceorum cœnaculum. Hactenus de hyperboreis dictum ſit. Nam de fabula Abaris: qui fertur eſſe hyperboreus nihil dico :qui ſagittam dicitur per uniuerſā terram circuntuliſſe nihil comedens. Quod ſi qui ſunt hyperborei :ideſt ſuperaquilonares :erunt & alii hypernotii: ideſt ſuperauſtrales. Nam nempe rideo cum multos uideo iā deſcripſiſſe ambitum terræ nullum habentes in exponendo ſēſum: qui oceanum ſcribunt circūfluere terram tanq̄ torno facta eſſet orbiculatam :& aſiam facientes europæ parem. Nam ego ſingularum magnitudinem breui patefaciam :& quantæ ſunt ſingula ad deſcribendum :ubi perſæ incolunt: id ad auſtrale protenditur mare: quod dicitur rubrum. Super hos ad uentum aquilonem habitant medi: ſuper medos ſapires: ſup ſapires colchi ad ſeptentrionale pertingentes mare :in quod influit flumen phaſis .Hæ quattuor nationes a mari ad mare incolunt. Dehinc ueſperam uerſus ab ea duæ oræ terrarum ad mare protenduntur :quas ego exponam .Hinc qua ad aquilonem uergit ora una a phaſi incipiens porrigitur ad mare p pontum: & helleſpontum uſq; ad ſigæū troicum. Qua uero

ad auſtrum uergit eadem ora a ſinu maryādico: qui phœnici adiacet tenditur ſecundum mare ad promontorium uſq; triopium. Incolunt autem in ora hac hominum nationes triginta. Talis eſt una ora: Altera uero a perſis incipiens porrigit ad rubrum mare: quod & perſicum uocatur: deinde gradatī aſſyria atq; inde arabica: deſinitq; ī ſinu arabico: & ſi non deſineret niſi ob id quod Darius e nilo riuos in illum ſinum induxit a perſis ad phœnicem tractus amplus eſt ac multus. A phœnice hæc ora tendit ſecundum hoc mare per ſyriam & palæſtinam: & ægyptum: in qua terminatur. Intra quam tres ſunt omnino nationes. atq; hæ ſunt quæ a perſis occaſū uerſus in aſia continentur. Quæ ſupra perſas ſunt & medos: & ſapires: & colchos auroram uerſus & Solem orientē hinc mari rubro alluuntur. Aquilonē uerſus a mari caſpio & fluīe araxe: qui contra Solem orientem fluit. India tenus habitat aſia. Illinc iam auroram uerſus deſerta ſunt: nec qualia ſint dicere quiſq; poteſt. Et aſia quidem talis & tanta eſt. Aphrica autem ab altera ora eſt. Ab ægypto enim iam excipitur. Hæc ora circa ægyptum iam anguſta eſt: Nam ab hoc mari ad rubrum intercapedinis eſt centum milium ulnarum: quæ mille ſtadia. Ab his deīceps anguſtiis ſpacioſa ſane ora excipit: quæ aphricana dicitur. Itaq; admiror eos qui diſterminarunt atq; diſtinxerunt aphricam: aſiam: europam: inter quas non parū eſt differentiæ. Siquidem europa longitudine quidem cæteras aſſequitur: longitudine uero non uidetur mihi comparari digna. Nam aphrica ſeipſam monſtrat circūfluam mari eſſe excepto duntaxat ubi aſiæ contermina eſt. Neco ægyptiorum rege eorum quos nouimus primo in hoc demonſtrando. Is poſtq; deſtitit a deprimenda foſſa a nilo ad arabicum ſinum miſit nauibus quoſdam phœnices præcipiens ut tranſuecti columnas herculeas penetrarent ad ſeptētrionale uſq; mare. Atq; ita ad ægyptum remearent. Phœnices igitur e rubro mari ſoluentes abierunt in mar̄ auſtrale: qui poſtq; autumnus aduenerat applicitis ad terram nauibus ſementem faciebant: ut aſſidue aphricani legerent ac meſſem expectarent. Deinde

meſſo frumento nauigabāt. Ita biennio cōſūpto ad herculeas columnas. Anno tertio declinantes in ægyptum remearunt referentes quæ apud me fidem non habent forte apud aliquē lium præterentes aphricam ſe habuiſſe Solem ad dexterā. Atq; hunc in modum aphrica primum eſt cognita. Secundo loco fuere carthaginenſes: qui dicerent quendam Epiſaſpem Teaſpis filium uirum achæmenidem: qui aphricam non pernauigauit cum eſſet ad hoc ipſum miſſus: ſed cum nauigationis longitudine: tum terræ ſolitudine deterritus retro rediit non impleto labore: quem ei mater iniunxerat. Etenim uitiauerat filiam uirginem Zopyri filii Megabyſi: quem ob hanc cauſam a Xerxe rege ſuffigendum cruci, mater ſua: quæ fuerat Darii ſoror liberauit: q; diceret ſe maius illi ſupplicium irrogaturam: q̄ rex pararet. Quippe neceſſe ei fore pernauigaſſ omnem aphricam dum perueniret ad arabicum ſinum. His annuente Xerxe Sataſpes in ægyptum abiit: ſūptaq; illic naue ac ſocios nauigāuit ad columnas Herculis: quibus tramiſſis circūuectus aphricæ promontorium nomine ſoloen in meridiem curſum tenebat: Emēſuſq; permultum maris ītra complures menſes cum aſſidue pluri tempore opus eſſet cōuerſo curſu in ægyptum rediit. Et illinc ad regem Xerxem regreſſus aiebat ſe in prænauiganda remotiſſima: ad quam ierīt ora uidiſſe homines puſillos phœnicea utentes ueſte: q; quotiens ipſi terræ nauim applicarent: ad montes ſe fuga proriperent relictis urbibus. Ipſos autem illos ingreſſos nihil iniuriæ ītuliſſe: pecora tm̄ illīc excepiſſe. Quod autē totā aphricā non pernauigaſſent: hanc cauſam afferebat: q; nauigium ulterius procedere non poſſet: ſed retineretur. Hunc Xerxes negans locutum uera: q; certamen ſibi propoſitum non exoluiſſet: in crucem ſuſtulit irrogata q̄ deſtinauerat pœna. Huius Sataſpis eunuchus audita domini nece: ſamum cum magna pecunia profugit: quam ſamius quidam interuertit. Eius nomen cum ſciam: tamen uolens obliuiſcor. Aſiæ bona pars a Dario inueſtigata eſt. Is cupidus cognoſcendi ubinam indus: qui ſecundus omnium fluminum crocodilos præſtat:

mare influat. misit nauibus cum alios quosdam : quos uera renunciaturos confidebat: Tum Scylacem quendam caryandem. Isti e caspatyro urbe:& e terra pactyia soluentes secundo flumine auroram uersus atq; Solem orientem nauigantē in mare .Dehinc per ipsum per mare triceſimo demum mēſe tenuerunt eum locum :unde rex ægyptiorum eos phœnices : quos antea dixi miserat ad aphricam pernauigandum. Post horum prænauigationem Darius indos subegit : & eo mari potitus est .Ita asiam præter eam quæ orientem Solem spectat compertum est parem aphricæ esse. Europæ a nemine inuestigatum est :neq; qua ad orientem :neq; qua ad aquilonē uergit an mari claudatur. Longitudine tamen cognoscitur ad utranq; accedere .Neq; possum coniectura colligere unde sit : ut cum una sit terra trifaria sint ei nomina indita e mulierū cognominibus :eiusq; fines ponantur .Nilus fluuius ægyptiacus :& phasis colchicus :Alii aiunt esse fines tanaim :& mæotidem fretumq; cimmerium:sed negant se audisse nomina eorum qui hæc distinxerunt: & unde nomina imposuerint. Iam enim libya quidem idest aphrica a pleriſq; græcor fertur sortita nomen a Libya quadam muliere indigena . Asiæ uero ab uxore Promethei: quanq̄ lydi hoc sibi nomen uindicāt asserentes ab Asio Manei filio asiam appellatam non ab uxore Promethei. Vnde & sardibus familiam quandam esse uocatā asiadem. Europa autem neq; an sit mari circūflua:neq; unde hoc nomen acceperit:neq; quis nominis auctor extiterit ab aliquo mortalium compertum est :nisi dicimus ab Europa tyria nomē accepisse regionem:nec ante sicut cæteras nomē habuisse . Tamen illam ex asia fuisse constat :neq; in hanc commeasse terrā:quæ nūc a græcis uocatur europa:sed e phœnice tantum in cretam:& e creta ī aphricam. Hæc hactenus de his dicta sunt .Nam quæ sentimus de his hæc dicimus .Pontus euxinus in quem Darius fecit expeditionem nationes exhibet omnium imperitissimas :scythica duntaxat excepta . Nullius enim nationis eorum :quæ sunt intra pontum aut aliquid ad sapientiam pertinens proferre possumus :aut aliquem uirum

pro erudito habitū nouimus: præter Scythicam: & Anacharsī. In gente scythica ex omnibus humanis negociis unum maximum quantum nos scimus excogitatum est. Nam cætera non admiror quod maximum ab eis excogitatum id est: ut neque quispiam qui ad eos se contulerit aufugere: neq; ipsi capi possint: aut ne inueniri quidem si nolīt atq; deprehēdi. Siquidem nullæ sunt eis urbes: nulla mœnia extructa: domos secum ferunt singuli: equestresq; sunt sagittarii non pane uictitantes: sed ex pecoribus: pro domibus plaustra habentes quidni imbelles: alioquin futuri & ad dimicandum inhabiles. Hæc sunt ab eis inuenta cum opportunitate terræ: tū fluminū beneficio. Nam hæc terra cum sit campestris sua spōte: uliginosa est & humida: eamque interfluunt flumina non multo pauciora numero q̄ in ægypto fossæ: quorum quæ sunt celeberrima & a mari nauigabilia ea recensebo. Ister quinq; hostia habens. Post hunc tyres: & hypanis: & borysthenes: & pāticapes: & hypacyris: & gerris: & tanais. Isti horsum fluunt. At ister omnium quos nouimus fluuiorum maximus sēper sibi ipsi par tā æstate q̄ hyeme fluit ab hespero primus omnium qui sunt in scythia ob id omnium maximus: q; alii ī eum influunt: qui ipsum ingentem reddunt per scythiam delapsi numero quinq;. Vnus quem porata scythæ appellāt: græci pyreton: alter tiarātus: tertius ararus: quartus napares: quintus ordessus. Horum primo loco dictus fluuius magnus est ad auroram fluens cum istri aqua communicat: minor est tiarantus ad hesperum magis uergens. Inter quos cæteri fluentes ararus naparis & ordessus in istrum infunduntur. Hi sunt uernaculi scythiæ amnes qui illum augent. In quem etiam euoluuntur. Ex agathyrsis quidem fluens unus maris. Ex æmi uero iugi tres: alii ingentes ad aquilonem uentum atlas & auras & tibisis. Per thraciam uero & crobyzos thraces athrys: & nœas & artanes: & ex pæoniis ac monte rhodope medium interscindens æmum scius. Quin ex illyriis in aquilonem tendens angrus planiciem triballiam interfluens: bongrum intrat. Bongrus iste istrum. Ita utrunque per se

magnum iſter excipit. Præterea ex ombricorũ regione carmis: & alius ad uentum aquilonem alpis ĩ iſtrum exeunt. Omnẽ enim europam iſter emetitur ſumpto ex celtis initio: qui oĩ/um in europa ad Solis occaſum extremi ſunt. Poſt cynetas: totamq; permẽſus europam ex tranſuerſo ingreditur ſcythiã his quæ dixi fluminibus: & aliis multis aquas ferentibus: iſter fit omnium maximus. Quod ſi alterius cum alterius aqua comparetur: profecto nilus copia aquæ antecellit: q̃ in eum nullus neque fluuius neque fons ingrediens ad incremen/tum aquæ confert. Quod autem iſter ſibi ſemper par fluit tam æſtate q̃ hyeme: ob id fit (ut mihi uidetur) q̃ hyeme eſt quantus eſt aliquantulo maior q̃ ſua natura fert. Nam p hyemem paululum ĩ ea regione pluit: ſed ubi ningit. Aeſtate uero nix quæ ſub hyemen decidit per multa undiq; in iſtrum liquefacta dilabitur: eumq; implet. nec ipſa ſolum: ſed cum ea imbres multi atq; uehementes. Quippe per æſtatem pluit quo tempore quanto plus aquæ Sol ad ſe attrahit q̃ hyeme: tanto plus aquæ cum iſtro miſcetur æſtate q̃ hyeme. Ita cum paria faciat iſter datis aquis & acceptis fit ut ſemper uideatur ſibi eſſe ſimilis. Ex fluminibus ergo quæ apud ſcythas ſunt: unum eſt iſter. poſt hunc cyres qui ab aquilone means ortũ trahit ex ingenti palude: quæ ſcythicam terram a nebride ſe/parat. Ad oſtium huius incolunt græci: qui tyritæ uocãtur. Tertium flumen eſt hypanis ex ſcythia ueniens: & ex magna palude profluens circũ quam paſcuntur equi ſilueſtres can/didi: rectęq; uocatur hæc palus mater hypanis. Ex hac igitur ortus hypanis fluit fere quinq; dierum nauigatione anguſtus & adhuc dulcis: ſed mox quattuor a mari dierum nauigatõe ſane q̃amarus propter amarum: qui in eum influit fontem: adeo inquam amarum: ut cum ſit exigua magnitudine: tam̃ inficiat hypanim flumen in paucis magnum. Eſt autem hic fons in finibus regionis ſcytharum aratorum: & alizonũ eodẽ nomine: quo locus unde emanat. Scythica lingua exampæus ideſt ſacræ uiæ apud alizonas contrahitur terminos ſuos tyres & hypanis: mox deiñ ĩ diuerſum abeũtes mediã ĩtercapedinẽ

laxant. Quartus fluuius eſt boryſthenes ſecūdum iſtos oīum maximus: ut & noſtra ſententia non modo ſcythicorum fluuiorum longe uberrimus: ſed etiam cæteris uberior: præter ægyptium nilum: cum quo non licet alium comparare. Cæterorum uberrimus eſt boryſthenes: paſcua præbens amœniſſima: & accommodatiſſima pecoribus: nec non optimorum ac ſingularium affatim piſcium: idem ad potandum ſuauiſſimus liquidus inter turbidos fluens: iuxta quem ſementis optima fit: & herba non ſatiua etiam altiſſima. In cuius quoq; oſtio ingens uis ſalis ſua ſponte concreſcit. Præbet idem īgētia cete ad ſalſuram ſpinis carentia: quæ antaceos appellant. Alia præterea præſtat admiratione digna. Quadraginta dierū nauigatione uſq; ad locum nomine gerrum cognoſcitur ab aquilone fluēs. Supiora p quæ fluīt: nēo hoīum eloq̄ pōt. Apparet tam̄ fluēs per ſolitudinem ad ſcytharum agricolantium plagam. Nam hi ſcythæ decem dierum nauigatione accolūt hoc flumen. Cuius tantum ac nili fontes nec ipſe poſſum: nec ullum græcorum reor poſſe dicere. Idem cum ad mare aduēniat hypanis: cum eo miſcetur eodem ī loco mare irrumpēs. Quod inter hos amnes in confluentem tendentes intercapedinis eſt hippoleo promontorium uocitatur: ubi delubrum Cereris extructum eſt. Vltra quod delubrum ſub hypani incolunt boryſthenitæ. Hactenus quæ ab his fluuiis ſunt. Poſt hos alius qui quintus eſt nomine panticapes: & ipſe ab aquilone fluens atq; e palude. Inter quem & boryſthenem incolūt ſcythæ agricolatores: idem in hylæam īgreditur: qua trāſmiſſa boryſtheni immiſcetur. Sextus eſt hypacaris: qui e palude manans medioſq; ſcythas pecuarios influens in mare euoluit iuxta carcinitim oppidum ad dexteram coercens: hylæam & curſum: qui dicitur Achillis. Septimus eſt gerrus nomen a loco optinens: qui a boryſthene dirimitur circa ea loca: apud quæ boryſthenes cognoſcitur: cui loco nomen eſt gerro: diſterminatq; regionem ſcytharum pecuariorum: ac regiorum: & dum in mare fluit: in hypacarim dilabitur. Octauus eſt tanais qui ſuperius e uaſta palude profluens: in aliam ne uaſtiorem

diffunditur nomine mæotim : quæ diſcludit regios ſcythas a ſarmatis. In hunc Tanaim alius influit nomine Hyrgis . Ita ſcythæ celeberrimis amnibus muniti ſunt . Gramen quod in ſcythia germinat: omnium quæ nos nouimus germinum ari-diſſimum ē: quod ita ſe habere diſſectis pecoribus licet diſcernere. Et ea quidem quæ maxima ſunt ita apud eos abundat. Cætera autem uulgaria ſunt. Atq; hunc in modum res ſunt eis inſtitutæ. Deorum hos ſolos propiciantur: Veſtam ante omnes: Deinde Iouem ac Tellurē: exiſtimātes Tellurē Iouis coniugem eſſe. Poſt hos Apollinem & cæleſtem Venerem & Martem & Herculem. hos cuncti ſcythæ deos arbitrātur. Sed qui regii ſcythæ uocātur: etiam Neptuno ſacrificant : appellantes Veſtam līgua ſua labiti: Iouem papæū mea ſētētia rectiſſīe: Tellurē Apiam: Apollinē Oetoſyrū: cæleſtem Venerē Arginipaſam : Neptunū Thagimaſam. Simulacra & aras & delubra facienda non putāt præterq̄ Marti . Idem ſacrificiū prorſus apud omnia templa fieri eodem modo eſt inſtitutū: qui talis ē . Victima ipſa primoribus implicita pedibus ſiſtitur: Cuius a tergo ſtant īmolator amota in primis inſula pecudem ferit: eaq; concidēte deum inuocat: cui illam mactat . Deinde circundat laqueum collo: tum iniecto baculo circunducit hoſtiamq; ſtrangulat non incenſo īgni: nō uotis nuncupatis: non sūptis libamentis: Sed ubi pecudē ſtrāgulauit: eiq; pellem detraxit: ad cocturam ſe conuertit. Verum cum ſcythica regio lignoꝝ ſit admodum inops: hoc ab illis ad carnem coquēdam excogitatum eſt. Vbi uictimam pelle denudarunt: denudant quoq; oſſa carnibus: dehinc illas in lebetes eius gentis leſbiis crateribus aſſimiles : niſi q̄ ſunt multo capaciores iniiciunt . Subiectis atq; ſuccēſis oſſibus hoſtiarum coquunt . Si autem nō affuerit lebes omnes carnes hoſtiarum ī aluos illarū & cum aqua cōmiſcēt: atq; oſſa ſuccēdūt : quibus pulcherrime ardētibus & aluis facile capientibus carnes oſſibus ſeparatas: ita fit ut bos ſe ipſe coquat : & item cætera pecora immolata per ſemet ipſum quodq; elixum ſit. Coctis carnibus is qui immolauit earum atq; inteſtinorum li-

bamenta ante ſe porricit. Immolant autem cum alia pecora: cum præcipue equos. Et aliis quidem diis hunc in modum & alias pecudes immolant. Marti uero ſic priſco ritu apud quoſq; tale extruitur templum. Sarmentorum faſces aggeruntur trium in longum latumq; ſtadiorum minoris tamen ſublimitatis: deſuper quadrata planicies efficitur. Tria latera prærupta ſunt: quarum accliue per quod aſcendatur. Eo quot annis comportant centum quīquaginta plauſtra ſarmentorum. Nam ſemper propter cæli tempeſtatem illa marceſcunt. Sub hoc aggeſtu ferreus Acinacis: qui ſingulis uetuſtus eſt ſtatuitur. Idq; eſt Martis ſimulacrum: cui annuas hoſtias offerunt cum aliorum pecorum tum equorū: & plus huic Acinaci q̄ cæteris diis. Ex captiuis centeſimum quenq; immolant non eodem quo pecora modo: ſed diuerſo. Nā ubi eorū capitibus uinū libauerīt: ipſos ad quoddam uas mactant: Dehinc eiſdem in congeriem ſarmentorum ſublatis Acinacem cruore perfundunt. Hæc quidē ſupra conferunt: Inferius autem ad templum illa faciunt. Virorum interemptorum omnes humeros dextros præcidūt: quos una cum manibus in aerem iaciunt: quocunq; deciderit manus ibi iacet: & ſeorſum mortuus. Cæteris deinde ſolennibus confectis abeunt: Et ſacrificia quidem hæc ab eis ſunt inſtituta. Sues pro nihilo putant: quos nec alere omnino in ſua regione uolunt. Quæ uero ad bellum attinent: hunc in modum ſunt ab eis comparata. Quem primum uirum ceperit uir ſcytha: eius ſāguiné potat: quoſcūq; ī prælio interemerit: eorum capita regi offert. Nam capite allato fit prædæ quancunq; ceperit particeps: alioquin expers. Caput hoc modo præcidit: ī orbem illud amputat circa aures: uerticeq; ſūpto excutit. Deīde pellem detrahit: & ubi ſicut bouis corium manibus molliuit: tanq̄ mātile poſſidet: eaq; ex habenis equi ſui appenſa gloriatur: qualia mantilia ut quiſq; plurima habeat: Ita uir iudicatur præſtantiſſimus. Sunt quoq; multi qui coria hæc humana tanq̄ brutorum conſuant: quibus pro amiculis induantur. Multi

etiam cæſorum hoſtium manus dextras cum unguibus excoriant: eiuſque opercula pharetrarum integunt. Eſt autem inter omnia coria humanum fere & craſſum maxime & candore ſplendidum. Multi totos homines excoriatos & ſuper ligna extentos ſupra equos circunferunt. Hæc ab illis in mores ſunt recepta. Non tamen de omnium ſed de inimiciſſimorum capitibus hoc faciunt: ut illud quiſq; infra ſupercilia reciſum prorſus excuteret: & crudo tantum bouis corio ſi pauper ſit. Sin diues non modo exterius inducat bouino corio: uerum etiam interius inauret: & ſic uterque pro poculo utatur. Idem agunt de familiaribus ſi inter eos extiterint diſcordiæ dum apud regem uictoria ſint potiti. Hæc capita hoſpitibus qui ad eos ueniunt uiri alicuius exiſtimationis exhibent: referuntque illos cum eſſent domeſtici: & ad pugnam laceſſiſſent ab ipſis eſſe ſuperatos. Id ſtrennuitatis loco ponentes ſemel quot annis ſinguli regionum principes miſcent uinum crateri: de quo ſcythæ omnes hoſtium homicidæ bibunt: nemo guſtat qui nihil præclari operis ediderit: ſed ſine honore ſeorſum ſedet: quæ res apud eos maximæ eſt ignominiæ. Qui uero complures cædes fecerunt: hi duobus pariter cuos habent calicibus potant. Apud coſdem permulti ſunt uaticinatores: qui cum pluribus uirgis ſalignis diuinant. Ad hunc modum grādes uirgarum faſces cum attulerunt humi poſitos diſſoluunt: ac ſeparatim ponentes illarum ſingulas uaticinantur. At hæc dicendo uiceuerſa uirgas prehendunt: & rurſus ſingillatim componunt. Hæc eſt illis tradita a maioribus diuinatio. Sed enaries qui ſunt androgyni aiunt ſibi a Venere traditam diuinationem tiliæ frō de uaticinantes. Tiliam ubi quis trifariam ſciderit digitis ſuis eam amplicando ac reſoluendo tractat: atque hunc in modum uaticinantur. Horum tres maxime probatos accerſit rex quotiens ægrotat. Cui iſti fere ſemper dicunt hunc aut illum ciuem. Nomināt autem hominem de quo loquūtur peieraſſe iurantem per regium ſolium. Eſt autem ſcy-

this mos plerunque iurandi per regium ſolium cum maxi-
mum uolunt interponere iuſiurandum : protinuſque is
quem dixerint peieraſſe adductus coarguitur ſcientia diui-
nandi tanq̃ comparatus falſo deieraſſe per regium ſolium
& ob id regem ægrotare . Si ille inficias ſe negat peie-
raſſe : atque rem graviter fert : rex duplum uaticinorum
accerſit . Qui inſpecta diuinandi ratione ſi & ipſi homi-
nem periurii conuicerint : ſine mora caput excidunt : eiuſ-
que facultates inter ſe partiuntur primi uaticini . Sin ue-
ro illi qui ſuperuenerunt uaticini homines abſoluerint : Alii
atque alii præſto ſunt : quorum ſi plures abſoluerint: decer-
nitur primis illis uaticinis eſſe pereundum : eoſque hunc in
modum necant . Plauſtrum concameratum ubi ſarmentis
referſerunt bobuſque iunxerunt : uaticinos pedibus implica-
tis & manibus poſt tergum reuinctis atque ore obſtructo
extendunt in medium ſarmentorum : incenſiſque ſarmentis
territando agitant boues . Quorum boum multi cum ua-
ticinis concremantur : Multi ambuſti utique cremato plau-
ſtri temone aufugiunt . Hoc quem dixi modo uaticinos
comburunt etiam ob alias cauſas : appellantque pſeudo-
mantias : id eſt falſos uaticinos . Sed quos morte rex afficit:
eorum ne liberos quidem relinquitur : ſed uniuerſos mare:
interficit : Fœminis nihil læſis fœdera cũ quibuſcunque i ns
eũt ſcythæ . hoc mõ ieũt . Infuſo ĩ grãdẽ calicẽ fictilẽ uino-
cõmiſcent eorum ſanguinem qui feriunt fœdus percutientes
cultello aut incidentes gladio aliquantulum corporis . De-
inde in calice tingunt Acinacem : ſagittas ſecurim : iaculum
Hæc ubi fecerunt ſeſe multis uerbis deuouent : poſtea ui-
num epotant non modo ii qui fœdus fecerunt : ſed eti-
am comites hi qui ſunt maximæ dignitatis Regum ſe-
pulcra apud Gerros ſunt : ubi Soryſthenes iam nauigabi-
lis eſt . Ibi cum rex eorum deceſſit : in gentem ſcrobem
effodiunt forma quadrata . Hoc ubi præpararunt: accipi-
unt mortuum corpore incærato : aluo euulſa atque ex-

purgata: quam ſilere contuſo & thyamate apiiq; ſemine & anneſi cum expleuerunt reſuunt rurſus: Impoſitumq; plauſtro cadauer ad aliam gentem ferunt: quod qui excipiunt: eadem agunt: quæ regii ſcythæ: aurem decidunt: crinem circuntondent: brachia circuncidunt: frontem naſumq; cõſauciant: ſiniſtram manum ſagittis traiiciunt. Poſtmodum regis cadauer carpento ferunt ad aliam gentem: cui imperitant: quæ ipſos comitatur ad eos unde primum uenerant. Vbi iam mortuum circumferẽtes luſtrauerunt ſingulas gẽtes quibus īperauit apud eos deponũt qui ī extremis habitãt: & in ſepulcris: quem poſtq̃ ſuper torum in loculo uiderũt: haſtis hinc atq; hinc defixis deſuper ligna diſponunt: deinde pallio contegunt. In reliqua loculi ſpacioſitate aliquam eius pallacum ſtrangulatam ſepeliunt: & eum qui uina miſcebat & coquum & equi agazonem: & miniſtrum: & qui erat a nunciis nec non equos & aliarum rerum omnium primitias: quin etiam phialas aureas. Nam argenteum aut æreum nihil in uſu habent. His actis humum certatim atq; auide iniiciunt cupientes tumulum q̃maximum efficere. Circumacto anno rurſus hoc agunt: e famulis regis intimos ſumunt. Sunt autem famuli regum ingenui ſcythæ & quos ipſe rex iuſſerit. Nam nullus uenalitius ei miniſtrat. Horum miniſtrorum quinquaginta cum ſtrangulauerunt ac totidem præſtantiſſimos equos eductis inteſtinis expurgatus paleis implet ac conſumit. Et ubi dimidiũ fornicis ſuper duo ligna reſupinatũ ſtatuerĩt: alterũq; dimidium ſuper altera duo ligna: & item alia multa huiuſcemodi defixerint: tum ſuper ea equos imponunt craſſis tignis in longum ad ceruicem uſque traiectos: Ita ut priores fornices ſuſtineant armos equorum: poſteriores uero iuxta femora ſuſcipiant uteros utriſque cruribus ſuperne pendentibus. Equos infrenant eorumq; habenas ad palos extentas alligant. Dehinc ſuper eorum ſingulos ſtatuunt ſingulos quinquaginta iuuenum ſtrangulatorum hunc in modum. Vnicuique eorum rectum ſtipitem per ſpinam

ad ceruicem uſque tranſfigũt: quod inferius ſtipitis extat ulti
mum infigunt tigno illi quo equus tranſiectus eſt. His
equitibus ſepulchro circumpoſitis abeunt. Hunc in modũ
reges ſepeliunt. Alios autem ſcythas cum deceſſerũt proxi
mi quique in plauſtris collocatos ad amicos circumferunt.
Eos ſinguli amicorum excipientes epulum cadauer comitan
tibus præbent tam propinquis q̃ cæteris. Ad hunc modum
quadraginta diebus priuati homines circumaguntur: dehinc
humantur: tali tamẽ ratione prius purgati. Vbi caput exina
niueruntq; abluerũtq;: circa corpus ita agunt: tria ligna ſta
tuunt mutuo inclinata. circa hæc prætendunt lanea pilea q̃
maxime poſſunt conſtipantes et in ſcapham ĩ medio ligno
rum pileorumq; poſitam lapides cõficiunt ex igne perſpicu
os. Naſcitur autem apud eos cannabis lino ſimillima præ
terq̃ craſſitudine ac magnitudine. Sed q̃ noſtra eſt mul
to præſtantior uel ſua ſponte naſcens uel ſata: ex qua thra
ces ueſtimenta cõficiũt lineis ſimillima: quæ niſi quis admo
dum terat linea ſint an cãnabacea non queat dignoſcere: &
qui non uiderit cãnabem extimet lineum eſſe ueſtimentum.
Huius cannabis ſumptum ſemen ſcythæ ſub pileis occulunt
ſupra lapides igni perſpicuos. Vnde fit thymiana tantũ red
dens uaporem quantum apud græcos nullum thuribulum
reddit. Hoc odore ſtupentes ſcythæ eiulãt: quod apud ip
ſos loco lauacri eſt. Neque enim lauant omnino corpus. Sed
uxores eorum infundentes aquam corpora ad lapidem ali
quem ſcabrũ cõterũt cypreſſo & cedro & thuris ligno. Deĩ
de perfrictum corpus cum ĩtumuerit: illud faciemq; medica
mentis oblinũt. Id eas ſimul bene olentes facit: Simul poſte
ro die medicamentis amotis mundas ac ſplendidas. Externis
hi ritibus uti magnopere cauent: ne mutuo quidem inter ſe:
ſed græcorum præcipue utiq; poſteaq̃ deprehenderũt Ana
charſim & deinde iterum Scylem: Siquidem Anacharſis cum
multum orbis terrarum contemplatus eſſet: & multum in
ſapiẽtia ꝓfeciſſet: eã ad moꝛs ſcytharum ptulit. Is dũ ĩ helle
ſpõtũ nauigãs tenuiſſet cyzicũ: uouit matri deoꝝ (Offẽdit. n.

cyzicenos eius diẽ feſtũ magnifico ſane apparatu celebrãtes) ſi ſaluus ſoſpeſq; domum reuertiſſet ſacrificaturum ſe eodẽ ritu quo cyzicenos ſacrificantes uidiſſet: & peruigilium noctis iſtituturum cum abiiſſet in ſcythiam uenit ad locum qui dicit hylæa iuxta Achillis curſũ ſita ubiq; omnifariis arboribus referta. In hanc abſtrudens ſe Anacharſis omnem feſti cerimoniam deæ perſoluit tympanũ tenens exutiſq; ſimulacris. Hæc eum agentem quidam ſcytha animaduertens indicium detulit Sauleo regi. Rex cum & ipſe contuliſſet ſe eo: & Anacharſim ea facientem inſpexiſſet excuſſa ſagitta necauit. Et nunc ſi qs de Anacharſi interrogat: ſcythæ negant ſe nouiſſe hominem ob id quod in græciam peregrinatus eſt: externoſq; ſit mores ſectatus: licet (ut ego accepi) tutor fuerit Tymnis filii Spargapithis: patruuſq; Indathyrſi ſcytharum regis filius Gnuri: nepos Lyci: pronepos Spargapithis. Itaq; ſi ex hac familia extitit Anacharſis: conſtat eum a patruele fuiſſe interemptum. Indathyrſus enim fuit filius Saulei. Sauleus autem fuit qui Anacharſim interemit: Quanq̃ & aliud quiddam peloponnenſes audiui referentes Anacharſim ab rege ſcytharum miſſum græciæ factum eſſe diſcipulum: & cum rurſus rediſſet: dixiſſe ad eum qui ſe miſerat cunctos græcos eſſe in omni ſapiẽtia occupatos lacedæmoniis exceptis: qui ſoli rationem haberent dandi & accipiendi prudenter. Verum hæc narratio aliter ab ipſis græcis deluſa eſt. Hic igitur uir (quemadmodũ antea dictum eſt) mortem oppetiit: & ipſe quidem ita egit propter externos ritus: & græcorum conſuetudinem. Multis autem ſane annis poſtea interiectis ita paſſus eſt Scyles Aripithis filius. Etenim Aripithes ſcytharum rex cum alios multos filios: tum Scylem ſuſtulit ex uxore iſtrina haudquaq̃ indigena: quæ filium græcam linguam litteraſq; edocuit. Interiecto deinde tempore Aripithe per dolum occiſo a Spargapithe agathyrſorum rege: Scyles regnum ſuſcepit: & uxorem patris nomine Opœam. Erat autẽ Opœa hæc ciuis: ex qua erat Ariapithæ filius Orichus. Scyli ĩgnũ ſcythaq; optinẽti: ſcythicus tñ uiuẽdi mos nihil prſus cordi erat: ſed græcus

in quo fuerat imbutus a puero .Ideoq; multo magis ad hũc exercendum ſe cõuertebat . Vtiq; cum ad urbẽ boryſthenitaꝝ ſcythicum ducebat exercitum .Boryſthenitæ autem ſe a mileſiis aiũt eſſe oriũdos. Ad hos quotiẽs Scyles ueniebat relicto ĩ ſuburbanis exercitu ipſe muros ĩgreſſus portas obſerabat depoſita ſcythica ſtola græcum ſumebat ueſtimentum :& eo indutus per forum ſpatiabatur :nullo neque ſatellitum:neque populi comitatu appoſitis qui portas cuſtodirent : ne quis ſcytharum cerneret eum geſtantem huiuſmodi ſtolam : & cum cæteris græcorum inſtitutis utebatur tum in faciendis deorum ſactis .Et cum ibi tempus menſtruum aut amplius triuerat : abſcedebat ĩduta ſibi ſcythica ſtola. Idq; ſæpenumero faciebat extructis ſibi ædibus illic:& uxore illinc accepta . Sed cum foret ei male euenturum ex hac occaſione male euenit . Affectanti ei Dionyſum bacchanalem initiari ac hoſtiã initiationis iamiam ſumpturo in manibus oblatum eſt ingẽs oſtentum. Erant ei in urbe boryſthenitarum circũ ædes ſuas: quarum pauloante habui mentionem magnas atq; magnificas e lapide candido ſphynges & grypes ſtantes: In has ædes deus fulmen iaculatus eſt :totæq; deflagrauerunt. Scyles nihilominus initiationem peragit .Enimuero ſcythæ græcis probro dant bacchanandi conſuetudinem negantes eſſe credibile deum inueniſſe quo homines ad dementiam adigantur. Poſteaq̃ bacchanalibus ſacris initiatus eſt Scyles :quidam boryſthenitarum ſcythis indicium detulit inquiens. Vos quidem ſcythæ nos irridetis q̃ bacchanalia agamus :q̃q; nos deus occupet . At nũc demum hic ueſtrum quoq; regem occupauit. Nam bacchanalia exercet a deo in dementiam actus : Quod ſi mihi non habetis fidem :ſequimini me rem uobis oſtenſurum . Primores ſcytharum hominem ſecuti ſunt:quos boryſthenita ille deductos clanculum ĩ turri collocauit. Vbi affuit Scyles cum thiaſo:ideſt cum choro illo bacchabundus. Scythæ eo conſpecto rem ingentis calamitatis eſſe duxerunt: digreſſiq; ea quæ uiderãt omni exercitu uindicarũt. Poſt hæc ubi ad larẽs ſuos rẽdiit Scyles:defecerũt ab eo ſcythæ delecto fĩe eius

Octamasade ex filia Teris genito. Scyles cognito quid de se fieret: & quam ob causam profugit in thraciam. Id cum audisset Octamasades cum exercitu aduersus thraciam cõtẽdit: cui ad istrum progresso thraces occurrerunt: & dum cõflicturi erant: Sitalces ad Octamasadem misit caduceatorem cum his mandatis: Quid opus est inter nos tentare fortunam? Tu quidem sororis meæ es filius: sed habes germanum meum: quem si mihi reddideris: ego uicissim tradam Scylem tibi. Ita neq; tu: neq; ego periclitabor exercitu. Erat autem apud Octamasadem frater Sitalcis ab eo profugus. Hanc a Sitalce oblatam conditionem Octamasades accepit: redditoq; Sitalci fratre: eodemq; auunculo suo: Scylem recepit fratrem. Et Sitalces quidem recepto fratre reduxit exercitum. Octamasades autem eodem die caput Scyli dempsit. Adeo sua instituta scythæ obseruant: & his qui externos ritus asciscunt: tales irrogant pœnas. Multitudinem scytharum non potui exacte indagare: cum de eius numero uaria referentes audiam: & permultos illos: & rursus paucos esse utiq; scythas. Quantum autem sub aspectum meum uenit: est inter boryslhenem: & hypanim flumina locus nomine exampæos: cuius etiam aliq̃to antea habuimus mentionem: cum dicebam fontem eo esse aquæ amaræ hypanim: in quem fluit impotabilem r̃ddentis. Hoc in loco iacet ahenum sexies tm̃ q̃ crater: qui est in hostio ponti a Pausania Cleobroti filio dedicatus: quod si quis non inspexit: hunc ei in modum declarabo. Sexcentarum est amphorarum facile capax: crassitudine digitorum sex. Id aiunt indigenæ ex aculeis sagittarum esse factum. Regem enim suũ nomine Arantem cum numerum scytharum inire uellet iussisse singulos scythas conferre singulos sagittarum aculeos: proposita morte ei qui non ferret: Ita magnam uim collatã esse aculeorum: & ex his aliquod confectum opus placuisse ei ꝑ monum̃to relinquere: atque inde feciſſe id ahenum: & in hoc exampæo dedicasse. Hoc de multitudine scytharum audiebam. Hæc regio miracula nulla habet præter flumina cum multo maxima: tum numero plurima. Si quid tamen

præter flumia & magnitudinem campi exhibetur admiratõe dignum. Id dicetur ueſtigium Herculis oſtẽdunt petræ impreſſum uirili ueſtigio ſimile bicubitali magnitudine iuxta fluuium tyrem. Et hoc ita ſe habet. Redeo ad eam quam ab initio inſtitueram orationem. Dario aduerſus ſcythas exercitũ comparanti: dimiſſis nunciis ad imperandum alius ut peditatum: aliis ut claſſem præſtarent: aliis ut boſporum thracium iungerent. Artabanus Hyſtaſpis filius Darii frater nolebat illum ullo pacto ſcythis inferre bellum commemorans ſcytharum inopiam: utilia ſuadens: cum tamen non perſuaderet illi: deſtitit a diſſuadendo. Darius ubi omnia ei in expedito fuere: copias eduxit ex urbe ſuſis. Ibi eum Oebazus quidam perſa: cui tres filii erant omnes in militiam euntes obſecrabat ut unum ſibi ex illis relinqueret. Cui Darius tanq̃ amico & modeſta obſecranti: reſpondit ſe omnes eius liberos relicturum. Eo reſponſo Oebazus magnopere lætabatur ſperans liberos ſuos miſſionem habere militiæ. At ille præpoſitos filiis Oebazi iuſſit ut omnes eos interimerent. Ita filii Oebazi obtruncati illic ſunt relicti. Darius ſuſis mouens peruenit ad boſporum calchedonis: ubi pons iungebatur. Illic conſcenſa naui tranſmiſit in inſulas nomine cyaneas: quas græci prius errabundas fuiſſe aiunt. Ibi ſedens in templo ſubiiciebat oculis pontum rem ſpectaculo dignam. Nam inter omnia maria eſt maxime admirabile: Cuius lõgitudo eſt undecim milium accentum ſtadiorum. latitudo qua latiſſimum eſt trium milium ducentorum. Huius pelagi os latitudinis eſt quattuor ſtadiorum: longitudo oris: quod eſt collum: quæ boſporus dicitur: ubi pons connectebatur circiter centum uiginti ſtadia ad propontidem uſque pertingens. Propontis autem quingentorum ſtadiorum eſt: mille & quadringentorum longitudinis influens in helleſpontum. Ipſe helleſpõtus ubi anguſtiſſimus ſtadiis ſeptem: quadringentis longus: intrans pelagi uaſtitatem: quod ægæum uocatur. Hæc autem ita dimenſa ſunt. Nauis fere meat omnino ſeptuaginta milia paſſuum longo die: nocte uero

ſexaginta. Itaq; a faucibus ponti phaſim: hoc eſt enim ponti longiſſimum nouem dierum eſt nauigatio: & octo noctium: quæ fiunt paſſuum trecenta ac tria milia. Stadiorū uero tria milia: & trecenta. Hunc igitur in modum pōtus ac boſporus & helleſpontus a me dimenſa ſunt: & ſecundum ea quæ dixi ſitum habent. Quin etiam pontus hic paludem habet influẽtem in ſe non multo q̄ ipſe eſt minorem: quæ mæotis appellatur: & mater ponti. Darius ubi pontem contemplatus eſt: renauigauit ad pontem: cuius architectus extitit Mandrocles ſamius. Contemplatus item boſporum duos ſuper eum cippos erexit e candido lapide litteris inciſis: unum quidem aſſyriis: alterum uero græcis omnes gẽtes quas ſecum ducebat: (Ducebat autem omnes quibus imperabat) continẽtibus numero ſeptingẽta milia hominum cum equitatu præter claſſẽ: quæ conſtabat e nauibus ſexcentis. His poſtea cippis bizantii in urbem ſuam tranſlatis uſi ſunt ad arā Dianæ erectæ præter unum lapidem: qui iuxta Bacchi delubrum in eadem urbe relictus eſt: litteris aſſyriis oppletus. Boſpori locus: quem rex Darius ponte commiſit: coniectanti mihi uidetur medius iter byzantium & templum: quod ſupra fauces eſt. Poſt hæc Darius pōte ſublicio delectatus: auctorem eius Mandroclem ſamium donauit decuplo. Ex cuius primitiis Mandrocles pictis animalibus commiſſionem boſpori & regem Darium medico ſolio ſedentem ac ſuas copias traducentem effinxit: eamq; picturam templo Iunonis dedicauit cum hac inſcriptione. Qui rate piſtoſum coniunxit boſporum implens Darei regis uota iubentis opus: Iunoni Mandrocles hæc monumenta dicauit: Eſſet honor ſamiis: unde corona ſibi. Hæc igit monumenta extiterunt eius qui pontem compegit. Quem ubi remũeratus ẽ Darius: trāſmiſit ī europā iuſſis ionibus nauigaſſ ī pōtū uſq; ad iſtr. Atq; ubi eo pueniſſēt ſe illic præſtolari fluuiū pōte iungẽtes. Ducebāt. n. claſſẽ iones & æoles & helleſpōtii. Hi præteruecti cyaneas recta ad iſtrum nauigaſt: ſubuectiq; duorum dierum itinere a marī ad fauces flumini: ubi in diuerſa ſcinditur: Illud ponte iunguṅt. Darius

trāſmiſſo per ratem boſporo faciebat per thraciam iter: & cū ad fōtes teari amnis peruentum eſt: triduo hic habuit ſtatiua. Tearus fertur ab accolis omnium amnium eſſe optimus cū ad alios morbos: tum ad ſcabiem curandam uel hominū uel equorum. Eius fontes duodequadraginta ſunt ex eadem petra manantes partim frigidi: partim calidi. Ad hos tantundē uiæ eſt a Iunonis templo eius urbis: quæ iuxta perinthum ē: & apoloniæ: quæ eſt ī ponto euxino duorum dierum utraq; . Fluit autem tearus hic in flumen contadeſtum: contadeſtus in agrianem: agrianes in hebrum: hebrus in mare iuxta urbē aenum. Ad hunc igitur amnem cum peruenisſet Darius: caſtraq; poſuiſſet oblectatus amne cippum erexit his litteris inſcriptum. Teari amnis capita optimam aquam atq; pulcherrimam cunctorum amnium continent: & ad ea peruenit exercitū ducens aduerſus ſcythas uir optimus atq; pulcherrimus cunctorum hominum Darius Hyſtaſpis filius perſaq; cunctæque continentis rex. Hæc ſunt illic inſcripta. Darius hinc mouens uenit ad alium amnem nomine artiſcum: qui per odryſes fluit: quo ubi peruenit ita agendum ſibi putauit. Oſtenſo certo loco copiis ſuis iuſſit illic ſingulos quoſq; prætereuntes ponere ſingulos lapides. Id cum omnis exercitus feciſſet: grandes acerui lapidum affecti ſunt: quibus relictis Darius illinc mouit: Sed priuſq̄ ad iſtrum peruenirent primos ſubegit getas: qui immortales agunt. Nam thraces qui ſalmydeſum: quiq; ſupra apolloniam: & meſambriam urbem incolūt: & qui ſcyrmiadæ & nipſæi uocantur ſine pugna ſeſe Dario dediderunt. Getæ uero per imperitiam reſiſtentes in ſeruitutē redacti ſunt cū ſīt fortiſſimi thracū: atq; iuſtiſſimi. Immortalem autem agunt hoc modo: q̄ ſe mori non putant: ſed eum qui defunctus eſt meare ad Salmoxin dæmonem: quem nonnulli eorum opinantur eundem eſſe Beleizen. Ad hunc mittunt aſſidue cum naui quinque remigum nuncium quempiam ex ſeipſis forte delectum præcipientes ea quibus ſēper indigent: eūq; ita mittūt. Quibuſdā eoꝝ datur negocium ut tria iacula teneant: aliiſue

comprehenſis eius qui ad Salmoxin mittitur: manibus: pedibuſq; hominem agitantes in ſublime iactent ad iacula. Qui ſi impræſentiarum extinguitur: propitium ſibi deū arbitrantur: ſin minus ipſum nuncium inſimulant aſſeuerantēs malum illum eſſe uirum. Hoc inſimulato alium mittunt dantes adhuc uiuenti mandata. Iidem thraces dum tonat: fulguratq; in cælum ſagittas excutiunt deo minitantes: q; nullum alium deum præter ſuum eſſe arbitrantur. Verum (ut ego a græcis accepi) helleſpontum: & pontum incolentibus Salmoxis hic homo fuit: ſamiq; ſeruitutem ſeruiuit Pythagoræ Mneſarchi filio. Illinc nactus libertatem cum multum pecuniæ comparaſſet in patriam rediit: qui cum animaduerteret thraces male uiuentes: & inſcite ipſe edoctus ionicum uiuendi genus & mores q̄ thracum liberaliores: ut qui conuerſatus eſſet cum græcis: cumq; Pythagora non infirmiſſimo inter græcos ſophiſta: domicilium extruxit: in quod primos quoſq; populariū in conuiuium accipiebat: & inter conuiuādum docebat: neq; ſe neq; ſuos conuiuas: neq; illos qui illic aſſidue gignerentur interire: ſed in eum locum ire: ubi ſuperſtites ſemper omnium bonorum compotes eſſent. Dum ea quæ commemorata ſunt agit atq; dicit: interim ſuperterraneum ædificiū ſtruit. Quo prorſus abſoluto e thracum conſpectu ſe ſubducit deſcendens in illud ſubterraneum ædificium: Vbi circiter triennium degit deſiderantibus eum thracibus ac deflentibus tanq̄ mortuum. Quarto anno ſe eiſdem in conſpectum dedit: atq; ita credibilia ſunt effecta: quæ illis expoſuerat. Hæc Salmoxin aiunt feciſſe. Cuius de ſubterraneo ædificio neq; ualde credo: ſed multis eum antea Pythagoram annis extitiſſe: qui ſiue quis homo fuit: ſiue quis eſt dæmon getarum īdigena ualeat. Getæ hoc ritu utentes ubi ſunt a perſis ſubacti cæterum ſunt exercitum ſecuti. Darius ubi ad iſtrum uenit & una pedeſtres copiæ cunctiq; flumen tranſmiſerunt: tunc uero iuſſit iones poſtq̄ ratem ſoluiſſent ſequi ſe pedeſtri itinere cum nauticis copiis. Qui cum ratem ſoluturi eſſent: & imperata facturi: Cœs Rexādri filius mytilenæoꝝ præfectus

ter apud Darium uerba fecit. Sciscitatus antea nūquid ei gratum foret audire sententiam dicere uolētis. Cum aduersus eam terram rex facias expeditionem in qua fertur nihil arari: nullas urbes coli: finito nunc pontem hoc loci stare relictis ad eius tutelam custodibus iis qui eum compegerūt: per quē siue ex sententia rem geremus scythis inuentis: siue illos inuenire nequibimus tutus nobis sit reditus. Neq; enim uereor ne prælio commisso a scythis uertamur in fugam: sed potius eis non inuentis aliquid patiamur erratici. At enim credat mi quispiam mea ipsius causa hæc dicere ut hic subsistam. Ego uero quod in tuam rem esse sentio rex: id in mediū profero. Ipse te sequi uolo: neq; hic relinqui. Delectatus admodum eo consilio Darius ita respondit. Hospes lesbie fac ōnino cum sospes domū rediero præsto mihi sis: ut te ob egregium consilium egregiis factis remunerer. Hæc locutus ubi sexaginta nobis lorum innodauit accitis ad colloquium tyrannis ionibus ita locutus ē. Viri Iones quam prius habuerā de ponte sententiam eam missam facio. Vos sumpto loro hæc ita uelim agatis. Quo ex tempore uideritis me raptissime iter intendentem in scythas: ex eo tempore incipiētes soluite singulis diebus singulos nodos: Intra quod tempus nisi affuero sed dies nodorum exierit: uela facite in patriam uestram. Interea quoniam consilium mutaui agite: custodiam ratis & omne studium illi & conseruandæ & tuendæ adhibētes: quod facientes maiorem in modū mihi gratificabimini. Hæc locutus Darius promouet exercitum. Thracia tellus in mare tendens scythicæ prætenditur qua sinum faciente scythica excipit. & illic ister mare subit hostio inuentum eurū conuerso. Quod autem ab istro soli scythici secundum mare est: Id metiendo indicare aggrediar. Ab istro hæc iam uetus scythia est ad meridiē uersus austrum proposita usq; ad urbē carcinitidem: eiusdem deinceps quod ad mare fert montuosæ regionis & in pōtum porrectum incolit gens taurica cherronneso tenus nomine trechea id est aspera. Hæc ad mare pertingit: quod aduentum subsolanum uergit. Sūt autē

finium ſcythiæ partes duæ ferentes ad maria: una ad meridianum: altera ad orientale quod admodum atticæ regionis atq; ſimilium q; ſic partem ſcythiæ tauri ĩcolunt: ut ſi atticæ iugũ ſuniacum alia gens non athenienſes incoleret: quod a tribu thorica uſq; ad anaphlyſtam magis in pontum porrigit promontorium. Talis é ut parua cũ magnis comparem taurica regio. Qui autem non eſt hanc atticæ partem præteruectus: huic alio modo planum faciam. Vt ſi iapygiæ non iapyges: ſed alia gens imperans eam diuiſa terra a brunduſio uſq; tarẽtũ & ꝓmõtoriũ ĩcoleret. Cũ hæc duo dico: multa alia ſimilia dico: quibus taurica gẽs ẽ cõparãda. A gẽte taurica deĩceps ſcythæ ſupra tauros & orientale uerſus mare ĩcolũt: quæ boſpori cimerii ſunt ad ueſperã uergentia: & quæ paludis mæotidos tanai tenus qui influit in huius paludis ſeceſſum. Itaque ab iſtro iam quæ ſuperiora ſunt ferentia in mediterranea diſcludunt ſcythiam ab agathyrſis: deinde a neuris: deinde ab androphagis: poſtremo a melanchlænis. Itaq; ſcythiæ ueluti formæ quadratæ duæ partes quæ ad mare pertingunt: altera ad mediterranea fert: altera maritima uſq; quaq;: ſunt pares. Nam ab iſtro ad boryſthenem decem dierum eſt iter. Tantundem a boryſthene ad mæotidem paludem. A mari mediterranea uerſus uſq; ad melanchlænos uiginti dierum iter. Supputantur autem a me in ſingulos dies itineris ducẽa ſtadia. Ita tranſuerſa ſcythiæ erunt quatuor milium ſtadiorũ recta: quæ ad mediterranea ferũt totidem ſtadiorũ. Tantæ é hæc terra magnitudinis. Scythæ inter ſe collocuti cum ſoli ĩpares eſſent copiis Darii prælio repellẽdis nũcios ad finitimos miſere. Eorum reges ubi cõuenere conſultabant ut ſit ingẽti exercitu inuadente. Erant autem qui cõuenerãt reges taurorum & agathyrſorũ & neurorũ & androphagorũ & melanchlænorũ & gelonorũ & budinorũ & ſauromatarũ. E quibus tauri huiuſmõi moribus utũt. Virgini naufragos ĩmolãt: & quoſcunq; græcos illuc delatos. Hoc mõ poſtq̃ preces peregerint: hominis caput claua feriũt: trũcũ eius quidam aiunt ꝓturbari e rupe. Nam in rupe prærupta tẽplũ eſt eorum ſitũ:

truci affigunt caput. Quidam de capite ſuffigēdo cōſētiūt: ſed trūcū e præcipitio deiici negant: ſed humo cōtegi dicūt. Dæmonem cui immolant ipſi tauri aiūt eſſe Iphigeniam Agamemnonis filiam. In hoſtes quos ceperint hoc agunt amputatum quiſque caput hoſtis domum reportat: fuſti ſuffixum admodum ſublimē ſupra tecta ſtatuit: & plerūq; ſupra fumarium. Ideo in ſublimi locantes q̄ dicant eos totius domus eſſe cuſtodes. Viuunt autem e rapto & ex bello. At agathyrſi excultiſſimi uiri ſunt: & aur̄ plerūq; geſtantes in cōmune cū mulieribus coeunt: ut inter ſe germani ſint ac domeſtici omnes: nihil neq; liuoribus: neq; odii mutuo exercentes. Cætera ad thracum cōſuetudinē accedentes. Neuri ſcythicis utūt̄ moribus: qui una ante Darii expeditionē ætate coacti fuerant ſolum uertere ꝓpter ſerpentes. Nam ſerpētū cum magna uis ex ipſorum ſolo eſt edita: tum maior ſuperne e locis deſertis ingruerat: quibus uſq; adeo infeſtati ſunt: ut relicto ſuo ſolo cū budinis habitauerint. Iidem periculum faciunt ſe homines eſſe maleficos: q̄ dicunt̄ a ſcythis & ab iis qui in ſcythia incolunt græcis ſemel quot annis ſīguli ad aliquot dies effici lupi: & rurſus in priſtinum habitū redire: quod tamē dicētes mihi nō perſuadēt. Nihilominus ipſi tamē aiunt ita eſſe ac deierāt. Androphagi agreſtiſſimos oīum hominū mores habent: non iudiciis: nō legibus utētes pecuariam exercētes: ueſtem ſcythicæ ſimilem geſtātes: propriam linguam habētes. Melanchlæni omnes induměta nigra gerūt: unde & cognomentum habēt. Qui ſoli ex his humana carne ueſcuntur: īſtitutis ſcythicis utētes. Budini ingens natio atq; numeroſa uehemēte ceſiis oculis omnis ac ruſa: quor̄ urbs nomīe gelonus e materia conſtructa eſt muro alto e materia toto: cuius ſingula latera tricenor̄ ſtadior̄ ſūt magnitudinis. Aedes quoq; cū priuatæ tum ſacræ ſūt e materia. Nam uiſūt̄ ibi deor̄ græcor̄ tēpla græcanice extructa ſimulacris aris delubris ligneis. Libero trieterica id eſt trienalia agūt: & bacchanalia exercent. Quippe geloni quondā græci fuere: ſed ſūmoti īter budinos habitauerūt līgua partī

ſcythica: partim græca utẽtes. Budini a gelonis & lĩgua & uictu ſunt diſpares. Nam cum indigenæ ſint pecuariæ operã dãt: ſoliq; eius regionis pedunculos edunt. Geloni agriculturæ operam dãtes frumento uictitant: & hortos poſſident nihil illis neq; aſpectu neq; colore ſimili. Budini a græcis geloni uocãt non recte uocãtibus. Hoꝝ regio omnis ẽ arboribus frequẽs: & ubiq; plurimum cõſita: ubi eſt lacus ingẽs & multus & palus ac multum circa arundinis. Ex quo lacu lutriæ capiuntur & caſtores & aliæ feræ forma oris q̃drata: quoꝝ pelles ad renones faciendos conſuuntur: & teſticuli ad curanda poſteriora ſunt. De ſauromatis ita memoratur. Dum græci prælianti ſunt cum amazonibus: quas ſcythæ æorpata uocant: quod nomen poteſt tranſferri uiricidæ. æor enĩ uiꝝ uocant: pata autem occidere. Ferũtur poſt victoriam prælii ad thermodõtem facti abiiſſe portãtes tribus in nauibus q̃ſcunq; potuere ex amazonibus capere. Quibus illæ in pelago inſidiatæ cũctos trucidauere. Sed cum naues haberent incognitas: nec gubernaculo aut uelis aut remis uti ſcirent: interfectis uiris ferebãt ſecundum tempeſtatem & uentũ. Delataq; ſunt ad paludis mæotidis prærupta: quæ ſcythaꝝ liberoꝝ telluris ſũt. Ibi e nauibus egreſſæ amazones ad loca habitata iter habẽtes: quaꝝ primam nactæ ſunt equoꝝ poliam diripiunt: cõſcenduntq; & obequitantes e ſcythis prædas agunt. Scythæ quid hoc rei eſſet coniicere nequibant: cum neq; uocem neq; ueſtẽ neq; gẽtem agnoſcerent: admirabundi unde uenirent: rati cunctos eſſe uiros eiuſdem ætatis. Sed cõmiſſa cum eis pugna potiti cadaueribus illaꝝ: ita demũ nouerũt fœminas eſſe. Itaq; conſilio habito uiſum eſt eis nullo pacto poſthac quãpiam illaꝝ eſſe occidendum: ſed ex ſe qui maxime iuuenes eſſent ad eas mittendũ eodẽ numero quo illas eſſe coniectabant: qui ſua prope eaꝝ caſtra haberẽt: & eadem quæ illæ facerent: ſi inuaderẽt pugnarent: neu ſupterfugerent: ubi ſubſiſterent illæ: & ipſi ꝓxime accedẽtes caſtra ponerẽt. Hoc ſcythæ iccirco decreuerunt: q̃ plem ex illis ſuſcipere cupiebant. Adoleſcẽtes qui miſſi ſũt mandata peregerũt. Quos ubi amazones i-

tellexerũt neutiq̃ ad ſe lædẽdas ueniſſe ualere ſinebãt. Quotidie tamen caſtra caſtris propius admouebãtur: ne ipſi quidẽ adoleſcentes aliquid habebant quemadmodum amazoẽs præter arma & equos: & eandem quã illæ uitam uiuebãt uenãdo atq; prædãdo. Circa meridiẽ amazones ſolebãt aut ſingulæ aut binæ ſepatĩ a ĩliquis ad uẽtrẽ leuã dũ lõgius uagari. Ea re ſcythæ cognita & ipſi item faciunt. Quoꝝ cuidam una illaꝝ quæ ſoliuaga erat propinq̃ cũ fuiſſet nõ ſe auertit: ſed de colloquendo deliberabat: nec appellare poterat eum quo cum non eſſet prius congreſſa: tamen manu ſignificauit: ut ad eundem locum poſtridue rediret: adducto ſecũ altero ut duo eſſent ſe quoq; alteram adducturam. Digreſſus ab ea adoleſcens hæc enarrat cæteris, poſteroq; die ſocium ſecũ ducẽs ad locũ præſto fuit ac repperit amazonem expectãtem ſociã. Eius rei certiores facti reliqui adoleſcentes & ipſi ſeducũt cæteras. Poſt hæc cõmixtis caſtris pariter habitant: eam quiſq; uxorem cum qua primum coierat habentes. Earum uocem cum ipſi diſcere nõ poſſent: ipſoꝝ illæ diſcebant. Et cũ utriq; ĩter ſe cõueniſſẽt: uiri ad amazones ita dixerunt. Nobis parentes ſunt pariter & facultates. Proinde non agamus diutius hãc uitam: ſed hinc digreſſi in hominum frequentia degamus: ubi uos habebimus uxores neq̃quam alias. Ad hæc illæ reſponderunt. Nos uero non poſſumus ueſtris cum fœminis habitare: quibus nõ iidem qui nobis ſũt mores. Hos enim arcu tela excutimus: & iaculamur & equitamus muliebria opera indoctæ. Veſtræ fœminæ nihil eoꝝ quæ recenſuimus ſed opera muliebria factitant: deſidẽtes in plauſtris nõ ad uenationem atq; ad alia huiuſmodi ꝓdeũtes. Proinde nõ poſſumus illis eſſe ſimiles. Quod ſi uobis cordi ẽ habere nos coniuges & uiros uos uideri eſſe iuſtiſſimos: Ite ad parentes ueſtros: & facultatum ſortiti partem rurſus redite. Ita ſẽoti ab illis habitabimus. Id approbantes ita fecere adoleſcẽtes: acceptaq; facultatum: quæ ipſis contingebat portiõe: rurſus ad amazones redierunt. Ad quos illæ dũplex inquiũt metus nos tenet in his locis habitãdi: unus ꝙ nos parẽtibus ueſtris

priuauimus : alter q̄ terrā ueſtrā magnope uaſtauimus . Sed quoniā dignamini nos habere uxores: hoc una nobiſcū agatis. Agedum p̄ficiſcamur e regione hac & tanai tranſmiſſo illic habitemus . Huic quoq; rei obtēperauere adoleſcētes : Tra-iectoq; tanai & a tanai triū dier̄ orientem uerſus totidemq; a mæotide palude & aquilonem itinere cōfecto peruenerūt ad eum locū : quem nūc incolūt: ibiq; ſubſederūt . Ideoq; priſca cōſuetudine uiuendi fœminæ ſauromatar̄ utūtur . Venatum una cum uiris ac ſine uiris eunt equis īſidētes : atq; adeo in prælium eandem quam uiri ſtolam ferūt . Sauromatæ putantur lingua ſcythica ſolœcizare: id eſt corrupte uti : q̄ eā ab ītitio nō p̄be didicere amazones. Quod ad cōiugia ptinet : ita ab eis eſt inſtitutū. Nulla uirgo nubit priuſq̄ aliquē hoſtiū interemerit . Ideoq; nō nullæ ear̄ decedūt iam uetulæ anteq̄ nubant : q̄ legi ſatiſſacere nequeāt . Ad har̄ igitur q̄s dixi gētium coactos r̄ges nūcii ſcythar̄ cū p̄ueniſſēt : certiores eos fecerunt perſam ubi omnia quæ ſunt in interiore continente in ſuam ditionē redegit . Faucibus boſpori ponte iunctis in citeriorem traieciſſe cōtinentem . Subactiſq; illic thracibus fluuium iſtrum iunxiſſe animo hæc omnia in ſua redigendi poteſtate. Proinde uos inquiūt nolite ullo pacto de medio cedere ſinentes ad p̄niciem nos deuenire : ſed idem ſētientes obuiam eamus inuadenti . Quod niſi facitis nos in ultimum diſcrimē adducti: aut r̄gionem deſeremus : aut manētes deditionē faciemus . Quid enī cladē ſubeamus nolētibus uobis auxilio nobis eſſe: quāq̄ nō commodius agetur uobiſcū : aduerſus quos non minus uenit perſa q̄ aduerſus nos : neq; nos ſubegiſſe cōtētus a uobis abſtinebit . Cuius rei magnū hoc accipite documentū q̄ ſi nobis ſolis inferret ille bellum aīmo ſuperioris ſeruitutis ulciſcendæ : debebat a cæteris omnibus abſtinere : & ſic in noſtrā tēdere r̄gionē oſtendēs omnibus ſe aduerſū nos non aduerſum alios ire . At nūc ubi primū traiecit in hāc cōtinētem ut quiſq; ſibi occurrit pacat cæteros ueluti thraces: & nobis cōfines getas ſuo ſubiectos imperio habet . Hæc cū ſcythæ denūciaſſēt ii qui e natioībus uenerāt ges deliberabāt: ſed

Hæc ī iones ſcythæ probra iaciunt. Darius per thraciā iter faciens ſetum cheronneſi peruenit: atq; illinc in aſiam nauibus ipſe trāſiuit rlicto ī europa exercitus duce Megabyzo uiro perſa: cui Darius aliquādo hūc honorem habuit: ut hoc uerbum ĩter perſas diceret: tum eſſet eſurus mala puīca: ſimulac primum malum aperuit interrogatus a fratre Artabāo nunquid tantum hominum ſibi optaret quantum illic eſſet acinos: reſpondit ſe præoptare tot ſibi eſſe Megabyzos q̄ græciam ſubditā. His uerbis apud perſas hominem honorauit: quem tūc prætorem reliquit cum octoginta milibus militū. Megabyzus autem hic immortalem ſui memoriam apud helleſpontios rliquit. Hoc dicto quod cū apud bizantium agēs audiſſet calchedonios decem & ſeptem annis ante bizantios urbem cōdidiſſe: īquit calchedoīos eo tempore cæcos fuiſſe: qui cum pulchrior adeſſet locus ad urbem condēdam: neq; quam turpiorem elegiſſent niſi cæci fuiſſent. Hic igitur Megabyzus in helleſpōtia plaga pro prætore rlictus: eos qui diuerſas a medis ptiū erāt ſubigebat: & iſte quidē talia agebat.

Er idem autem tempus alia ingēs aduerſos pœnos extitit expeditio ob eā quam ego cōmemorabo cauſam his prius expoſitis. Argonautas poſteri cū a pelaſgis qui fœminas athenienſium ex brayrone prædati ſunt: eſſent eiecti e lemno lacedæmonē nauigauerunt: conſidenteſq; apud taygetum ignes accenderūt: quos lacedæmonii cum aſpexiſſent: nuncium miſere ſciſcitatum quinam & unde eſſent. Illi nūcio ſciſcitanti reſponderunt ſe minyas eſſe ab his heroibus oriūdos: qui in argo nauigaſſēt: quiq; cum lemnum appulliſſent illic eos procreaſſent. Hanc orationem ſtirpis minyarum cum audiſſēt lacedæmonii miſſo iterum nuncio ſciſcitantur quid ſi ſibi uelit ipſorum aduentus atq; ignis accenſio. Illi uero ſe reſpōdēt a pelaſgis eiectos redire ad parentes. æquiſſimum enī id factu eſſe: orareq; ut ſibi liceret una cum eis habitare: tum honorum tū agrorum participes. Eos reciperе ī ea quæ ipſi uellēt lacedæmōnii placuit cū ob alia ad hoc ſciēdū inductis: tum præcipue q̄ tyndaridæ Caſtor & Pollux

lata eſt ſẽtentiæ Miltiadæ. Aeolum uero unus affuit qui eſſet auctoritatis Ariſtagoras cymæus. Hi poſteaq; Hiſtiæi probauere ſententiam: hoc ſibi agendũ dicẽdũq; cenſuerũt: ut põtẽ quidem ab ulteriore ipſa eatenus ſoluerent: ut extra ſagittæ iactũ eſſẽt: ne nihil facere uiderẽtur: cũ tamẽ nihil facerent: ne ue ſcythæ uim afferre tẽtarent: & Iſtrum ponte trãſire: ſed ſoluẽtes illinc põtem quaſi omnia ad uotum ſcythas facerent. Hoc ſẽtẽtiæ Hiſtiæi addendũ cum decreuiſſẽt: ita p uniuerſis ad ſcythas Hiſtiæus uerba fecit. Viri ſcythæ iocũdã nobis rẽ attuliſtis & opportune ĩſtatis. Atq; ut uos nobis p be uiam oſtẽditis: ita nos uobis obſequẽter obtẽperabimus. Vt enim cernitis traiectum reſcĩdimus adhibituri omnẽ diligentiam cupiditate aſſequẽdæ libertatis. Cæteq; dũ nos hæc diſſoluimus: Interea nos illos ĩquirere tẽpus admonet: & inuentos tam ueſtro q̃ noſtro noĩe ita ulciſci ut merent. Scythæ ionibus iterum fidem habentes tanq̃ uera elocutis: ad inquirendos perſas reuerterũt: atq; ab omni illoq; itinere abe rarunt. Ipſi ſibi huius rei cauſa q; pabula equoq; illis in locis corruperãt: fõteſq; obſtruxerant: quod niſi feciſſent: facile ſi uoluiſſent perſas inuenturi. Nũc ita faciẽdo uiſi ſibi ſunt optĩe cõſuluiſſe: ob quæ tamẽ eos res fruſtrata eſt. Quippe in ſua regione eã partẽ cõſectãtes in q̃ cibaria equis atq; aquæ forẽt hoſtẽ indagabant: rati illum eadẽ pte fugam intẽdiſſe. At ille obſeruato quod prius tenuerat itinere abierat: atq; ita quoq; ægre traiectus ĩpperit locũ. & cũ noctu puriſſet nactus põtẽ ſolutum animo prorſus cõcidit: ueritus ne ſe relicto iones abiſſent. Erat apud Darium ægyptius quidam omnium hominum uocaliſſimus. Hunc Darius ſupra ripam iſtri poſitum iubet ĩclamare Hiſtiæum mileſiũ. Hiſtæus eũ ſæpius inclamãtẽ: ad primam tamẽ inclamationẽ exaudiẽs: omnes naues admouit: & ad traiiciendum exercitum põtem iunxit. Atq; hunc in modum perſæ profugerunt: quos indagantes ſcythæ iteq; aberrauerũt: & ob id ioẽs tãq̃ nõ liberos ſed peſſiõs & ignauiſſiõs oĩũ hoĩum iudicãt: deq; eis tãq̃ de ſeruis loquẽtes: mãcipia dnõs amantia eẽ aiũt: & ĩſectatiõe digniſſios

batis autem androphagis hostē in neuridem ducunt. Neuris quoq; consternatis tendunt subterfugiendo ire ad agathyrsos. Agathyrsi cernentes fugati finitimos a scythis ac perturbatos: priusq̄ a scythis ager ipsoꝝ inuaderet̄: misso caduceatore scythis ingressu suoꝝ finiū prohibent prædicentes si conaretur ĩuadere agrū suū: cum eis primū se prælio cōmissuros. Hoc interminati agathyrsi in fines procurrunt animo arcēdi ingredi uolentes. At melanchlæni & ādrophagi & neuri inuadentibus persis una cum scythis neq; uiriū neq; minarum memores: sed timore perculsi fugam capesserunt: aquilonem uersus ac solitudinem. Scythæ partim ad agathyrsos iam nō recusantes societatem se cōferebant: partim e neuride regione in suas persas præbant. Id cū diu factitaretur neq; desisteretur: Darius ad Idanthyrsū scythaꝝ regē missō equite inquit. Viroꝝ dæmonie id est beate quid assidue fugā facis cū liceat tibi hoc facere alterutrū? Si tibi uideris idoneus ad desistendum negociis meis: siste discursū: ac perstās mecū fac prælium. Sin agnoscis te imparem esse: sic quoq; siste cursum: & hero tuo munera offerens terram atque aquam: in colloquiū ueni. Ad hæc scythaꝝ rex Idāthyrsus ita respōdit. Sic res meæ habent o persa ut neq; ullum mortalium ego metuens antefugerim: neq; nūc fugiam te: neq; quicq̄ faciam diuersum nūc atq; in pace facere cōsueuerā. Quod autē non protinus tecū ineo prælium: huius rei te certiorem faciam. Nobis neq; oppida sūt neq; agri culti quoꝝ uel amittendorū uel uastādoꝝ metu propereūs uobiscū cōserere pugnam: ad quam si opus est cōtinuo deuenire sūt paterna sepulcra: quæ agedum inueneritis temptate labefactare: & tunc intelligetis pugnaturi uobiscū simus pro sepulcris nec ne: prius autē nisi nos ratio traxerit: tecū prælium nō cōsercūs. Hacteūs quod ad pacē pertinet dictū sit. Quod autem ad cætera ego solos mihi heros arbitror Iouē progenitorē meū & solium scytharū rgnū. Tibi autē pro terra & aq̄ quæ dono poscis mittā quæ decet ad te uenire dona: pro eo q̄ heꝝ te meū esse dixisti iubeo te flere. Hoc a scythis responsū est: quod caduceator re-

[illegible]nunciauit scythæ reges audito nomine seruitutis indignatione perfusi parẽ illam quæ cũ sauromatis ordinata erat: cui præerat Scopasis: mittũt ad colloquẽdũ cũ iõibus qui istrũ põte iũctũ asseruabat. At persæ nõ amplius sibi uagãdũ esse statuerũt: ut hospitibus qui ipsoꝝ cõmeatũ eripiebãt insidias tẽderẽt distributis qui aduersus ereptores frumẽtariæ rei iussa exequerentur. Enimuero equitatus scythaꝝ semper in fugã uertebat equitatũ psaꝝ: sed fugiẽtes incidẽdo in peditatũ ab eo defensabantur. Ita scythæ sũmoto equitatu hostili tamẽ metu peditum abscedebant: & nihilominus noctibus quoq; incursiones faciebant. Aduersus quos quid darianis auxilio fuerit ferã res in primis admirabilis asinoꝝ ac muloꝝ species. Nam (ut superius a me demõstratũ est) nullus in terra scythica neq; asinus neq; mulus gignit: ac nec ullus quidem uisit propter frigora. Itaq; rudẽtes asini perturbabant scythaꝝ equos: & cum scythæ sæpenumero persas adorirẽtur: eoꝝ equi exaudita asinoꝝ uoce cõsternati auertebantur erectis auribus stupefacti utpote insolẽtia tum uocis: quã prius nõ audissẽt: tũ formæ quã nunq; ispexissent. Atq; hoc quidẽ paululũ quiddã momẽti ad bellũ afferebat. Cæterũ scythæ ubi animaduerterũt persas tumultuãtes quo diutius in scythia illi cõmorarẽt: & cõmorãtes ad omniũ necessariarum rerũ ĩopiam redigerent: faciẽdũ ita sibi putarũt: ut pecoribus suis una cũ pastoribus ĩlictis in alium ipsi abscederent locũ. Persæ illuc se cõferentes excipiebat pecora. Quo facto cum sæpius idem tentarent: ad ultimũ Darius inopia reꝝ laborauit. Id reges scythaꝝ intelligẽtes mittunt ad eũ cũ muneribus caduceatorem aue mure rana: & quinq; sagittis. Persæ eũ qui munera ferebat percõtabãtur quid illa significarent. Iste negare sibi aliud esse mandatum nisi ut cũ illa tradidisset celerrime rediret: Iubere tamen ipsos persas si solertes forent interpretari quid sibi dona uellẽt. Hoc cũ audissẽt persæ cõsultabãt. Et Darii quidẽ sẽtẽtia erat scythas se ipsos ei donare & terrã atq; aquã hac ratione cõiectãs q̃ mus qui dẽ in terra gignatur: & eodem quo homines uiciitet: Rana autẽ ĩ aquis nascat: Auis uero sit equis assimilis: Sagittis dã-

dis q; ſe ipſos tradere uideãt. In hãc ſententiã Darius dona interpretabãt. At Gobryes unus e ſeptẽ qui magos ſuſtulerũt hoc dicere dona cõiectabat. O perſæ niſi effecti aut aues ſubuoleris ĩ cælũ: aut mures ſubeatis terrã: aut ranæ ĩſiliatis ĩ paludes: nõ ĩmeabitis ũde ueniſtis. His ſagittis cõfecti & perſæ quidẽ munera ĩterpretabãt. At una pars ſcythaꝝ cui datũ ante erat negociũ mæotidis paludis cuſtodiẽdæ: tũc autẽ cũ ionibus qui ad iſtrũ erãt colloquẽdi: ubi ad põtẽ ueĩt: ita uerba fecit. Viri ioẽs libertatẽ uobis afferẽtes ueĩmus ſi modo nos exaudire uolueritis. Accepiũs .n. Dariũ uobis præcepiſſe: ut ad ſexagĩta dũtaxat dies cuſtodiã põtis ageretis: & niſi ĩtra id tẽpus ipſe nõ afforet: domũ abiretis. Itaq; ſi id feceritis: & apud illũ & apud nos culpam deuitaueritis. Proinde cũ ad præſtitutam diẽ pmanſeritis: iam licet abſcedatis. Hæc ſe facturos recipiẽtibus ioĩbus: ſcythæ raptĩ retro abiere. At cæteri ſcythæ poſt miſſa Dario dona cũ peditatu ac equitatu aduerſus perſas ĩ acie inſtructi ſteterũt tanq̃ cõflicturi. Cũ interĩ lepus in mediũ proſiliit: quẽ ut quiſq; uidit inſequebat. Perſbatis ſcythis ac uociferãtibus ſciſcitabat Darius ũde hoſtiũ tumultus exiſteret: & cũ audiſſet illos leporẽ ĩſectari: ĩquit ad eos pſas cũ quibus cætera colloqui cõſuerat. Hi uiri uidẽt mihi magno nos habere contẽptu: & nunc Gobryes recte dixiſſe de ſcythicis donis: quo magis cũ mihi quoq; ipſi res ita ſe habere uideãt: bono cõſilio eſt opus ut tutus nobis eo ũde uehiũs ſit receptus. Ad hæc Gobryes equidem inquit o rex hoꝝ ego uirorum inopiam uidebar mihi fere fama habere cognitam: ſed ubi aduẽni euidentius intellexi. Animaduertens eos habere nos ludibrio. Proinde mihi uidetur cum primum nox aduenerit incẽſis e more ignibus & aliis quæ conſueuerũt fieri actis ĩbecilliſſimis quibuſq; militũ ad hoſtẽ fallẽdũ ĩlictis aſiniſq; omnibus alligatis abeũdum priuſq̃ aut ad iſtrum recta pergant ſcythæ ad pontem ſoluendum: aut ionibus ſoluere libeat: quod nobis facti facile erit. Hoc Gobryes conſiliũ dabat. Cui aſſẽtiẽs Darius ubi nox affuit ĩliqt ĩ caſtris uiros languore præditos: & eos quorum amiſſio minimi faciẽda eſſet: nec non omnes aſinos alligatos aſinos quidẽ ut uocẽ ederent:

Infirmos autem homines hoc titulo ut dum ipſe cū flore co-
piaꝝ adoriretur hoſtē: iſti iterea caſtra tutarēt. Hæc ꝑſuadēs
his qui relinquebantur Darius accēſis ignibus q̄maturrīe ad
iſtrum cōtendit: aſini q̄ multitudine deſtituti eſſent eo ma-
gis rudere. Quos audiētes ſcythæ credere omnino ꝑſas in eiſ-
dē ꝑmanere caſtris. Veꝝ ubi illuxit ii qui relicti erāt cognito
ſe proditos eſſe a Dario manus extēdere ad ſcythas: & quæ
cōtigerāt referre. His illi auditis repēte cōtractis duabus ſcy-
thaꝝ partibus & una ſauromataꝝ budiniſq; ac gelonis perſas
recta ad iſtrum uia perſequuntur utpote pleroſq; pedites &
itinera neſciētes ea præſertī quæ diuortia habebant ipſi equi-
tes & cōpēdia uiaꝝ ſciētes. Sed cū utriq; ab alteris aberrarent
multo priores ad pōtē ſcythæ peruenere q̄ perſæ. Ibi cognito
ſe prævertiſſe perſas ita ad ionas qui in nauibus erant uerba
fecerūt. Viri ioēs cū dieꝝ nuērus iam pertranſierit: iniurii e-
ſtis qui adhuc permaneatis: ſed quoniam hactenus timore
manſiſtis: nūc ſoluite q̄celerrime traiectū atq; abite ſoſpites
liberiq; diis pariter ac ſcythis gratiam habētes. Nam eum qui
antea dominus ueſter erat ita tractabimus ut aduerſus nullū
mortalium ſit facturus expeditionē. De hac re cōſultantibus
ionibus Miltiadis quidem atheniēſiū ducis & cherſonēſium
qui ſūt in helleſponto tyranni ſententia erat ſcythis obtēpe-
randum eſſe & ioniam ſeruitute liberandam: at Hiſtiæi mi-
leſii diuerſa q̄ diceret nunc quidem nos ſuæ quenq; urbis ty-
rannos eſſe ob Dariū. Potētia uero Darii ſublata neq; ſe mi-
leſiis neq; alium quēq̄ uſq̄ præeſſe poſſe. Fore.n. ut ſīgulæ
ciuitates populārē ſtatum q̄ tyrānicum mallent. Hanc ſen-
tentiam cum dixiſſent: Hiſtiæus omnes cōfeſtim qui Miltia-
di aſſenſi fuerant in eam tranſierunt. Fuere autem qui diſce-
ptauerunt duntaxat alicuius apud rḡem exiſtimationis hel-
leſpontiorum quidam tyranni Daphnis abidenus & Hippo-
dus lampſaceūs & Terophantus parienus & Metrodorus ꝓ-
cōneſius & Ariſtagoras cizyceūs & Ariſtō byzātius: & iſti qui-
dē ex helleſpōto: ab ioīa autē Stractis Chius & Aeaces ſamius
& Laodanis phocēſis: & Hiſtiæus mileſius: cuius ſētētia præ-

una cum pecoribus præterq̃ ad uictũ ſuppetentibus præmiſerãt dato ſuis mãdato: ut ſẽper aquilonẽ uerſus tẽderẽt. Hoc cum præparaſſent ſcythæ eorꝝ emiſſarii poſteaq̃ cõpererũt paſas ab iſtro trium fere dierꝝ & ante ſe unius diei itinere abeſſe: poſitis caſtris germina terræ uaſtant. Perſæ ubi ſcytharꝝ equitatus in cõſpectũ ſe dedit: eũ inſequi maturant a uia ſe ſe ſemper ſubducentem. & cũ ad unam partium uentũ eſt auroram uerſus & tanaim & ſcythis tendẽtibus & inſequẽtibus perſis: ſcythæ tanaim traiiciunt: eo & perſæ traiecto illos iſequũtur: donec peragrata ſauromatũ plaga pueniunt in budinorꝝ. Quã diu perſæ fuerũt ĩ ſcythica ac ſauromoti: de ĩgiõe nihil ei detrimenti inferre potuerunt utpote uaſtæ. Vbi uero budinicã ingreſſi ſũt: ibi nacti lignea mœnia a budinis deſerta & omnibus rebus uacua incẽderũt. His actis ipſo itinere ire porro tẽdũt: dum eã regionem puagati in uaſtã ſolitudinem deueniũt. Hæc ſolitudo a nemine hominum colitur poſita ſupra budinorꝝ regionẽ ſeptẽ dierꝝ itineris magnitudie: ultra quã thyſſagetæ ĩcolũt: a quibus quatuor ĩgẽtes amnes per mæeteos fluũt: & in paludẽ nomine mæotim ſe inſinuãt: quibus hæc ſũt indita nomina: Lycus: hoarus: tanais: ſyrges. Darius ut ad ſolitudinem peruenit curſu omiſſo copias ſuper fluuiũ hoarꝝ locauit. Poſt hæc octo urbes eaſq; ingẽtes cõdidit pari inter ſe ſpatio diſtantes ſexagenorum fere ſtadiorũ: quarꝝ ad meã uſq; memoriam adhuc ruinæ extabãt. Dũ ĩ his Darius occupatur: interim ſcythæ quos ille inſequebatur circuitis locis ſuperioribus reuerterũt in ſcythiam. Quibus e conſpectu omnino ſemotis nec ſe amplius exhibentibus: ita Darius urbibus illic ĩfectis dimidiatis cõuertit iter ad occaſũ: ratus & hos eſſe cunctos ſcythas & ad occaſũ fugere. Proinde cũ exercitu maturãs ire ĩ ſcythiã: eo deueĩt ubi ĩ duas ſcytharꝝ incidit partes. Hos nactus inſequebat unius diei ſpatio nũq; intermittẽs ſubterfugiẽtes. Subterfugiebãt autẽ de induſtria in terrã eorꝝ qui ſocietatẽ ipſorꝝ reſpuerant & primũ ĩ melanchlænorꝝ. Quos cũ perturbaſſẽt tã perſæ q̃ ſcythæ eorꝝ terrã ingreſſi: ſcythæ in loca androphagorꝝ perſas adducũt. Perſ-

diſcordes eorꝫ erant ſententiæ. Nam geloni quidem & budinis & ſauromatæ concordi animo receperunt ſe ſcythis auxilio futuros. Agathyrſus autem & neurus & androphagus & tauorꝫ melanchlænorꝫq; reges ita ſcythis reſponderunt. Si uos iniuria inferēda ac laceſſendo bello'ii priores nō fuiſſetis: recte uideremini precari quæ precamini: & nos ueſtris precibus morem gerentes idē q; uos ageremus. Nūc ſine nobis illorꝫ terram ingreſſi uos imperitaſtis perſis: quoad deus uobis indulſit: & illi quādoquidem eos idem deus ī uos excitat: uicem uobis reddunt. At nos neq; tūc quicq̄ intulimus iniuriæ his uiris: neq; nūc quicq̄ coābimur priores īferre. Quod ſi hic noſtram regionē īuaſerit: & prior iniuriam fecerit: nos haudquaq̄ tolerabimus. Id donec cernamus apud noſmetipſos manebimus. Neq; enī in nos uenire perſæ uidētur: ſed in eos qui fuerant auctores iniuriæ. Scythæ ubi hæc relata audire ſtatuerunt nullam ſibi pugnam recta atq; ex aperto cōſerēdam: quando ipſis iſti ad ſocietatē non accedebant. Itaq; digreſſi clam ac longius progreſſi puteos quos ipſi effoderant ac fōtes obſtruūt. Bifariamq; diuiſi herbam e regione atterūt. Et ad unā e partibus ubi regnabat Scopaſis iubēt ſauromatas pergere: qui ſe ſubducerent ſi eo perſa declinaret fugiētes recta ad flumen Tanaim ſecundum mæotidem iidē perſā abſcedentem inuadendo perſequerent. Hæc erat una pars regni ordīata ad hanc uiam quēadmodum dictū eſt: Reliq̄ū duaꝫ unam cui imperabat rex Idanthyrſus quæ magna eſt: & tertiam in qua regnabat Taxacis ī unū coeūtes. Accedentibus gelonis atq; budinis iubent hos uno die prægreſſos exercitum perſarꝫ ſeducere hoſtē laceſſēdo & ea quæ decreuiſſēt exequēdo: & ante omnia hoſtē ſeducere in agros illorꝫ: qui ſocietatē ipſorꝫ habuiſſēt: ut eos ſi miūs uolētes bellū aduerſus pſas ſuſciperent certe inuitos redderent iſtis hoſtes. Deinde ī ſuam terram deflectere & temptare ſi quid ipſis tēptādū eſſe uideat ac libeat. Hæc ubi decreuere ſcythæ copiis dare Darii ex occulto occurrebant præſtantiſſimis equitū præcurſoribus miſſis. Carros autē in quibus eorꝫ filii uxoreſq; omnes degū:

in argo nauigauerant receptos mynias & agris impertierũt: & in tribus cooptarunt. Ibi cõfeſtim in alios oblocatis q̃s in lẽno duxerãt uxoribus matrimonia cõtraxerũt. Longo deĩde interiecto tempore ſtatim elata ſupbia cũ alia flagitioſa ppetrarũt: tũ regnũ affectarũt. Quo nomine eos lacedæmonii morte mulctãdos cũ cenſuiſſent: cõprehenſos in carcerem cõiecerunt. Quoſcunq; lacedæmonii morte plectendos cenſẽt: eos noctu plectũt: interdiu nemĩnem. Cum uero eſſent in illos animaduerſuri: exorati ſũt ab eorũ uxoribus quæ ciues erant & primorũ ſpartanorũ filiæ ueniam ingrediẽdi carcerẽ & cum ſuo cuiuſq; uiro colloquẽdi nullũ in illis dolum eſſe ſuſpicãtes. Horũ permiſſu minyarũ uxores ingreſſæ carcerem õni ueſte quã geſtabãt uiris tradita illorũ ueſtem illæ ſũpſerũt. Ita minyæ muliebri ueſte amicti ueluti milites e carcere prodierunt: rurſuſq; apud taygetum conſederunt. Hac eadem tẽpeſtate Theras Antheſioĩs filius: Tiſamei nepos: Therſãdri pnepos: Polynicis abnepos miſſus eſt in coloniam lacedæmõnis genere cadmeo auunculus Ariſtodemi filiorũ Euryſtheĩs & Procliſ: quorũ q̃ pupilli eſſẽt tutelã gerebat regni ſpartani. Adultis mox pupillis ac recepto imperio Theras ita grauiter tulit ſibi ab aliis ĩperari: quoniam imperium deguſtaſſet: ut negaret ſe lacedæmone moraturũ: ſed ad cognatos nauigaturũ. Erant autem in inſula quæ nunc thera quõdã caliſta uocabatur uiri phœnices a Membliare Pœcilis filio oriundi. Cadmus enim Agenoris Europã quæritans in inſulã quæ nunc thera uocatur appulſus cum eſſet: ſiue regioĩs amore raptus: ſiue qua alia uoluntate reliquit illic cũ alios quoſdam phœnices: tum Membliarem conſanguineum ſuum. Iſti ante aduentum Theræ lacedæmone octo ætatibus hominum inſulam: que caliſta id eſt pulcherrima uocabatur incoluerũt. Ad quos Theras cũ multitudĩe tribulium miſſus eſt: neq̃quã ad illos eiciendos: ſed ad una habitandum & ad inſulam ualde frequentandã. Poſtea uero q̃ minyas e carcere elapſos & apud taygetũ cõſidẽtes lacedæmõnii tamẽ necare ſtatuerãt. Theras necẽ eorũ deprecabatur recipiens ſe illos ex ea regione

tribus biremibus ad posteros Mẽbliaris nauigauit ducẽs secũ nõ uniuersos minyas sed paucos: quos in sex partes distribuerunt: & totidem illic oppida condiderũt lepreum: macistum: thrixas: pyrgum: epium: nudium: quoꝝ plana helei memoria mea deleuerũt. Insulæ autẽ a cõditore Thera nomẽ est inditum. Hic filio ꝙ negaret se nauigaturꝝ cum eo: relinquam ergo inquit ouẽ lupis. Ex quo dicto nomen adolescẽti ipositum est. Oilycus id est ouilupus: & id nomẽ alteri præualuit. Oilyco natus est filius Aegeus: a quo uocãt ægidæ in sparta ingens tribus. Ex hac tribu uiri cum sibi nõ permanerẽt filii ex erinyum oraculo delubꝝ Laio & Oedipodæ extruxerũt: quod postea apud eos theræos mãsit: qui ex his uiri ꝓcreati fuere. Hactenus lacedæõnii cũ theræis cõsẽtiũt: quod deiceps extitit soli theræi factum hoc mõ esse memorãt. Grinus Esani filius ab hoc Thera oriundus cũ esset theræ insulæ rex contulit se delphos ducẽs ex urbe solennes hostias cũ aliis eũ ciuibus comitantibus: tum uero Batto: qui erat e genere Polymnesti apud minyas gratiosus. Cõsulenti Grĩo theræoꝝ regi de aliis rebus: Pythia respondit ut uibẽ in aphrica conderet: Cui uicissĩ iste equidẽ ĩquit. Ego o princeps senior tũ & grauis ad moliendum. Tu uero quẽpiam hoꝝ iube ista facere: simul hæc dicens Battum ostendebat. Hæc hactenus tunc ubi reuersi sunt pro nihilo habuere respõsum: neq; ubi terrarum aphrica esset gnari: neq; ex ĩcerto oraculo coloniam mittere audentes. Septem post hæc annos in thera cum non pluuisset: & omnes præter unam arbores exaruissent: consulentibus theræis pythiam: respondit mittendam in aphricam esse coloniam. Illi quoniam nullũ mali remedium erat: mittunt in cretam nuncios inuestigatum si quis aut indigenarũ aut aduenarum illic esset qui in aphricam nauigassent. Nũcii cum cretam pererrassent & ad urbem itanum peruenissẽt: in ea contraxerunt cum purpurario quodam: cui nomen erat Corobio. Is agebat se uentis abreptum in aphricam applicuisse & ad plateã ĩsulã aphricæ. Hũc nũcii mercede ĩductũ in theram duxerũt. Veꝝ nõ multi ad rẽ explorãdã ex thera ĩitio

thera initio ꝓfecti ſunt duce ipſo Corobio: quo in ea inſula re-
licto cum aliquot mẽſiũ cibariis ipſi q̃celerrime reuerterunt
ad cæteris de inſula renũciandũ. Quibus ultra præſtitutũ tẽ-
pus redire differentibus omĩa Corobio deficiebãt. Sed appul-
ſa eo naui ſamia: quæ ab ægypto redibat; Cuius gubernator e-
rat Colæus: ſamii omĩ re geſta a Corobio audita in annũ ho-
mini cibaria reliquerunt. Ipſi ex hac inſula cũ ſoluiſſẽt ægy-
ptum optantes uẽto ſubſolano abrepti ferebãt: nec intermit-
tente flatu herculeas trãſuecti colũnas peruenerũt in tarteſũ
pompã ferentes ad rem diuinã. Erat ea tempeſtate id empo-
rium id eſt nũdinæ intemeratum: adeo ut inde reuertẽtes iſti
ex mercibus quæſtum maximum fecerunt inter omnes quos
nouimus græcos dũtaxat poſt Soſtratẽ Laodamãtis: cũ quo
nemo poſſit contendere. Ex hoc quæſtu ſamii decima hoc ẽ
ſex talẽtis ſelecta fecerũt ahenum ad exemplũ crateris argo-
lici grypinis capitibus ĩ circuitu altrĩſecus obuerſis: & ĩ tem-
plo iunonis collocarũt ſuſtinẽtibus illud tribus coloſſis id eſt
humanis ſimulacris: ſeptenũ cubitoꝝ genu nixis & hoc pri-
mũ facto ingẽs amicicia cyrenæis theræiſq; cũ ſamiis cõtracta
eſt. Theræi ubi relicto in ĩſula Corobio ad therã reuerſi renũ-
ciarunt eſſe illis inſulam e regione aphricæ ſitã: placuit the-
ræis ut e ſingulis oppidis quæ ſeptẽ erant uiri mitterẽt fratri-
bus inter ſe ſortitis quis potius mitteret duce eoꝝ ac rge Bat-
to: ita duas biremes in plateam miſerũt. Hæc theræi memo-
rant. Cætera iam theræis cũ cyrenæis conſtant. Nam q̃ ad
Battum pertinet: Cyrenæi nequaquam cum theræis conſenti-
unt. Sic enim narrant. Eſt in creta oppidum axus: in quo
fuit Etearchus rex. Hic amiſſa uxore induxit filiæ nomine
Phronimæ nouercam quæ domum ingreſſa ut erat ita re ip-
ſa ſe nouercam præſtitit: cum lædendo atque omne genus in-
iuriaꝝ excogitando: tum ad extremum impudicicĩam impin-
gendo. Id ita rem habere uiro perſuaſit. Iſte ab uxore dece-
ptus rẽ de filia nefariam cõmentus eſt. Erat in axo negocia-
tor quidam theræus nomĩe Themiſon. Hũc in familiaritatẽ
acceptum Etearchus adiurat ut quam rem oraretur in ea ſe

miniſtrum præberet . Vbi hominem iureiurãdo adegit ad/ ductã ei tradidit filiã ſuã:iubẽs ut eã abductã in mari demer/ geret. Themiſon ãcipiti aïo ĩter nefas operis & hoſpitii perfi/ diam ita ſibi faciendum putauit. Accepta puella mare ingreſ/ ſus cũ in alto fuit:ut iureiurãdo Etearchi ſatiffaceret reuictã funibus puellam demiſit in pelagus:ea denicꝫ retracta therã puenit. Ibi Polymneſtus uir ĩter theræos ſpectatus ĩ cõcubĩaa/ tũ Phronimã accepit :ex qua interiecto tẽpore natus eſt ei fi/ lius ſono uocis exili ac balbutienti:cui nomẽ ĩpoſitũ eſt Bat/ to:ut theræi & cyrenæi aiũt:Vt autẽ ego ſẽtio:aliud aliquod: ſed eum cognominatũ Battũ poſtꝙ in aphricã abiit:cũ ꝓpter oraculũ apud delphos ſibi rẽditũ : tũ ꝓpter honorẽ quẽ aſſe/ cutus eſt . Battũ enĩ pœni regẽ appellãt .& ob id reor Pythiã lĩgua punica quã nouerat cũ oraculũ rẽdidit uocaſſe Battũ : ꝙ futurus rex eſſet in aphrica. Hic ubi in uirilem adoleuit ætatẽ delphos adiit ob linguæ uitiũ . Cui conſulenti Pythia ita reſpondit . Batte uenis uocis cauſa : dux te iubet ire Lani/ geram in libyen habitatum phœbus apollo . Ad hæc Battus ſic uiciſſim inquit . O princeps ego ad te ueni gratia conſu/ lendi de uoce : tu de aliis mihi reſpondes : quæ nequeũt fi/ eri : Iubens migrare in aphricã qua copia q̃ ue manu . Hæc loquens non perſuaſit illi ut alia reſponderet : ſed eadem quæ prius reſpondente Pythia illĩc digreſſus abiit in theam . Mox deinde cum & huic ipſi & cæteris theræis male contin/ geret : nec mali cauſa deprehenderetur : Ob hæc mittũt del/ phos ſciſcitatum . Quibus cum reſpondiſſet Pythia melius cum ipſis actum iri :ſi cyrenem in aphrica conderẽt cum Bat/ to : miſerunt theræi Battum cum duabus biremibus . Iſti in aphricam profecti : quandoquidem non aliud habebant quod agerent retro ad theram ſe receperunt : ſed eos theræi arcentes acceſſu terræ repellebant: ac rurſus reuerti iubebãt . Ita neceſſitate adacti remenſo iterum mari condiderunt oppi/ dum in inſula aphricæ adiacenti nomine:ut prius dictum ẽ : platea:quæ fert par eſſe cyrenæis magnitudĩe . Hãc biennio incolẽtibus cũ nihilo melius ſecũ ageretur uno e ſuis relicto:

Cæteri delphos nauigarunt ad oraculum conſulendum. Eo poſtq̃ uenerunt ſciſcitantibus quid ita ſecum in aphricã profectis nihil tamen melius ageretur. Pythia reſpondit his uerbis: Lanigeræ libyes ſcis: quam nec adiueris urbẽ. Me melius tuum ego ingenium mirabor euntis. His auditis: ii qui cum Batto erant rurſus redierunt. Neq; enĩ ſinebat eos deos alio migrare priuſq̃ in aphricã cõceſſiſſent. Reuerſi ad inſulã recepto quẽ reliquerãt incoluerũt locũ in aphrica e rgione inſulæ nomĩe aziriſtũ amœniſſimis collibus utrĩq; cõcluſũ: & utrĩq; fluĩe prætrlabẽte. Hũc locũ ſex ãnis cũ incoluiſſent: Septĩo deſerẽdũ putauerũt admonitu pœõ& ut ĩ melioꝛẽ trãſirẽt. Ita illĩc eos pœni ueſpe& uerſus & ad loco& ſpecioſiſſimum adduxerunt & quidẽ noctu: ne græci interdiu facientes iter diurnũ ſpacium metiendo animaduerterent. Eſt autem huic loco nomẽ iraſta. Eos ubi ad fontem qui Apollinis eſſe fertur duxerũt: inquiũt. Viri græci hic uobis incolere cõmodũ eſt: ubi cælũ uocaliter ſonat. Sub Batto igit qui cõdidit zoam & annos q̃dragĩta regnauit: & ſub eius filio Arceſilao qui regnauit annos ſedecim cyrenæi habitauerunt tot õnino quot in coloniã initio miſſi fuerãt. Sub tertio autẽ Batto: qui felix eſt appellatus cũctos græcos ad nauigãdũ in aphricã cũ cyrenæis habitatũ induxit Pythia. Nam accerſebãt eos cyrenæi ad agri partitionẽ. Induxit autẽ hæc uerba reſpõdens. Serior in libyen quiſquis peruenerit almã: Diiudicandi agri mox huncaffirmo pigebit. Cum ergo ingens multitudo cyrenam ſe cõtuliſſet finitimorum pœnorum agros uaſtabat: atq; inter ſe patiebãtur. At illi eo&q; rex nomĩe Addicranœas agris exuti a cyrenæis miſſis in ægyptum quibuſdã ſeſe dediderunt Aprii ægyptiorum regi. Iſte comparatum grandem ægyptio& exercitũ miſit aduerſus cyrenas. Cyrenæi iſtructa apud Iraſta locũ & ad ſõtẽ theſtini acie cũ ægyptiis cõflixerũt: eoſq; ſuperauerunt utpote inexpertos ãtea atq; contemptores græcorum: adeoque profligarunt ut pauci ex eis in ægyptum redirent. Qua de re iægypti ſuccẽſẽtes Aprii ab eo deſciuerunt. Huius Batti filius extitit Arceſilaus: qui regnum

adeptus inter initia cū fratribus ſuis ſeditiones exercuit: donec illi relicto eo in alium aphricæ locū migrauerunt: ubi cōtracti urbem hanc condiderunt: quæ ut tunc barca nunc appellatur. Et inter condendum pœnos ſolicitabant ad deficiēdum a cyrenæis: tum Arceſilaus tam ſuis defectoribus: q̄ eorum receptoribus bellum intulit: quem reformidantes pœi fugam ad orientales pœnos intenderunt. Sed fugientibus Arceſilaus eo uſq; inſtitit inſequēdo: dū ad leuconem aphricæ peruenirent: & pœnis uideretur opportunus ad inuadēdū. Itaq; congreſſi cum eo pœni adeo ſuperauerē cyrenæos: ut ex illis ſeptem milia ceciderint. Poſt hanc cladem Arceſilaum ægrotantem epoto medicamēto frater ſuus Learchus ſtrāgulauit. Sed eum dolo uxor Arceſilai interficit nomine Erixo. Arceſilao ſucceſſit ī regno Battus pedibus nō ualēs: ſed claudus. Cyrenæi ob acceptam calamitatē delphos miſerunt per quoſdam interrogatum quam rationem ineūtes præclariſſime habitarent. His Pythia reſpondens iuſſit ex mantinea arcadum adducerent moderatorem. Itaq; petentibus cyrenæis mantinei dederunt quendam nomine Demonactem uirum inter populares probatiſſimum. Hic igitur uir cyrenē profectus: ubi ſingula quæq; edoctus eſt: in tres tribus diſtribuēs illos ita digeſſit: ut unam quidem partem faceret theræorum atq; confinium: alteram autem peloponnenſium atq; cretēſium: tertiam uero cunctorum inſulanorum. Quin etiam huic Batto regi cum alia omnia ſuperiores reges optinuerāt contulit: tū uero peculiaria fana ac cerimonias in media ciuitate inſtituit. Quæ inſtituta ſub hoc quidem Batto ſincæra permanſerunt. Verum ſub eius filio Arceſilao uehementer ſūt pturbata negāte Arceſilao Batti illius claudi & Pheretimæ filio ſe laturū quæ mātineus Demonax cōſtituiſſet: ac repoſcēte honores ſuorum maiorum. Hinc ſeditione orta ciectus profugit in ſamū: mater eius ī ſalaminē Cypri. Obtinebat ea tempeſtate ſalaminis imperiū Euelthō: qui delphis dedicauit thuribulum ſpectaculo dignum: quod in theſauro corinthiorum ſitū eſt. Ad hūc profecta Pheretima precabat

ut se filiumq; cyrenē cum exercitu reduceret. Ille omnia potius q̄ exercitum huic dabat. Pherotima id quod dabat accipiens dicere bonum id quidem esse: sed melius facturum eū si quod obsecraretur daret exercitum. Cumq; identidem ad omnia quæ dabantur hoc diceret: tādem misit ad eam Euelthon dono fusum aureum: atq; colum penso circundatam: dicentiq; quæ consueuerat uerba Pherotimæ inquit talibus rebus donari fœminas non exercitu. Arcesilaus interea sami agens ununquenq; solicitabat ad spem rei agrariæ: coactoq; ingenti exercitu missus est delphos ad consulendum de rditu in patriam. Cui Pythia ita respondit: Ad quatuor Battos ac totidem Arcesilaos Octo hominum ætates dat uobis apollo Cyrene rgnare Vlterius uos coāri dehortat. Tibi uero suadet ut ingressus in domum tuam quietem agas: q; si fornacē inueneris plenam amphoraꝝ: ne eas excoquas: sed ad aurā emittas. Sin fornacem icenderis: ne cōmittas ut circumfluū introeas. Alioquī peribis tu pariter & taurus optime faciēs. Hæc Arcesilao Pythia respondit. Iste sumptis iis quos cōtraxerat e samo redigit cyrenem: recuperatoq; rerum statu īmemor oraculi factus uocatis ad dicēdā causam iis qui cōtra ipsum in partibus fuerāt: obiecit culpam fugæ suæ. At illorū alii exilio solum uertebant: Alii ab eo comprehensi in cyprū ad necem mittebantur: quos gnidii ad suam terram appulsos liberauerunt: ad theramq; dimiserunt. Quosdam qui īgrandem quandam & priuatam Aglomathi turrim refugerāt circūdata materia Arcesilaus igni cremauit. Hoc perpetrato agnoscens id esse oraculū quo Pythia non sinebat eum inuētis ī fornace amphoras excoquere: excessit ultro ex urbe cyrene extimescens necem oraculo prædictam: & q; cyrenem existimaret esse circūfluam. Contulitq; se ad regem barcæorum nomine Alazirin: cuius filius in matrimoīo habebat cognatā suam. Et quidam tum barcæi tum cyrenæi exules cum in foro agentem animaduertissent obtruncarunt: & insuper eius socerum Alazirin. Ita Arcesilaus siue uolens siue inuitus oraculo non obsecutus fatū suū īpleuit. Mater eius Pherotīa

dum filius ſuus mali ſui ſibi auctor barcæ agit : Ipſa interea honoribus filii cyrene fũgebat : ac munera obibat cũ alia : tũ in ſenatu præſidendo. Vbi cognouit filium in urbe barca oppetiſſe mortẽ : fuga ſe proripuit in ægyptum. Nam Arceſilaus fuerat de Cãbyſe Cyri benemeritus : q̃ is extitiſſet qui cyrenem Cambyſi tradiderat : ac tributum inſtituerat. Hæc in ægyptum cum peruenĩſſet ſupplex Ariandi aſſedit : hortanſq; eum ad ſe ulciſcẽdam prætendens titulum q̃ ideo filius ſuus quia cum medis ſentiret interemptus eſſet. Erat hic Ariãdes ægypti prætor a Cambyſe cõſtitutus : qui aliquanto poſt tempore cum æmulari Darium uellet : ab eo eſt ĩterfectus. Siquidem audiens atq; animaduertens Dario cordi eſſe memoriã ſui relĩquere opere : quod a nullo alio regum factum eſſet : id ſibi ĩuitãdum putauit : donec accepit. Etenim Darius ex auro q̃ potuit purgatiſſimo monetam percuſſit. Idem Ariãdes ægypti prætor ex argento fecit. Et nũc quoq; extat puriſſimũ argentum ariandicum. Ea re comperta Darius inſimulatum quaſi rebellare uellet morte affecit. Tũc tamen Ariandes hic miſertus Pherotimæ omẽs ei copias ægypti tradidit pedeſtres ſimul & nauticas præpoſito quidem pedeſtribus Amaſi uiro maraphio : nauticis autem Mandra generis Paſargadi. Sed priuſq̃ copias mitteret caduceatore barcam miſſo percunctabatur quiſnam percuſſor Arceſilai extitiſſet : Barcæi ſe omẽs extitiſſe reſpondent : nulla enĩ ſe ab illo mala eſſe perpeſſos. His auditis Ariandes ita exercitum una cum Pherotima mittit. Atq; hic quidem titulus inferendi belli extitit. Verum (ut mea fert opinio) exercitus mittebatur ad pœnos ſubigendos. Pœnorum multæ ſunt & uariæ nationes : quarum paucæ regi obtemperabant. Pleræq; Darium contemnebant. Colunt autem ægyptum uerſus : ut hinc incipiamus : Pœnorum primi adyrmachidæ : qui eiſdẽ fere quibus ægyptii moribus utũtur. Veſtem geſtant qualem & alii pœni. Vxores eorũ in utroq; crure armillam æream. Eidem capitis comam alunt : q̃rũ quæq; ſuos quos capit pedũculos præmordet : atq; ita abiicit. Hoc iſti ex omĩbus pœĩs ſoli factitãt : ſoliq; uirgines nu-

pturas regi exhibēt :quæ illi placita fuērit:eā deuirgīat. Pertingunt hi adymarchidæ ab ægypto ad portum uſq; nomine plynem. His confines ſunt gigamæ locum qui occaſum ſpectat incolentes aphrodiſiade tenus īſula. In huius loci medio eſt inſula platea ubi urbem condidere cyrenæi : atq; in continente eſt portus Menelai & Aziris : quam cyrenæi incoluere : & dehinc Silphium incipit ab inſula platea pertingens uſq; ad fauces ſyrtis . Apud hos idem pene ritus qui apud alios ſunt . Gigamas ab occaſu contingunt aſbytæ : qui ſupra cyrenem incolentes pertingunt ad mare . Nam maritima cyrenæi colunt: Iidem non poſtremi ſed præcipui pœnorū ſūt: qui quadrigis uehātur ſtudioſi in cyrenæorū moribus maxima ex parte imitandis . Horum ſunt occaſum uerſus confiēs auſchiſi: qui ſupra barcam incolentes ad mare pertingunt ad eueſperidas . Circa mediam auſchiſorum plagam habitāt cabales exigua natio ad mare pertingentes ad tauchira oppidū ī agri barcæi eiſdem quibus ii qui ſupra cyrenem ſūt moribus auſchiſorum quod ad occaſum uergit contīgunt . Naſamones grandis natio : qui ſub æſtatem ſlictis ad mare pecoribus conſcendunt ad locum augilem decerpturi palmulas . Nam palmæ illic & permultæ ſunt & ſpacioſæ & fructiferæ omēs . E quibus ubi palmulas præmaturas decerpſerunt : ad ſolem ſiccantes maturefaciunt . Deinde lacte maceratas ſorbillant . Vxores plures ſinguli e conſuetudine habent : & cum iis ī ꝑpatulo coeunt eodem pene quo maſſagetæ modo ptius Scipione prætento . Naſamoībus mos eſt cum quis primū ducit uxorem prima nocte ut ſpōſæ ſīgulos cōuiuas obeat Veneris gratia : & ut quiſq; cum ea cōcubuit donū det illi quod ſecum habet domo allatum . Iureiurando tali utuntur . Per eos uiros qui iuſtiſſimi atq; optimi apud illos fuiſſe dicūtur : iurant illorum ſepulcra tangētes . Diuinant ad ſuorum accedentes monumenta : & illi ubi preces peregerunt : indormiunt . Vbi quodcunq; per quietem īſōnium uiderūt: eo utuntur . Fidei dandæ conſuetudo hæc eſt . De manu alterius uterq; ſumpto iuicē poculo bibit . Quod ſi nihil humoris

habuerīt : ſumptum e terra cinerem lingunt. Naſamonibus confines ſūt pſylli: qui hunc in modum īterciderunt. Auſter eis omnia receptacula aquarum arefecerat. Erat autem omnium eorum regio q̄ intra ſyrtem eſt aquarum inops. Obid iſti publico colloquio atq; cōſilio expeditionem fecere aduerſus auſtrum. Quæ pœni memorāt refero. Hos cū ad harenas ueniſſent: auſter ſpirans illic obruit. Pſyllis extinctis eorum terrā naſamones optinent. Super hos auſtrū uerſus in loco feris frequenti garamantes habitant: qui omniū hominum cōmerciū aſpectūq; refugiūt nihil bellicæ armaturæ habentes: ac ne defendere quidem ſe ſe audentes. Hi ſupra naſamones incolūt. Circa maritima uero occaſum uerſus cōfines ſunt macæ: qui ſūmum capitis uerticē radunt in medio capillos creſcere ſinentes. hinc atq; hinc in orbem tondentes. In bellū pelles ſubterraneorum ſtruthionū ferunt pro argumento. Per eos flumē cinyps e colle: qui uocat' gratiaq; fluēs in mare influit. Hic collis gratiaq; nemoribus frequens eſt cū cætera (cuius memini) aphrica ſit arboribus nuda ducentorum ab ea ad mare ſtadiorū intercapedinis. Horū macorum finitimi ſunt gindanes: quorum uxores ferunt fimbrias pelliceas ſīgulæ multas ob hoc (ut memoratur) q̄ ut a quoq; uiro uenerem paſſa eſt fimbriam orat: & ut quæ plurimas habet: ita præclariſſima cēſetur: tāq̄ a pluribus uiris adamata. Hoq; gindanorum oram in mare porrectā incolunt lotophagi: qui e ſolo loti fructu uictitant: qui fructus eſt inſtar fructus lētiſci ſuauitate aſſimilis fructui palmarū. Ex hoc fructu lotophagi uinum conficiunt. Lotophagis ſecundum mare uicini ſunt machlyes loto & ipſi ueſcentes: ſed minus q̄ ſuperiores. Pertingunt autem uſq; ad ingētem amnem nomine tritonē: qui in grandem paludem tritonidem influit: in qua eſt īſula quæ dicitur phla. Hanc inſulam aiunt dici a lacedæmoniis habitari debere. Aiunt autem hunc in modū Iaſonem poſteaq̄ ſub pelio argon exædificauit impoſitis in ea cum aliis ſolēnibus hoſtiis: tū uero tripode æreo circuiſſe peloponeſū animo delphos eundi: eūq; cū teneret curſum circa maleam ab

reptum a uẽto ãquilone & abductum in ãphricam: & priuſq; tellurem cerneret in aſpretis paludis tritonidis aſtitiſſe: eiq; hæſitãti de egreſſu apparuiſſe Tritonẽ: ac iuſſiſſe dari ſibi tripodem: q; diceret oſtẽſurum ſe illis exitum: atq; incolumes remiſſurum. Aſſentiente Iaſoẽ ita demum Tritonem oſtendiſſe qua ratione e breuibus enauigarẽt: & tripodem ab illis ĩ templo poſitum eſſe: In eoq; tripode oraculum reddidiſſe: & iis qui cum Iaſone erant omnem rationem indicaſſe. Fore enim ut cum quis tripodem accepiſſet ex omnibus qui in argo nauigarent neceſſario centum ciuitates accolerent paludẽ tritonidem. Hæc cum audiſſẽt pœni qui montem gratiarũ colunt tripodem occultaſſe. Iuxta hos machlyes habitãt auſes circum paludem tritonidem: Ita utriq; habitant ut medio Tritonẽ dirimantur. Quorum machlyes quidem occiput crinitum geſtãt. Auſes uero anteriorem capitis partem. Horum uirgines anniuerſario Mineruæ feſto in honorem ipſius deæ indigne inter ſe bifariã diuiſæ præliãtur lapidibus fuſtibuſq;: dicẽtes ſe morẽ patrium ſeruare ei quam Mineruã nominamus: & quæ uirgines e uulneribus decedunt: eas falſas uirgines appellant. Sed priuſq; a pugnando deſiſtant hoc faciũt. Quæ uirgo in pugnam optimam operam nauauit: eam ſemper cõmuni conſenſu cæteræ uirgines exornant cum cætera armatura græca: tũm criſta corĩthia: & curruĩ ĩpoſitam circa paludem circumferunt. Quibus autem rebus ornabantur olim uirgines anteq; accolerent græci: non habeo dicere. Arbitror ornari ſuetas armis ægyptiis. Nã ab ægypto affirmarim & ſcutum & galeã ad græcos eſſe tradita. Mineruam aiũt Neptuni eſſe filiam ac paludis Tritonidis: eamq; neſcio quid a patre reprehẽſam donaſſe ſe ipſam Ioui: & Iouem ſibi illam aſciuiſſe filiam. Hæc illi agunt. Iidẽ promiſcue cum mulieribus nõ una habitãtes: ſed pecudũ more cõcumbunt. Vbi apud mulierẽ puer robuſtus eſt factus: apud quem uirum habitare ſuſtinet (Nam tertio quoq; menſe uiri conueniunt) eius filius cenſetur. Iſti maritimi pœnorum paſtoraliũ qui nomades dicũtur. Supra hos in mediterraneis

aphrica feris eſt frequens. Supra hāc partem effetatā ſuper-
cilium ſoli ſabuloſum eſt porrectum a thebis ægyptiis ad co-
lūnas Herculis. In hoc ſupercilio ferme decē dierū itinere ſunt
grumi grandes ſalis iocundi in collibus: & ſingulorum colli-
um uertices e medio ſale eiaculantur aquā dulcem pariter &
gelidam: circa quam homines habitant ultimi ſolitudinem
uerſus & ſupra plagam feris inſeſſam a thebis itinerē dierū de-
cem primi ammonii habentes templū ad thebani Iouis effi-
giem. Etenim thebis (quēadmodū a me ſuperius memoratū
eſt) aſpectu arietino Iouis ſimulacrum eſt. Apud hos eſt alia
quoq; aqua fōtana: quæ ſub matutinum quidem tepet: ſub
horam quo forum frequentiſſimum eſt frigeſcit: ſub meridiē
multo frigidior eſt. Eaq; hora hortos irrigant. Declīato iam
die remittitur frigus: donec ſol occidit: tunc tepeſcit magis ac
magis caleſcens ad mediam uſq; noctem: quo tēpore feruens
exæſtuat: præterita nocte media ad auroram uſq; refrigeſcit.
Cognominatur autem fons ipſe Solis. Poſt ammonios p ſu-
percilium ſabuli decem rurſus dierum itinere eſt collis ſalis &
aqua illi ammoniæ: par hominibus circum habitantibus: cui
loco nomen eſt augila: ad quem locum naſamones pergunt
palmulas decerptum. Rurſus decem dierum ſpatio ab au-
gileis alius collis eſt ſalis & aqua & palmularum fructiferar;
magna uis: quēadmodum apud alios īcolentibus illic homi-
nibus: quibus nomē eſt garabantibus natione ſane magna q
īducta ſuper ſalē humo ita ſerūt. Ab his ad lotophagos bre-
uiſſimum iter: a quibus triginta dierum ſpatium eſt ad eos
apud quos gignuntur boues præpoſtere paſcentes. Ideo au-
tem præpoſtere paſcūtur: q; cornua inflexa anterius habent:
& ob id ceſſim euntes paſcuntur. Nam offenſantibus in ter-
ra cornibus progrediēdo paſci nequeūt: alioquin nihil diffe-
rētes a cæteris bobus præter craſſitudinem pellis atq; duriciā.
Garabantes hi troglodytas æthiopes quadrigis uenāt. Nam
troglodytæ æthiopes omniū quos fando cognouiūs pniciſſi-
mis pedibus ſūt: ſerpētibus lacertiſq; & aliis id geūs rptilibus
ueſcētes. Līgua nulli alteri ſimili utētes: ſed ueſptilionū mor

ſtridentes. A garabantibus decē quoq; dieꝝ itinere alius collis eſt ſalis & aq̄ accolētibus hominibus: quibus nomē eſt atlātibus: ſolis omnium hominū: quos ipſi nouimus: innominatis. Nam ſales quidē apud eos uocantur atlantes. ſingulis autem eoꝝ nullū nomen imponitur. Hi ſolem trāſcēdētem execrant. eiq; præterea omnia conuicia ingerunt q̄ torridus & ipſos & regionem perdat. Poſt totidē dierū iter: alius tumulus ſalis eſt cū aqua & hominibus accolentibus: cui confinis eſt mons nomine atlas exilis & undiq; teres: & ut fertur adeo celſus ut eius cacumen nequeat cerni: q̄ a nubibus nūq̄ relinquatur neq; hyeme neq; æſtate. Colūnam cæli illum eſſe indigenæ aiunt. Ab hoc mōte cognominātur hi homiēs. Nā atlantes uocantur: dicunturq; nec ulla animāte ueſci: nec ulla ſomnia cernere. Ad hos uſq; atlantes poſſum recēſere nomina eoꝝ qui in ſupercilio aphricæ habitant. Poſt hos nihil amplius. Porrigitur autem id ſupercilium ad colūnas uſque herculeas atq; uiterius. Intra quod ē metallū. i. effoſſio ſalis decem dieꝝ itinere: & homines incolentes domicilia ſua facientes ex micis ſalis. Iſti enim iam tractus aphricæ uacant imbribus. Nam ſi plueret illic: nō poſſent manere parietes ſalis. Supra hoc ſupercilium auſtrum uerſus ac mediterranea aphricæ deſerta & plaga eſt: & ſine aqua feriſq;: ſine pluuia ac lignis omni prorſus humore uacās. Ita ab ægypto ad Tritonidem lacum paſtoricii afri ſunt carne uictitantes ac lacte. nihil uaccinum guſtantes: quia nec ægyptii guſtāt ſuem: nec alentes quidē uaccam: nec cyrenææ fœminæ ferire ſibi fas putāt ob Iſidē: quæ eſt ī ægypto: cui etiā ieiunia & dies feſtos agunt ſtudioſe. At mulieres barcææ nō modo guſtu uaccinæ carnis ſed etiam ſuillæ abſtinent. Atq; hæc quidē ita habēt. Ad occaſū uero Tritonidis lacus iā non ſunt paſcuales pœi: neq; eiſdē moribus utētes: neq; idē circa īfātes quod paſcuales ſolēt factitātes. Nā pœnoꝝ q̄ paſtorales ſūt an omēs nō queo pro certo dicere: ſed pleriq; hoc faciūt: ubi filii ipſoꝝ q̄drimi effecti ſūt: uenas uerticis illoꝝ lana ſuccida inurūt: nō nulli uenas tēpoꝝ eam uidelicet ob cauſam ne ullo unq̄ tem-

pore phlegma id eſt pituita defluens e capite officiat: eaq; de
te ſe aiũt eſſe optĩa ualitudine. Et ſũt re uera pœni ĩter om-
nes quos nos nouimus homines ſaluberrimo corpore. ĩcertũ
mihi an ob hanc cauſã: certe optima ualitudine ſũt. Quod
ſi pueris inurendis ſpaſmus exiſtat: ĩuẽta eſt ab eis medicĩa.
Vrĩa enĩ hirci inſpſa eos liberant. ea rĩfero quæ ipſi aphri nar-
rant. Apud paſtoricios aphros talia ſũt ſacrificia. Vbi p̃ pri-
miciis aurẽ pecudes præciderũt: eã ſupta domũ abiiciũt. Hoc
acto ceruicẽ eius auertunt. Solis omniũ deoꝝ ĩmolãt Soli &
Lunæ: & his quidẽ uniuerſi pœni ſacrificãt. At qui circa Tri-
tonidẽ paludẽ incolũt etiã Mineruæ Tritoĩq; ac Neptũo: ſed
Mineruæ præcipue. A qbus aphris græci ueſtẽ & ægidas ſiũ-
lacroꝝ Mineruæ mutuati ſũt: præter q̃ q̃ apud aphros pellicea
ueſtis eſt & pendentes ex eius ægidibus fimbriæ nõ ſũt ſerpẽ-
tes ſed e loris factæ. Cætera uero omnia ad idẽ exemplar effe-
cta ſũt nomine quoq; ipſo teſtificante ueniſſe ex aphrica pal-
ladioꝝ ſcholam. Quippe aphræ mulieres ſuper ueſtẽ amici-
unt nudis pellibus caprinis fimbriatis ac rubrica delibutis: a
qbus ægeis id eſt caprinis pellibus ægidas denomĩauere gra-
ci. Quin etiam hinc primũ mihi uidẽ eiulatus in templis ex-
titiſſe: q̃ eo aphricanæ mulieres uehemẽter utũt ac belle: &
ab aphris q̃driiugos equos iũgẽ græci dicere. Sepeliũt autem
paſtorales aphri defunctos ut græci præter naſamones qui il-
los ſedẽtes ſepeliunt obſeruantes ut dũ quis cœpit agere ani-
mam: eum ſedẽtẽ cõſtituant ne ſupinus expiret. Domicilia
eoꝝ ſũt uirgultis cõpacta ſuſpẽſus circa lẽtiſcos & ea quoquo
uerſus uerſatilia. Et iſti quidẽ talibus utũt morbus. Cõtin-
gũt autẽ hos ab orientali pte Tritonis fluminis hi auſees qui
ſũt aratores. Qui uero pœni domos poſſidere cõſueuerunt:
iis nomen impoſitũ eſt Maxyes: qui dexterã capitis ptẽ co-
matam geſtant: ſiniſtram radũt: corpus minio tingũt aſſe-
rẽtes ſe a troianis eſſe oriũdos. Regio hæc & reliqua ad occi-
dentẽ uergẽs multo frequẽtior eſt fere ſiluiſq; q̃ regio paſto-
raliũ. Nam quæ ad auroram reſpicit: quã paſtorales incolũt
tritone flumine tenus & depreſſior eſt & harenoſa. Hĩc dei-

ceps quæ aratorum eſt ueſperam ſpectans: montana ualde ẽ ac nemoroſa feriſq; frequens. Si quidem apud hos & ſerpẽtes ſunt ſupra modum grandes ac leones. Elephantes quoq; & urſi & aſpides & aſini cornibus prædiți & cynocephali id ẽ capita canina habentes: & acephali id eſt non habentes capita: ſed ī pectoribus oculos: ut ab aphris memorat̃: nec nõ uiri fœminæ agreſtes & aliæ permultæ ferę haud ementitæ. Quorum nihil apud paſtorales eſt ſed alia ueluti ticoniæ & capreæ & bubali & aſini non illi quidem cornua habẽtes: ſed alii impoſiti: nũq̃ enī bibũt: & oryes: quibus ulnales palmæ pro cornibus fiunt. Huius ferę magnitudo eſt ad æquiparationem bouis: & baſſaria: & hyænæ: & hyſtriches: & arietes agreſtes: & dycties & thoes id eſt ex hyæna & lupo geīti: & pătheræ & boryes: & crocodili tricubitali ad ſummum magnitudine terreſtres lacertis aſſimiles: & ſtruthii ſubterranei: & ſerpentes puſilli cum ſingulis cornibus. Hæ ſunt illic ferę & itẽ quæ alibi præter ceruum & aprũ. Ceruus enim & aper prorſus ī aphrica nullus eſt. Sũt ibidẽ quoq; tria muriũ genera: quorum alii bipedes uocant̃: alii zegeries puica līgua: quod in noſtra pollet idem quod colles: alii echines. Sũt præterea muſtelæ quæ in ſilphio naſcũtur murenis ſimillimæ. Tot habet feras pœnorum paſtoralium rĝio: quãtum nos maxime ſcrutando lõgiſſima inueſtigare potuimus. Maxyum pœnorum confines ſũt Zabyces: ubi fœminæ aurigantur currus ī bellum. His finitimi ſunt zygantes: ubi magnam uim mellis apes conficiunt: ſed multo plus opifices uiri facere dicuntur. Omnes ninio inficiũtur: ac ſimiis ueſcuntur: quarum aſatim gignitur iis qui in montibus degunt. Iuxta hos aiũt carthaginẽſes ſitam eſſe inſulam nomine cyranem ducentorũ ſtadiorum lõgitudine artam in latum: in quam pergi e continẽte poteſt oleis refertam: ac uitibus: & in ea eſſe portum unde uirgines indigenarum pennis uolucrũ pice illinitis ramenta auri referunt e limo. Hæc an uera ſint haud equidẽ ſcio: ſed quæ narrãtur ſcribo. Fuerit autem totum ut ipſe ego in zacyntho uidi picem e lacu referri. Sũt eo loci cõplures

lacus: quorum qui maximus ſeptuaginta quoquo uerſus pedum eſt altitudinis duum paſſuum. In hunc uirgines contũ: cuius in ſummitate myrtus alligata eſt: demittunt. Deinde referunt myrto picem odorem quidem aſphalti habentem ſed cætera præſtantiorem pice pieria: eamq; in ſcrobem quem iuxta lacum foderunt effundunt: & ubi multum illius aggeſſerunt: ita e ſcrobe in amphoras transfundũt. Quicquid autem in lacum decidit: id ſub terram means redditur in mari: quod a lacu quatuor ſtadiis abeſt. Ita id quod de inſula adiacenti aphricæ dicitur: conſentaneum eſt ueritati. Aiunt præterea carthaginenſes locum eſſe aphricæ extra colũnas Herculis habitatum hominibus: eo quotiens ipſi appli cuere ſe merces e nauibus exponere: eaſque in crepidine terræ deinceps collocare: tum cõſcenſis nauibus fumum excitare: fumo autem conſpecto indigenas ad mare cõtendere: dehinc auro pro mercibus depoſito rurſus illinc abſcedere: ſed non extra conſpectum: tum ſe illuc e nauibus egreſſos precium conſiderare: & ſi dignum mercibus uideatur: eo ſumpto abire. Sin minus cõſcenſis iterum nauibus conſpicere. Illos uero accedentes plus auri ad id quod depoſuerunt addere donec perſuadeant. Neutros autem alteris iniuriam inferre: neque enim aut ſe contingere aurum priuſq̃ ipſi ſumpſerint aurum. Atque hi ſunt pœnorum: quos nominare poſſum: quorum plerique neque tunc de rege medorum curabant quicq̃: neque nunc curant. De qua regione eatenus queo dicere a quatuor eam nationibus quantum nos ſcimus non amplius incoli: quarum duæ ſunt indigenæ: totidem non indigenæ quidem pœni atque æthiopes: quorum alteri ad aquilonem aphricæ: alteri ad auſtrum incolunt. Aduenæ uero phœnices & græci. Neque uero uidet mihi boĩtas aphricanæ terræ cum bonitate aſiæ atq; europæ comparanda præter unam Cinypem: quæ tellus fluuio cognominis eſt. Hæc optiæ cuiq; telluri par eſt, puẽtu fructus cerealis omĩno cæteræ aphricæ. Eſt enim pulla & unda fõtibus ac ſecura ſiccitatis

aeris: ac ne imbre quidem qui sit uehemētior lædituꝛ. Nam in eo tractu aphricæ pluit ex prouētibus fructuum terræ totidem mensuræ illic quot e babylonica tellure percipiuntur. Bonum solum & illud est quod eueſperitæ colunt. Nam quotiens id eximie se ipsum ubertate superat: cēruplum reddit. At illud cinypium circiter trecenta. Porro cyrenaica regio quæ huius aphricæ editissima est: quam pastorales incolunt tris in se plagas continet admiratione dignas. Primam quæ maritima est: ꝙ in ea iam fructus maturi metuntur uindemínanturque. His compositis in plaga quæ supra maritimam est medios fructus legunt: quos colles appellāt. dum hi fructus adornantur: ii qui sūt in editissima plaga coquuntur atque matureſcunt. Itaque dum primi fructus bibuntur atque eduntur: ultimi aduentant. Atque hunc in modum ad octo menses præceptio fructuum cyrenæos occupat. Hæc hactenus de his dicta sunt.

Ersæ ad usciscendam Pheretimam ab Ariande missi ex ægypto barcem peruenerunt oppidum obsederūt missis ilico qui denunciarent dedi auctores necis Arceſilai: eos oppidani ut qui cædis omnes participes essent in colloquiū non admiserunt. Ita octo menses barcem cum obsedissent persæ: nono mense cuniculos suffoderunt ad murum ferentes & ualida tormenta admouerunt: sed cuniculos quidem faber qdā ærarius deprehēdit æreo scuto hūc in modum. Circūferens illud intra murum admouebat pauimento urbis: quod ubicunque admouebatur alibi illinc e solo nihil soni reddebatur. ad locum autem qui suffodiebatur æs clipei resonabat. Vbi e diuerso fodientes barcæi persas suffossores interemerūt. Torméta autē barcæi ipsi repulsabant. Verum cū multū temporis contriuissent: & multi utrīq; caderent: nec pauciores ex persis: Amasis dux peditatus talē rē cōmētus est. Aníaduertēs barcæos ui nō posse superari sed dolo: larā fossā p noctem deprīssit: eiq; fragilia superstrauit ligna: & sup ea humum īduxit ītdēs solū cætero æquabile. Simul

atque illuxit : barcæos in colloquium euocat . Illi libenter obtẽperauere q̃ eis cordi erat ad pactionem deueīre . Pacti/onem autem in hanc formulam ineunt : ferientes fœdus ſu/per occultam foſſam . Quoad humus ea ita haberet tam di/u fœdus in ea regione ratum foret. Barcæis quod æquum fo/ret ſe penſuros regi promittentibus : & perſis ſe nihil rerum nouarum aduerſus barcæos eſſe molituros . Barcæi dehinc fœderibus freti & ipſi ex urbe prodibant : & ex hoſtibus cui/cunque licebat intrandi urbem faciebant poteſtatem pate/factis omnibus portis . At perſæ reſciſſo ponte occulto in ur/bem proruperunt . Ideo autem pontem quem fecerant re/ſciderunt ut fœdus ſoluerẽt : quod cum barcæis percuſſerant tam diu ratum fore fœdus: q̃ diu maneret terra ut tunc ma/nebat . Refracto enim ponte non manere fœdus in ea regio/ne amplius Pheretima traditos ſibi a perſis barcæos : qui facĩ/dæ cædis principes fuerant ſudibus ſuffixit per ambitũ mu/rorum . Fœminarum quoque deciſas mãmillas circa muros appendit . Cæteros barcæos perſis ut diriperent imperauit præter battiadas : & qui cædis affines non extiterãt : His ur/bem permiſit reliquis in ſeruitutem abreptis perſæ redierũt : qui cum ad urbem cyrenẽm rediſſẽt : Cyrenæi eos oraculi cu/iuſdam ſeruandi gratia per urbem deduxerunt . Sed inter tranſeundum præfectus naualis exercitus Badres illis præce/pit ut urbem diriperent recuſãte Amaſi peditum duce : ſe e/nim aduerſus unam barcem græcam ciuitatem eſſe miſſos . Verum poſtq̃ trãſierunt & ad rupem lycei Iouis ſubſederũt : pœnitentiam eos ſubiit q̃ Cyrenẽ non occupaſſent : eamque iterum adoriri conati ſunt . Cyrenæis eos contemptui ha/bentibus . Et licet nemo contra ferret arma : tamen inceſſit eis metus : illincque curſu ſe proripientes ſexagĩta circiter ſta/dia conſederunt . Vbi ſtatiua habentibus ab Ariande nũcius aduenit ad eos reuocandos cum a cyrenæis commeatum ſibi præberi precarentur . Eo accepto in ægyptum reuertebã/tur . Quos deĩde pœni excipiẽtes ueſtitus atq̃ utẽſiliũ gratia ut q̃ſq̃ ĩlinq̃batʳ trahebaturq̃ : ĩterficiebant : donec in ægyptũ

peruentum est. Hic persarum exercitus in aphricam longissime ad eueſperidas processit. Quos autem barcæorum cœpere quosque ex ægypto eiecere ad rem iis Darius rex ad incolendum uicum bactrianæ regionis: cui uico nomen imposuere barcæ ad meam usq; memoriam etiam icolis frequētē. Verum ne ipsa quidem Pheretima probe uita excessit. Nam postea q̄ ultra barcæos celerrime in ægyptum rediit: male periit. Vt enī existunt acres admodum & inuidiosæ ultiones deorum in homines uiuens uermibus computruit. Talis ac tāta Pheretimæ Batti filiæ in barcæos uindicta extitit.

Herodoti Halicarnasei Historiarum Liber Quintus.

a T Persæ quì in europa sub Megabyzo rēlicti a Dario erāt primos ex helleſpōtiis perinthios Dario subesse recusātes: subegerunt antea quoq; a pæonibus male affectos. Si quidem pæones qui sunt a strymone admoniti diuino responso ut bellum perinthiis inferrēt: & si quidem a perinthiis ex aduerso confidentibus prouocarentur nomīatim compellantibus eos inuaderent: sin minus ab īuadendo abstinerent: ita fecerunt. Enimuero confidentibus perīthiis e regione pœnum in suburbanis: Ibi singulare certamē exprouocatione commissum est uiri cum uiro equi cum equo caīs cum cane. Et cū uictores duobus certaminibus perinthii præ gaudio carmen pæona cantarēt: tunc pæones hoc ipsum esse responsum dei coniectantes inter se dixere nūc oraculum dei perfectum est: nūc nostrum est opus. Atq; ita in perinthios canentes impetum fecere: egregieq; uīcentes ex illis paucos reliquere. Quæ quondam a pæonibus gesta fuerant: hunc īmodum gesta sunt. Tunc autem perinthii pro libertate strēnue pugnantes tamen multitudine a Megabyzo superati sūt perintho capta. Megabyzus per thraciam arma circumferens: omnes eius urbes atque omnes nationes paccatas

regi reddebat. Hoc enim illi a Dario fuerat imperatum: ut omnẽ thraciam ſubigeret. Gens thracũ ſecundum indos omnium maxima eſt: quæ ſi aut unius imperio regeretur: aut idem ſẽtiret (ut mea fert opinio) inexpugnabilis foret: & omnium gentium multo ualidiſſima. Sed quia arduũ illis eſt: & nulla ratione contingere poteſt: ideo imbecilles ſunt. Habent autem multa nomina ſingularũ rgionũ ſingula. Moribus tamen ac opinionibus cõſimilibus imbuti ſunt præter getas & trauſos: & qui ſupra creſtones incolunt. Ex quibus q getæ ſe pro immortalibus gerant: a me commemoratũ eſt. Trauſi uero in cæteris quidem omibus idem quod thraces: uerum circa natalia ſuorum atq; obitus hoc factitant. Edito puero propinqui eum circumſidentes comploratione proſequuntur: recenſentes quaſcunq; neceſſe eſt illi q uitam ingreſſus ſit perpeti humanas calamitates. Hominem fato fũctum per luſum atq; læticiam terræ demandant referentes quot malis liberatus in omni ſit felicitate. At qui ſupra creſtones incolunt iſtaagunt. Singuli plures acri amicorum circa hanc rem ſtudio quænam dilecta fuerit a marito præcipue. Quæ talis iudicata eſt: & hũc honorem adepta: ea a uiris ac mulieribus exornata: ad tumulũ a ſuo ꝓpiquiſſimo mactat: unaq; cum uiro humatur: cæteris uxoribus id ſibi pro ingẽti calamitate ducẽtibus. Nam id eis ſummo dedecori datur. Reliqs thracibus hic mos eſt. Liberos in mercato uenundãt. Virgies nõ aſſeruãt: ſed quibus libuit cum uiris concumbere ſinunt. Vxores aſſeruant uehementer: eaſque magno ære a parentibus coemunt: punctas notis eſſe frontes nobile iudicatur. non eſſe notatas punctis ignobile. Otioſum eſſe pro honeſtiſſimo habetur. Agriculatorem uero pro contemptiſſimo. E bello atq; rapto uiuere pulcherrimum. Atq; hi qdẽ ſũt eoꝝ iſignioris moꝛs. E diis autẽ hos ſolos colũt Martẽ: Liberũ: Dianã: ſed rges præter populaꝛs etiam Mercuriũ. Eũq; e diis præcipue p quẽ ſolũ iurãt: a quo ꝓgeitos quoq; ſe aiũt. Optiatibus eoꝝ tales ſũt ſepulturæ ꝓlato triduũ cadauere mactatiſq; omnifariis hoſtiis cõuiuãtur: Illudq; defletũ

prius : deīde cōbuſtū ſepeliunt : aut aliter hūo cōtegūt : aggeſtoq; deſup tumulo cū alia omīs generis certamīa ꝓponunt : tū præcipue certa cū ratiōe monomachiā .i. ſīgulaꝝ certamen. Et ſepulturæ ꝙdē thracū huiuſmodi ſunt. Quod autē huius regioīs ad aqlonē uergit : nemo poteſt ꝓ cōpto referre quinā hoīnes eam īcolant : ſed illam quæ trās iſtrū plaga eſt : cōſtat uaſtā eſſe atq; ignotam : ubi ſolos audio habitare hoīnes nomine ſigynnas ueſte medica utentes : eoſq; equos toto corpore hirſutos eſſe ad quīq; digitos altitudine pilos : eoſdem puſillos ac ſimos : Inualidoſq; ad uiros geſtādos : ſed currui iūctos eſſe pniciſſiōs : atq; his curribus indigenas īuehi. Hos fines ꝓxime accedere ad Enetos : q; ſūt in adria. Eos quoq; ſe colonos medos dicere : qui quo pacto coloni medos fuerīt : equidē nō queo dicere : ſed fiat quidlibet ītra lōgum tēpus. Sigynnas pœni qui ſupra maſſiliam incolūt inſtitores appellant : cyprii iacula. Ves (ut thraces aiūt) apes loca trāſiſtrana obtinēt : & ob illas ulterius ꝑgi nō poſſe : quæ cū dicūt haud credibilia apud me dicūt : quoniam hoc animal cōſtat rigoris intolerans eſſe. Mihi tamē loca quæ ſeptentriōibus ſubiūt : uidentur ob gelu inhabitabilia eſſe. Hactenus de hac regione. Cuius oram maritimam Megabyzus perſis obedientem reddidit. Darius tranſmiſſo rapidiſſime helleſponto poſtq; ſardis uenit : recordatus eſt beneficii in ſe ab Hiſtiæo collati & cōſilii Cois mitylenæi. Quibus accerſitis ſardis optulit electionem. Hſtiæus ut qui eſſet mileti tyrannus nullam ſibi tyrānidem popoſcit : ſed Myrcinum edonidem animo urbis in ea cōdendæ. Et iſte quidem hanc elegit. Coes autem ut qui non tyrannus : ſed priuatus eſſet optauit mitylenes tyrannidē. Impetrato uterq; quod optauerat eo ſe contulit. At Dario res huiuſcemodi oblata eſt : ut illam uidēti inceſſerit cupido iubendi Megabyzo ut pæonas ex europa e ſedibus ſuis in aſiam tranſportaret : erant pigres & matyes uiri pæones : qui poſtq; Darius tranſmiſit in aſiam & ipſi ſardis uenere cupidi tyrānidis apud pæonas potiundæ ducentes una ſorore procera ſtatura atque ſpecioſam. Hi obſeruato tempore

dum in ſuburbanis lydorum Darius præſideret: talem rē ſibi agendam putarunt. Sororem q̄optime poterant cum exornaſſēt: ad aquam mittunt uas capite continentem: equūq; e brachio trahentem: linumq; nentem. Eam prætereuntem Darius attente conſiderabat: q̄ neq; perſica erant illa quæ ageret mulier néq; lydica: neq; ullarum ex aſia fœminarum. Hæc conſiderans miſit quoſdam ſuorum ſatellitū iuſſos obſeruare ī quam rem uteretur mulier equo. Iſtis ſubſequentibus fœmina ubi pueīt ad flumē equo ſatiſfecit: uas aq̄ īpleuit. His actis eadem uia rḡredit aquam capite ſuſtinens: equū e brachio trahēs: ac fuſū uerſās. Admiratus Darius tū iis quæ ab exploratoribus audiſſet: tū iis quæ ipſe uidiſſet: adduci coram fœminā iubet. Ea adducta adoleſcētes fratres qui aderant nō ꝓcul rē ipſā ſpeculātes interrogāti Dario cuias illa eſſet: aiūt ſe pæones eſſe: & illā ſuā ſororē. Ad quos Darius quinam homiēs eſſēt pæones: & ubi locoꝝ habitarēt: & cuius rei gratia illi ueniſſent ſardis perconctari. Adoleſcētes ſe uero ueniſſe dicere ut ſe ſe ei donarent: pæoniā autē eē ad flumē ſtrymonem ſitam: qui ſtrymon non procul abeſſet ab helleſpōto: pæones eſſe coloniā teucroꝝ: qui e troia fuerūt. Hæc ſingillatim illi referebant. Interrogātiq; Dario nūq̄d omnes illic fœminæ tā laborioſæ eſſent: affirmare ꝓmpte id ita habere. Huius enim rei gratia illud fiebat. Ibi Darius litteras ad Megabyzū dat: quē in thracia præfectū reliquerat iubēs e ſedibus ſuis pæones ad ipſū trāſferri cū liberis pariter & uxoribus. Eques cū hoc nūcio cōfeſtim ad helleſpōtum cucurrit. Helleſpōtoq; trāſmiſſo litteras Megabyzo rēddidit. Quibus ille lectis ſumpto e thracia duce aduerſus pæoniam exercitum ducit. Pæones cognito perſarum in ſe aduētu cōtractis copiis proceſſere ad mare rati illac perſas ingreſſuros ad dimicandum. Et pæones quidem ad arcendum exercitus Megabyzi ingreſſum parati erant. Perſæ autem certiores facti pæonas cōueniſſe ad itercludēdū ab ora maritima īgreſſū: ſumptis ducibus iter ad ſupetiora conuertunt: hoſtemq; latentes in eius oppida irrumpunt: & illa utpote uacua facile

occupât. Quod ubi reſciuere pæones protinus diſpſi ad ſua quiſq; ædlabũt: ſeq; perſis dedunt. Ita e pæoĩbus ſyropæones & pæoplæ & qui ad praſiadem uſq; paludem incolunt e ſuis ſedibus emoti in aſiam ſunt abducti. Qui uero circa pangæũ montem incolunt doberaſq; & agriannas & hodomantes & ipſam praſiadem paludem a principio non cepit Megabyzus. Tentauit tamen expugnare eos qui paludem incolunt. Incolunt autem hunc in modũ. In media palude cõpactæ erant ſublicæ tenuem a cõtinente ingreſſum uno ponte habẽtes. Has ſublicas tabulata ſuſtinentes olim cõmuniter omẽs ciues ſtatuebant. Mox e lege hũc in modũ ſtatuendum cẽſuerũt: ut pro ſingulis uxoribus quas quiſq; duceret (Ducunt autem ſinguli multas uxores) ternas defigeret ſublicas e mõte ſumptas: cui nomẽ eſt orbelus. Hoc habitantes modo optinent ſinguli ſuper ea tabulata tugurium in quo degunt: & fores inter tabulata compactas deorſum ad paludem ferentes paruulos liberos per pedem reſte illigãt: metuentes ne illi in aquam deuoluantur. Equis autẽ & ſubiugalibus piſces pro pabulo præbent. Porro piſcium tanta eſt copia ut quotiens quis ianuam compactam reclinauerit: demiſſam fune ſportam uacuã aliquãto poſt retrahat piſciũ plenã. Quorũ duo ſunt genera: unum quod uocant papatres: alterũ tilones. E pæonibus ii qui capti fuere in aſiã ſunt abducti. Pæonibus captis Megabyzus nũcios in macedoniam ſeptẽ perſas qui poſt eũ erãt in exercitu ſpectatiſſimi miſit ad Amyntam petituros regi Dario terram & aquam. Eſt autẽ e palude praſiade breuis admodũ in macedoniam uia. Nã in primis paludi cõfine eſt metallũ: id eſt foſſio æris. Vnde poſtea tẽpora Alexandro in ſingulos dies ſingula talẽta proueniebãt. Poſt metallum ſuperato monte quem uocant dyſorum macedonia intratur. Eo perſæ ubi peruenere: & in conſpectum Amyntæ ad quem mittebantur regi Dario terram & aquam petiere: Amyntas & ea dedit: & homines in hoſpitium uocauit. Inſtructaq; ſplẽdide cœna pcomiter accepit. Perſæ poſtq; a cœna ad potũ puenere: hoſpes iquiũt macedo nobis perſis

conſuetudinis eſt quotiēs magnam exhibuimus cœnām: tūc etiam concubinas & adoleſcētulas uxores ad aſſidendum introducere: proinde tu nunc quoniam libenter excepiſti nos & liberali hoſpitio proſecutus es: ſ̄gq; Dario & terram das & aquam: ſectare cōſuetudinē noſtram. Ad hæc Amyntas nobis inquit perſæ iſta conſuetudo non eſt: ſed uiros a fœmīs ſemouendi. Verum quandoquidem nos exigitis qui doīni eſtis: hoc quoq; uobis præſtabit̄. Hactenus locutus Amyntas fœminas accerſit. Illæ ut iuſſæ præſto fuerūt: & e regione perſarum deinde conſederunt. Quas perſæ conſpicati formoſas Amyntam alloquūtur negātes omnino id factum eſſe ſapienter. Satius enim futurum fuiſſe ab initio non uenire fœīnas: q̄ poſtq̄ uenerant non aſſidere: ſed ex aduerſo ſedere in oculorū dolorem. Ita coactus Amyntas illas aſſidere iuſſit: Quæ cum obtemperaſſēt illiço perſæ māmillas illarū tractare utpote pluſculo uino temulenti nō nulli etiam tēptare ſuauiari. Hæc Amyntas inquiens &ſi iniquo ferebat animo: tamen præ metu perſici nominis quieſcere. Verum eius filius Alexander cum adeſſet: atq; hæc ſuſpiceret utpote adoleſcens & malorū inexpertus neq̄quā amplius tolerare poſſe. Itaq; grauiter ferēs ad Amyntam īquit. Tu uero pater cede ætati: abiq; hinc ad requieſcendum: neq; indulgeas nimium potationi. Ego hic remanens omnia hoſpitibus quæ oportet exhibebo. Amyntas eum rei nouæ aliquid facturū animaduertens ad hæc reſpondit. Fili inquiens uerba tua hinc me ſummouentis pene intelligo. Ideo enim me dimittis: q̄ aliquid noui agere in animo habes. Quare nolo te quicq̄ noui in hos uiros perpetrare futurum in perniciem noſtram: ſed tolera ſpectans quæ geruntur. Nam q̄ ad diſceſſum meum pertinet parebo. His reſponſis Amyntas abiit. Et Alexander ad perſas Vobis inquit hoſpites cum his fœminis uel omnibus ſi libet facillime licet concumbatis: ſed cum qua earum concumbere libeat indicate. Nunc enim fere tēpus cubādi aduētat: & uos bene potos eſſe temulētoſq; uideo. Proīde has fœīnas ſi uobis cordi ē ſinite ire ad ſe lauādū: q̄s cū lotæ fuerint

accipiatis. Hæc locutus Alexãder approbãtibus ꝑſis egreſſas fœminas in muliebre remittit cõclaue: ac totidem uiros leues malas habentes mulieribus ueſtibus exornat: traditiſq; pugionibus introducit: admonetq; perſis inquiens. Vos uero perſæ a uobis in conuiuium eſtis omĩ mũificẽtia accepti. Quippe quibus & quæ habebamus & quæ inuenire potuimus: ea omnia ꝛpræſẽtauimus. & ꝙ omniũ maximum eſt & noſtras ipſorum matres & ſorores liberaliter exhibeũs: ut omni honore affecti a nobis intelligatis quibus rebus digni eſtis: utiq; regi qui uos miſit renuncietis a græco quodam macedonum principe uos & menſa & lecto bene acceptos eſſe. Hæc locutus Alexander ſingulos macedonas quas fœmĩas eſſe aiebãt: aſſidere iuſſit ſingulis perſis. Qui poſteaq̃ a perſis attrectari cœpere: illos obtruncauere. Et hac quidem morte affecti ſũt perſæ ipſi pariter & eorum comitatus. Comitabantur enim eos & uehicula & familia & omĩs generis apparatus: quæ cũcta cum illis omnibus pariter intercepta ſũt. Nõ multo deĩde interiecto tempore cũm magna horum uirorũ inter perſas inquiſitio fieret: Alexander illos prudẽter occupauit tũ multa aliis pecunia: Tum ſorore ſua nomine Gygea Bubari data uiro perſæ uni ex inquiſitoribus interfectorum. Ita horũ perſarum cædes deprehenſa: ſed ſilentio ſuppreſſa eſt. Eſſe autẽ græcos qui hæc fecere a Perdicca progeĩtos quemadmodum ipſi aiunt & ego aſſentior in iis quæ poſtea dicam id ita eſſe probatur: & ii qui in olympia certaminibus græcorum præſũt conſentiunt. Nam cum Alexander certandi gratia ad hoc ipſum deſcendiſſet: a concurſoribus prohibebatur ꝙ negarent barbarorum id eſſe certamen: ſed græcorum. At ubi palam fecit ſe eſſe argiũ græcus eſſe iudicatus eſt: & ſtadium currẽs proximus primo extitit. Et hæc quidem ita geſta ſunt. Megabyzus autem pæonas ducens abiit in helleſpontum: & illo trãſmiſſo peruenit ſardis. Cum interim Hiſtiæus mileſius iã muris cĩgerĩt locũ quo a ſe petito doãtus a Dario fuerat ĩ preciũ ſeruatæ ratis: q̃ locus ẽ ad flumẽ ſtryõnẽ noĩe myrcinus. Megabyzus cognito quod fiebat ab Hiſtiæo cum primũ ueĩt

ſardis ducens pæones : ita eſt Darius allocutus . Rex quidnã tu rei feciſti daro locum ad urbẽ condendã thracio uiro græco eidẽq; ſolerti atq; induſtrio : ubi afatĩ materia eſt ad naues ædificandas multumque remigium atque pecuniæ. Multis etiam cum barbaris tum græcis incolentibus qui nacti ducem faciẽt quicquid ille uel die uel nocte præceperit . Nunc tu uirum hunc ita fauentem inhibe ne domeſtico bello afflicteris: ĩhibe autem miti modo accerſitum : quem cum acceperis: da operam nequando in græciam reuertatur . Hæc locutus Megabyzus perfacile Dario perſuaſit tãq; probe ꝓſpiciens quod eſſet euẽturum . Darius miſſo in myrcinum nũcio ad Hiſtiæum hæc inquit : Hiſtiæe rex Darius hæc dicit mihi r̃buſque meis melius conſulentem q̃ te inuenio neminem : quod non uerbis ſed factis compertum habeo . Proinde cum res magnas agere deſtinẽ : præſto mihi ſis ut ea tibi aperiã . His uerbis fide habita Hiſtiæus & ſimul magnificiens conſiliariũ regis fieri ſardis profectus eſt . Cui aduenienti Darius Hiſtiæe ego inquit ea de cauſa te accerſiui ꝙ poſteaq̃ a ſcythis redire maturaui: & tu ab oculis meis abfuiſti: nullius rei deſiderium tam me tenuit breui: q̃ ut tu in aſpectum & colloquiũ meum ueĩres: cum ſcias omnium poſſeſſionum precioſiſſimam eſſe uirum amicũ ſolertẽ bene ſẽciẽtẽ : quæ tibi ambo adeſſe ego teſtimonio eſſe poſſum e rebus meis. Quare ubi ego qui feciſti probeq; ueniſti hoc gratificãdum putaui ut omiſſa mileto & recens condita in thracia urbe me ſequaris ſuſa : eadem quæ ego habiturus : meuſq; conuictor ac cõſiliarius futurus. Hæc locutus Darius una ſecum Hiſtiæum ducens ſuſa uerſus iter intendit præfecto ſardibus Artaphrene fratre ſuo ex eodẽ patre itẽ præfecto Otane oræ maritimæ : cuius partem Siſamnem unum e regibus iudicibus ꝙ iniuſte ob pecuniam iudicaſſet rex Cambyſes interemerat . Interemptoq; detractum corium in lora concidit : quibus tribunal ĩ quo ille ſedens iudicarat intẽdit : ibidemq; eius filium Otanem ſedere iudicẽ præcepit : atque in memoria habere in quo tribunali iudicaret . Hic igitur Otanes in eo tribunali ſedens: tunc Megabyzi

ſucceſſor exercitus byzantios ac chalcedonios cepit. Cepit item antandrum: quæ eſt in terra troade: cepit quoq; lamponiũ. Sũpta etiã a leſbiis claſſe cepit lemnum: & imbrum a pelaſgis tunc quoq; utranq; habitatam. Sed lemnii quoniam prælio contemnerant: & aliquandiu repugnauerant: mala perpeſſi ſunt: quorum qui ſuperfuere iis præfectum perſæ impoſuere Lycaretum Mæandrii eius qui ſami regnauit germanũ. Hic Lycaretus cũ lemno præeſſet: hac de cauſa mortem oppetiit: & omnes in captiuitatem rdigebat: atq; euertebat alios inſimulans deſertores ſcythicæ expeditionis: alios uexatores copiarum Darii a ſcythis reuertentium. Hæc iſte in ſua præfectura perpetrabat. Sed non diu in malis faciendis deſtituit: & ceperunt iterum e naxo atq; mileto calamitates Ionibus fieri: e naxo quidem & inter inſulas felicitate præſtabat: e mileto autem & ea tempeſtate prope ſe ipſam ſuperant maxime florebat. Eratq; ioniæ prætextum cum laboraſſet duabus ſuperioribus ætatibus morbo ſeditionis: donec eam ſeditionem parii ſedauerint ex omnibus græcis correctores a mileſiis delecti. Hunc autem in modum eos parii correxere. Cum miletum ueniſſent uiri iter parios præſtãtiſſimi: cernerẽtq; domos uehemẽter labefactas: dixerũt uelle ſe regionem ipſorum peragrare. Id facientes & omnem agrum mileſium luſtrantes: ut quenq; fundum animaduertebant bene cultum fructumq; emittentem: cõſcribebãt domini nomẽ. peragrata omni regione cum paucos huiuſmodi fundos comperiſſent: q̃maturrime ad urbem deſcenderũt. Coactoq; cœtu decreuerunt urbem ab iis eſſe incolẽdã: quorum fundos bene cultos inueniſſent. Videri enim illos ita curaturos publica ut ſua ipſorum curauiſſent. Cæteros mileſios qui prius ſeditioſi fuiſſent: iuſſerunt horum dicto audiẽtes eſſe. Ita mileſios parii correxerunt. Ex his tunc urbibus hoc modo cœperũt Ioniæ mala contingere. Et naxo quidem locupletes e plebe in exilium miſſi miletũ ſe cõtulerunt. Miletum autem procurabat Ariſtagoras Molpagæ: Idẽq; gener ac cõſobrinus Hyſtiæi Lyſagoræ: quem Darius ſuſis deſtine-

bat. Nam Hiſtiæus mileti erat tyrannus: & per id tẽpus ſuſis degebat: dum naxii miletum uenere. Iam pridem Hiſtiæi hoſpites cum miletum naxii aduenere obſecrarunt Ariſtagoram ut aliquantulum copiarum ipſis præſtaret ad redeũdum in patriam: ille colligens ſi per eum iſti in patriam fore ut naxo imperaret: tamen prætendens Hiſtiæi hoſpitium ita eos eſt allocutus. Meæ quidem uires ad tantum copiarum præbendum non ſuppetunt: ut inuitis his qui naxum tenent uos poſſum reducere: cum audiam octo milia ſcutatorum naxiis ac multum longarum nauium eſſe: tamen omne ſtudium id efficiendum adhibebo hoc ſcilicet in animo uerſans. Eſt mihi amicus Artaphernes Hyſtapſis filius Darii rẽgis frater: qui perſis eſt omnium in aſia maritimorum multo exercitu præditus ac multa claſſe. Hunc ego uirum opinor facturum omnia ex animi noſtri ſententia. His auditis naxii inſtare Ariſtagoræ ut rem q̃optime poſſet cõficeret: utq; munera homini polliceretur dicere & ſe exercitui ſumptum ſuppeditaturos. magnam uidelicet ſpem habebat cum ipſi naxo apparuiſſent naxios omnia quæ iuberentur eſſe facturos: atq; adeo cæteros inſulanos. Nulla dum enĩ cycladũ inſularũ ſub Dario erat: profectus ſardis Ariſtagoras ait ad Artaphernem eſſe inſulam naxum non ſpacioſam illam quidem: ſed pulchrã alioquin & bonam: Iõiæq; uicinam: multis prætereã & pecuniis & ſeruiciis præditam. Proĩde tu aduerſus hãc regionem ducito exercitum per cauſam illuc exules reducendi. Quod facienti tibi magnæ ſũt penes me in expedito pecuniæ præter illas quæ in exercitum erogabuntur. Has enim æquũ eſt nos præbere: qui aduentus noſtri auctores ſumus: & te inſulas regi acquirere ipſam naxum & quæ ex hac pendent parum & andrum. Cæteraſq; quæ cyclades nominant. Vnde proficiſcens haud difficile inuades euboiam inſulam magnam ac beatam nec iſertiorem cypro ac facilem ſane ad capiendum centum omnino nauibus ad has occupãdas ſuffecturis. Huic reſpondens Artaphernes tu uero inquit quæ ſunt ex utilitate regiæ domus expoĩs. & probe iſta ſuades omnia

præterq̃ de numero nauium. Nã ꝑ centum nauibus ducentæ tibi ineunte ſtatim uere in promptu erunt. Oportet tamẽ de his rebus auctoritatem quoq; regis accedere. His auditis Ariſtagoras lætus miletum redit. Artaphernes autem miſſo ſuſa ad Darium nuncio: per quem de rebus ab Ariſtagora dictis eum certiorem faceret. ubi ille rem approbauit: ducentas naues inſtruxit tum perſarum: tum aliorum ſotiorum magna ſane multitudine præfecto eis duce Megabate uiro perſa familia achæmenidarum ſuo ac Darii conſãguineo: qui ſi uera ſunt quæ poſt hoc tempus geſta filiam deſpõderat Pauſaniæ lacedæmonio Cleombroti filio græciæ tyrãnidem affectanti. Delecto itaq; duce Megabate exercitum Artaphernes ad Ariſtagoram miſit e mileto Megabates Ariſtagora ſumpto atq; Iadũ exercitu cum naxiis profectus eſt per ſimulationem eundi in helleſpontum: atq; ubi chium peruenit: claſſem continuit apud caucaſa: ut illinc uento aquilone traiiceret in naxum. Sed quoniam non erat fatale naxios ea claſſe deleri: hoc negocii contigit. Megabates in circumeundis nauium excubiis offendit nauem myndiam a nemĩe cuſtodiri: quam rem indigne ferens iuſſit ſatellites inuentum eius nauis principem nomine Scylacem uincire traiectum ꝑ thalamiã id ẽ ꝑ foramẽ: ꝑ quod rĩmus extat: ita ut caput extaret corpus intus eſſet. Ariſtagoras a quodã factus certior hoſpitem ſuum Myndiam a Megabate uinctum afflictari ꝑſam adit hominem excuſat: rẽpoſcit: cum nihil exoraret: ipſe accedẽs Scylacem ſoluit. Id ubi reſciuit Megabates grauiter admodum ferẽs Ariſtagorã ĩuaſit: cui Ariſtagoras quid tibi inquit eſt cum iſtis negociis? Nonne te miſit Artapher-nes ut me ſequereris: atq; eo nauigares quodcunq; ego iuberem: quid multa agis? His uerbis indignatus Megabates ubi non affuit: miſit naxum quoſdam cum naui ad rem naxiis quæ impenderent exponendam. Naxii ut qui minus q̃ hanc aduerſus ſe claſſem uenturam expectabant: ubi id audierunt: omnia confeſtim ex agris in urbem comportare: & ſe tanq̃ obſidendi eſſent inſtruere cibariis potu murorum

refectione. Et iſti quidem tanq̃ inſtante ſibi bello ſeſe apparabant. Illi uero poſteaq̃ e chio in naxum traiecerunt: iam præmunitos aggreſſi ſunt. Conſumptiſq; quatuor in obſidione menſibus: abſumpta quã ſecũ attulerant pecunia: & ab Ariſtagora maxima cum plura deſideraret obſidio. Vbi mœnia naxiis exulibus ædificauerunt: in continentẽ reuerterunt male affecti. Ariſtagoras quãdo quod Artaphrẽ receperat præſtare non poterat: nec exercitui ſtipendiũ exigẽti dare præſertim Megabate inſimulante apud milites male affectos. Præterea ne regno mileti fraudaretur: his de cauſis trepidus de defectione conſultabant. Contigit enim e ſuſis ab Hiſtiæo uenire quendam compũcto notis capite: quibus Hiſtiæus Ariſtagoram cõmonefaciebat ut ab rege deficeret. Id nanq; uolens Hiſtiæus Ariſtagoræ indicare quia alia ratione facere non poterat utpote itineribus cuſtoditis fidelliſſimo e ſeruis caput eraſit: litteraſq; impreſſit: & hominẽ retinens quoad capilli refrutícarẽt: ubi illi renati ſunt raptiſſime dimiſit miletum nihil aliud mandans niſi ut cum miletum peruenirent iuberet Ariſtagoram eraſo ſuo capite inſpicere. Ea autem ſtigmata ſignificabant (ut a me ſuperius dictũ eſt) defectionẽ. Hoc ideo Hiſtiæus faciebat q; magnã ſibi iacturam ducebat ſe ſuſis diſtĩeri: etiam atq; etiam ſperans fore ut ſi ab Ariſtagora rebellaretur ad mare proficiſcerẽtur. Sin miletus nil noui moliretur: nullam ſibi uiam amplius eſſe ad eã reuertendi intelligebat. Et Hiſtiæus quidem hæc conſiderans nuncium mittebat. Ariſtagoras autem cum ei hæc omnia conſentanea per idem tempus cõtigiſſẽt: rettulit ad ſeditioſos tam de ſua ſententia q̃ de Hiſtiæi mandatis. Cui cum cæteri omnes aſſenſiſſent iubentes ut rebellaret: Hecatæus tamen logopius id eſt ſermonum auctor initio diſſuadere bellum ſumi aduerſus regem perſarum enumerans cunctas nationes: quibus Darius imperaſt: omnemq; illius potentiam. Sed cum hoc perſuadere non poſſet: ſecundo loco ſuadere ut claſſe mare occuparent: negãs ſe uidere qua alia ratione id eſſet euenturum. Scire enim ſe

mileſiorum uires eſſe imbecillas: ſi tamẽ pecuniæ e templo: quod eſt in branchidis tollerentur: quas Crœſus lydus repoſuiſſet: multum ſpei recipere maris potiundi: atq; ita pecuniam & ipſos habituros ad utendum: nec hoſtes ſpoliaturos. Erant autem hæ ingentes pecuniæ quemadmodum a me in primo libro demonſtratũ eſt. Verum ne hæc quidem ſẽtẽtia obtinuit: ſed illa ut omnino rẽbellaret: utq; unus eorũ myuntem nauigaret ad exercitum: qui e naxo reuerſus illic agebat: ut conaretur duces claſſiariorũ comprehendere. Miſſus ad hoc ipſũ Iatrogoras dolo cepit Oliatum Ibanolis myſiſſẽſem: & Hiſtiæum Tymnis termerenſem: & Coem Alexandri: quem Darius mitylene dõauerat: & Ariſtagorã Heraclydis cymæum: complureſq; alios. Ita ex profeſſo Ariſtagoras defecit omnia in Darium commentus. Et primum quidem uerbo duntaxat tyrannidem immutans: ſtatum rei publicæ mileti conſtituit: ut ſecum libenter mileſii rebellarẽt. Idem dehinc in reliqua ionia fecit tyrannorum alios eiiciens alios utiq; quos ceperat e nauibus iis quæ aduerſus naxum una ierant: ut ciuitatibus gratificaretur: alium in alia urbe diuendens: ex qua quiſq; illorum erat: quorum Coem mitylenæi ut acceperunt ſine mora productum lapidibus interemerunt. Cymæi ſuum dimiſerunt. Poſteaq̃ & alii complures tyranni fuga ſolum uertere: paſſim per ciuitates tyrannorum abdicatio facta eſt. Tyrannis ſummotis Ariſtagoras mileſius ſecundo loco iuſſit in ſingulis ciuitatibus conſtitui ſingulos magiſtratus: moxq; ipſe lacedæmonem triremi ꝓlegato miſſus eſt. Opus enim erat magnam aliquam comparare ſocietatem. Spartæ regnum iam nõ tenebat Anaxandrides Leontis filius quia non ſuperſtes erat: ſed eius obitu filius Cleomenes ꝛgnabat: non ille quidem propter uirtutis ſpecimen: ſed propter genus. Etenim Anaxandrides ducta in matrimonium ſororis filia: quæ &ſi cordi erat: tamen ex ea liberos nõ ſuſcipiebat. Id cum ita eſſet ephori his eum uerbis incuſauerunt. Si tu tibi non proſpicis: certe nobis hoc non eſt deſpiciẽdum Euryſthei genus labefieri: Tu quando-

quidem uxorem habes: quæ non concipit aliam ducito gratiſſimam tem ex hoc ſpartiatis facturus. His ille reſpondẽs negat ſe earum rerum alterutram eſſe facturum: ſed hos nõ recte conſulere: qui ipſum hortentur repudiata quam haberet uxore innoxia alteram ducere: eoq; ſe non eſſe pariturum. Cui ephori atq; optimates conſilio inter ſe habito rettulerunt: Quoniam te cernimus amore coniugis quam habes implicitum facito quod dicimus: ac noli ꝛpugnare: ne qd de te ſpartiatæ grauius conſulant. Cõiugem quam habes ut repudies non poſtulamus. quæcũq; ei præſtas nunc ea omĩa præſtato. Alteram tamen ducito præter hanc uxorem quæ ſit fœcunda. Hæc dicentibus aſſenſus eſt Anaxandrides duas dehinc uxores habẽs binis ædibus habitabat haudquaquã ſpartiatice faciens. Non longo interiecto tempore uxor quæ poſterius ducta eſt parit hunc Cleomenem: quem mater ſucceſſorem regni ſpartiatarum nuncupabat. At uxor prior quæ hactenus ſterilis fuerat & ipſa concepit hoc fato uſa: quæ cũ re uera prægnãs eſſet: domeſtici tamen poſterioris uxoris. Id audientes ac moleſte ferentes dicere iactari hoc ab illa animo ſubiiciendi ſibi partu. Itaq; his indigne ferentibus exacto tẽpore pariendi: ephori increduli fœminæ parturienti cuſtodes aſſederunt: quæ Dorieum peperit. Moxq; Leonidẽ: & poſt hũc gradatĩ Cleõbrotũ. Sũt q dicãt Cleõbrotũ atq; Leõidẽ fuiſſe gemiõs. Quæ Cleomenẽ peperit ſecũdo loco in matrimoniũ ducta Primetadæ Demarmẽi filia alterũ filiũ ãplius nõ genuit. Et Cleomenes quidem non compos ut fertur ſed inops mentis. Dorieus autem ĩter æquales omnes primus erat: meritoq; putans ſe ob uirilitatem regno potiturum. Hic ita opinione præſumens defuncto Anaxandrida cum lacedæmonii Cleomenem ex lege q̃ maximus natu eſſet creaſſent: ĩdigne tulit id ſibiq; a Cleomene imperari. Igitur petita a ſpartiatis plebe coloniam duxit: neq; delphico uſus oraculo ĩquã terram ad urbem condendam tenderet: neq; quippiam conſuetorum executus: adeo rem indigne ferebat in aphricam nauigans ducibus theræis ad Cinypem delatus locum com-

muniit totius aphricæ pulcherrimum iuxta flumen : ſed illīc tertio eiectus anno a macis & aphris & carthaginēſibus in peloponneſum abiit Vbi Antichares uir eleonius ei conſilium dedit ex Laii oraculis ut heracleam ī ſicilia cōderēt affirmans Erycis rḡionem eſſe heraclidarum ipſo Heracle id eſt Hercule conditore. Hoc ille audito delphos ſe contulit ad oraculum conſulendum nunquid regione ad quam mittebatur potiturus eſſet. Pythia eum potiturum reſpondit. Sumpta itaq; Dorieus claſſe quā & īn aphricam duxerat italiam prætervehebatur: ea tempeſtate ut ferunt ſybaritæ cum Telye rege ſuo bellū crotoniatis erant illaturi. Id metuentes crotoniatæ Dorieum ut ſibi opem ferret orauere. Hic precibus inductus una cum illis aduerſus ſybarim contendit: eamq; cepit. Hæc ſybaritæ Dorieum & qui cum illo erant feciſſe aiunt. Crotoniatæ negāt quempiam ſe peregrinum in bello aduerſus ſybaritas aſciuiſſe præter unum Calliam heleum amicorū uaticinū : & hunc a Telye ſybaritarum tyranno ad ipſos tranſfugiſſe hoc modo q; ſacrificans de eundo aduerſus crotonem non litaret. Hæc iſti aiunt : quarum rerum utriq; teſtimonia hæc afferunt. Sybaritæ quidem phanum ac templum prope craſtin lapidum materiam : quod Dorieum capta urbe aiunt extruxiſſe Mineruæ cognomine craſtiæ: & hoc ipſius Doriei necis uolunt eſſe maximum teſtimonium : q; præter uaticinia agens interemptus eſt. Si enim nihil niſi id ad quod mittebatur feciſſet : nec trāſgreſſus eſſe erycinam regionem optinuiſſet: & obtētam poſſediſſet non ipſe cū exercitus abſūptus eſſet. At crotoniatæ multa monſtrant peculiariter donata Calliæ heleo in agro crotonienſi : quæ etiam ad meam uſq; memoriam prognati Calliæ colebant. Dorieo autem & eius poſteris nihil omnino fuiſſe donatum : cui ſi in bello ſybaritano fuiſſet crotoniatis auxilio multo plura q̄ Calliæ fuiſſe donanda. Hæc pro ſe utriq; eorum teſtimonia referunt : quorum utris accedere ut quiſq; mauult : his accedat licet. Nauigarunt autem cum Dorieo & alii duces coloniæ ſpartiatarum deducendæ Theſſalus & Parabates &

Cæleas & Euryleon : qui ubi cum omni claſſe ſiciliam tenuerunt ſuperati a phœnicibus atq; egeſtanis in prælio occubuerunt: una tantum ex hac aduerſa pugna ſuperſtite Euryleonte : qui collectis eorum reliquiis occupauit minoam ſelinuſiorum coloniam : ſelinuſioſq; liberauit monarchiam Pytagoræ . Hunc cum ſuſtuliſſet : ipſe tyrannidem ſelinuntis inuaſit . Sed breui monarchus id eſt unicus princeps extitit. Nam ſelinuſii impetu ĩ eũ facto cum ad Iouis forenſis aram confugiſſet obtruncarũt . Dorieo & uitæ & mortis comes fuit Philippus Bucacidæ uir crotoniata : qui deſponſa ſibi filia Tolyis ſybaritæ crotone profugerat : abnegatoq; matrimonio trãſmiſit cyrenem . Ex hac diſcedens ſectatus eſt familiarem trifmẽ ac familiarium uirorũ ſũptũ: q; eſſet olympiõices .i. uictor certaminis ad olympia : & omniũ illĩc græcor; ſpecioſiſſimus . Ob quam corporis ſpeciẽ a ſegeſtanis ea quæ nemo alius reportauit . Nam ſepulturæ eius heroico monumento extructo ſegeſtani hoſtias offerunt . Hunc in modũ Dorieus uita functus eſt : qui ſi in animum induxiſſet ſibi ferendum eſſe Cleomenis regnum: & in ſpartam permanſiſſet : rgno fuiſſet lacedæmoniorum potitus. Neque enim diu Cleomenes imperauit : ac ſine liberis deceſſit una duntaxat relicta filia nomine Gorgo . Cleomene igitur imperium tenente ſpartam uenit . Ariſtagoras mileti tyrannus : Cleomenemq; allocuturus conuenit habens (ut lacedæmonii aiũt) æream tabellam in qua totius terræ ambitus erat inciſus : cũctumque mare atq; omnia flumina . Huius in colloquiũ ubi uenit : ita ad eum inquit , Studium meum Cleomenes qui huc aduenerim nẽ mireris . Non enim ab re hoc fit . Prolem ioniam pro libera ſeruam eſſe cum nobis ipſis dedecus dolorq; maximus eſt: tũ uero uobis & eo maior: quo magis cæteros in græcia antecellitis . Proinde nũc per deos græcos eripite Iones a ſeruitute conſanguineos ueſtros : quod facile eſt ad præſtandum . Nam neq; barbari ſũt uiri ſtrenui : & uos in ſummum rei bellicæ per uirtutem euaſiſtis : & genus pugnandi eorum huiuſcemodi eſt breues arcus : ac

breuia ſpicula: longas brachas: longaſq; in capitibus criſtas: unde faciles captu ſunt gerentes in pugnam eunt. Ad hæc tantum bonorũ eſt his qui eam incolunt continentem: quãtum non eſt cæteris uniuerſis: tum auri ut ab hoc incipiamus: tum argenti: tum æris: tum uariæ ueſtis: tum iumentorum: tum mancipiorum: quibus uos ſi potiri libuerit potiemini. Sunt quoq; inter ſe confines ut ego differã. His ionibus confines ſunt lydi: qui terram icolũt: tum aliarum rerum: tum uero argenti feraciſſimam. Hæc autem dicebat oſtendens ex ambitu terræ in tabella quã attulerat deſcripto lydis uero dicebat Ariſtagoras cõfines ſunt hi phryges aurorã uerſus pecorũ copia et terræ ubertate: õniũ quos ego noui longe beatiſſimi. Phrygibus cõfines ſunt cappadoces: quos nos ſyros appellamus. His cõfines ſunt cilices huius maris accolæ: ubi hæc cyprus inſula eſt ſita qui tributum amnium regi pendũt quĩgena talenta. His cilicibus cõfines ſunt ii armenii: et ipſi re pecuaria abũdantes. Armeniorum hanc regionem cõtingunt matieni: quorũm terræ ciſſia hæc confinis eſt. In qua iuxta fluuiũ hũc choaſpeni ſita ſunt hæc ſuſa: ubi rex magnus domicilium habet: atq; hic pecuniarum theſauri ſunt. Hanc uos urbem ſi animoſe ceperitis: iam cum Ioue de diuitiis licet certetis. Neq; uero operæ pretium eſt uos ſuſcipere prælia pro terra neq; multa neq; ita feraci: & pro exiguis finibus aduerſus meſſenios ueſtros cõſortes & arcades & argios: quibus nihil eſt neq; auri neq; argenti: quarum rerum cupiditate quis inducitur ad morte periclitandũ. Ergo cum offeratur occaſio totius aſiæ facile potiũdæ: aliud quippiã præoptabitis. Hæc Ariſtagoras dicebat. Cui reſpõdẽs Cleomenes mileſie ĩqt hoſpes in triduũ tibi differo reſpõdere. Tũc qdẽ hactenus proceſſum eſt. Vbi uero dies reſponſioni præſtituta affuit: & ad locum de quo conuenerant uentum eſt: Interrogauit Ariſtagorã Cleomenes quot dierum ab Ionio mari ad regem ſit iter. Ariſtagoras alioquin ſolers & ualde illũ antecellẽs prudentia: in hoc tamẽ lapſus eſt: qui cum non deberet rem ut ſe habebat illi aperire uolens ſpattiatas in aſiam

educere dixit triū menſiū neceſſe iter. Cleomenes interpellata huius quā ordiri inſtituerat oratiōe de itineris ſpacio inqt hoſpes mileſie abſcede e ſparta ante ſolem occidentem. nihil enim rationis dicis. Cur iſtud facile ſit lacedæmoniis qui uix eos trimeſtri itinere abducere a mari. Hæc locutus Cleomenes domum abiit. Ariſtagoras ſumpto oleæ ramo ad domum Cleomenis ſe contulit: eamque ingreſſus iubebat precabundus ad ſe audiendum mitti illius filiam. Aſſiſtebat enim Cleomeni filia: cui nomen erat Gorgo unica proles: eaq; octo aut nouem annos nata. Cleomene iubente eum dicere quæ uellet. filiolæ enim gratia nolle prohibere. Tūc Ariſtagoras incepit polliceri illi undecim talenta ſi precibus ſuis annueret. Abnuente Cleomene ſubinde adiiciendo eo peruenit: ut qnquaginta talenta polliceretur. Ad quod puella pater inqt hoſpes te corrūpet: niſi hinc abis. Conſilio puellæ delectatus Cleomenes ī aliud conclaue abiit: & Ariſtagoras e ſparta prorſus abſceſſit: nō facta ei amplius poteſtate indicandi itineris: quod erat uſq; ad regem. Ea nanq; itineris ratio ita habet. Vbiq; ſunt regii ſtathini id eſt manſiones ac diuerſoria pulcherrīa. Iter omne per loca culta atq; tutum: id nunquam intermiſſum per lydiam & phrygiam uiginti manſionum hoc eſt uicenorum caſtrorum eſt: paraſangæ nonaginta quatuor & dimidiatus. E phrygia excipit fluuius Halys: cui imminēt portæ quas tranſire omnino neceſſe: atq; ita fluuiū tranſmittere: & præſidium quod ſupra illum eſt tranſgreſſo in cappadociam & eam pmetienti uſq; ad fines cilices duo de triginta ſtathini ſunt paraſangæ centum quatuor. In horum montibus poſitas duplices portas ac totidem præſidia pertranſis. Hæc tibi tranſgreſſo & per ciliciam iter faciēti tres ſtathini ſunt: paraſangæ quindecim ac dimidiatus. Ciliciā autem ab armenia diſterminat flumē: quod nauibus trāſitur noīe euphrates. In armenia ſtathini ſunt diuerſoriorum quīdecim: paraſangæ quīquaginta ſex & dimidiatus: in quibus & præſidiū eſt. Eam fluuii qui nauibus tranſeuntur

quatuor interfluunt: quos tranſmittere prorſus neceſſarium eſt. Primus tigris. Secundus dehinc ac tertius eiuſdem nominis: etſi non idem fluuius nec ex eodem fluens loco. Nam horum quos enumeraui primus Tigris ex armeniis fluit: alter ex matienis. Quartus fluuius nominatur Gynges: quem Cyrus aliquãdo in trecentos ac ſexaginta diduxit alueos. Ex hac armenia in terram matienam tendenti ſtathini ſunt quatuor: unde in regionem ciſſiam tranſeunti ſunt undecim ſtathini: paraſangæ ueto quadraginta duo & dimidiatus ad fluuium choaſpem: & eũ nõ niſi nauibus trãſmittẽdũ: ſupra quẽ urbs Suſa eſt ſita. Omnes autem hi ſtathini ſunt centũ undecĩ. Tot diuerſoria ſtathinorũ ſunt aſcẽdẽti ſardibus Suſa. Quod ſi iter regiũ recte metiamur paraſangis: & paraſanga ualet quantum triginta ſtadia ut ualet: ſunt e ſardibus ad regiam quæ dicitur menniona tredecim milia ſtadiorũ & quĩgẽta: cum ſint paraſangæ quadringẽti quĩquaginta. Itaq; peragrando ſingulis diebus centena & quinquagena ſtadia conſumuntur ſolidi nonaginta dies. Hunc in modum ab Ariſtagora mileſio apud Cleomenem lacedæmoniũ dicẽte trium menſium iter eſſe recte dicebatur. Quod ſi quis exploratius iſta inquirat: hoc quoq; ego indicabo. Nam iter ab epheſo ab ſardis hac ratione decet cõputari. A græco mari ad ſuſa (hæc enim urbs Mennonis uocatur) dico eſſe tredecim milia ſtadiorum & quadraginta. Ex epheſo ad ſardis quingenta & quadraginta ſtadia: atque ita tribus omnino diebus producitur iter trimeſtre. Digreſſus e ſparta Ariſtagoras Athenas contendit tyrannis liberatas hoc modo. Poſtquam Hipparchum Piſiſtrati filium: Hippiæque tyranni fratrem: qui in ſomnis uiſionem cladis ſuæ euidentiſſimã uidiſſet interfecere Ariſtogiton & Harmodius priſco genere gephyræi. Poſt hæc nihilominus athenienſes immo magis: quam prius tyrannidem quadriennio pertulerunt. Viſio autem inſomnii Hipparchi hæc

erat pridie panathenæorum uidebatur Hipparchus cernere uirum aſſiſtentem ſibi procerum atq; ſpecioſum hos uerſus per enigma dicentem. Intoleranda leo tolera tolerans animo ægro. Nemo uiris pœnas iniuſtis iure rependet. Vbi dies illuxit: confeſtim præ ſe ferebat referre hæc uelle ad ſomniorū coniectores. Sed mox ſpreta uiſione miſit pompam. Vbi mortem oppetiit gephyræi: e quibus erant percuſſores Hipparchi ut ipſi aiūt fuere a principio ex erethria oriundi. Verum ut ego interrogando compertio: fuere phœnices ex his qui cum Cadmo in terram quæ nunc uocatur boecia uenere: atq; eam incoluere ſortiti tanagritum tractum. Vnde cadmeis primum per argios exactis iterū boetios hi gephyræi expulſi athenas diuerterūt. Ab atheniēſibus recepti ſub cōditionibus ſunt ut ciues inter eos eſſēt multis nec memoratu dignis: quas agerēt rebus īpoſitis: Phœnices iſti q cū Cadmo aduenerūt quorū gephyræi fuere dū hanc regionē īcolunt: cū alias multas doctrinas in græciam introduxere: tum uero litteras quæ apud græcos ut mihi uidetur antea non fuerant. Et primæ quidem illæ extiterunt e quibus omnes phœnices utuntur. Progreſſu deinde temporis una cum ſono mutauerūt modulū priſtinū. Et cū ea tempeſtate in pleriſq; circa locis eorū accolæ Iones eſſēt: qui litteras a phœnicibus diſcendo acceperāt: eas illi cū ſuis pauculis collocantes in uſu habuerunt: & in utendo confeſſi ſunt: ut ratio ferebat uocari phœnices quia eſſent a phœnicibus in græciam illatæ: priſcaq; conſuetudine byblos appellāt pelles q; aliquādo penuria librorum hoc eſt ſcyrporum: pellibus caprinis ouilliſq; utebantur. Adhuc quoq; ad meā uſq; memoriā multi barbarorū talibus in pellibus ſcribūt. Quin ipſe uidi apud thebas boetias in Iſmenii Apollinis tēplo litteras cadmeas in tripodibus q̄buſdā īciſas magna ex parte cōſimiles ionicis. Quorū tripodū unus habet hoc epigrāma. Optulit Amphitryō me gētis theleboorū. Hæc fuere circa ætatē Laii q fuit filius Labdaci nepos Polydorii ꝓnepos Cadmi. Alter tripus hexametro carmīe ait: Scæus ī aſſueto

pugillum certamine uictor Me tibi ſacrauit ſpecioſum munus appollo. Scæus hic Hippocontis filius fuit: qui tripodem dedicauit: niſi alius fuit idem quod hic nomem habēs circa ætatem œdipodæ Laio geniti. Tertius tripus & is hexametro carmine ait Laodamas ipſum tripodem ſua in urbe monarchus fuit. Hoc inſigne decus tibi magne dicauit apollo. Sub hoc Laodamāte Eteoclis filio qui monarchus fuit ſolus. i. prīcipatu eſt potitus eiecti ſunt cadmei ab argiis: & ſe ad encheleas contulerunt. Gephyræi autem poſtea in ſuſpitionem boetiorum cum ueniſſent: athenas cōmigrarunt. Vbi ſunt ab eis templa extructa ſeorſum a cæteris cum alia. quædam tum Cereris achææ & templum & orgia. Quod fuerit uiſum Hipparchi in ſomnis & unde fuerunt oriundi gephyræi ex qbus fuere percuſſores Hipparchi: a me commemoratum eſt. Vnde oportet ad eum redire ſermonem: quē a principio inſtitueram qua ratione ſint athenienſes liberati tyrannis. Hippia tyrannidem optinente & infenſo eis propter cædem Hipparchi alcmæonidæ qui genere fūt athenienſes profugi patria propter piſiſtratidas: quoniam ipſis una cum cæteris exulibus res de redeundo tentata omni ope fruſtrata fuit: conatiq; athenas reuertendo liberare uehementer decideranr lipſydrium ſuper pæoniam communierunt. Dehinc omnia aduerſus piſiſtratidas comminiſcendo mercede conduxerunt ab amphictyonibus templum delphis ædificādum id quod eſt: tunc autem non erat. Enimuero cum bene nominati eſſent ac uiri ſpectati iam inde a ſuis maioribus extruxerunt templum exemplari pulchrius ac cætera ōnia. Nam cum ex lapide porino conuentum eſſēt: ut illud ficerent: tamen anteriora eius a pario lapide effecerunt. Vt igitur athenienſes aiunt hi uiri delphis ſedentes pythiā pecunia perſuaſerunt: ut & quotiens uiri ſpartiatæ uenirent ſiue priuato ſiue publico agmīi petētes oraculū, pponeret ipſis liberaī athēas. Lacedæmōii autē poſtq̄ ſibi idē ſēp dicere mittūt Anchīoliū Aſteris īter populaſs eximiū cū exercitu ad expellendos athēis piſiſtratidas tā & ſi hoſpites ſuos & in

primis amicos. Antiquiora enim duxerunt quæ ad deum q̄ quæ ad homines pertinent. Nos itaq; mari nauibus miſerũt: cum quibus Anchimolius ad phalerum appulſus copias eduxit. Id præſciſcentes piſiſtratidæ auxilia e theſſalia euocauerunt. Societatem enim cum theſſalis fecerant: quibus rogantibus communi decreto theſſali miſerunt mille equites cũ ſuo rege Cinea uiro Coniæo. Hos ſocios ubi habuere piſiſtratidæ: hoc excogitauere. planiciem phaleſorum detergunt: eumq; locum equitabilem reddunt: atque illac equitatum in caſtra hoſtium immittunt. Equitatus in lacedæmonios irruens cum alios multos: Tum uero Anchimolium interemit. Cæteros qui ſuperfuere ad naues reppulit. Hunc in modum primus lacedæmoniorum exercitus abſceſſit. Extat ī Alopecis atticæ buſtum Anchimolii iuxta Herculis templum: quod eſt in cynoſargi. Poſt hæc lacedæmonii maiores copias contra athenas miſerunt non mari ſed terra præfecto illis duce Cleomene Anaxandridæ filio: cum quibus oram atticam inuadentibus congreſſus primum theſſalorum equitatus non diu poſt in fugam uerſus eſt fuſis ſupra quadraginta e ſuis. Qui ſuperfuere qua quiſq; potuit recta in theſſaliam rediere. Cleomenes ad urbem pergens una cum iis athenienſibus qui liberi eſſe cupiebant obſedit tyrannos intra murum pelaſgicum redactos. Neque tamen omnino piſiſtratidas erecere lacedæmonii. Quippe qui de facienda obſidione non cogitauerant: & piſiſtratidæ cibo potuq; bene inſtructi erant. Itaque cum aliquot dies lacedæmonii tyrannos obſediſſent ſpartam abiere. Hic tamen caſus qui aliis infauſtus idem alus fauſtus extitit. Nam filii piſiſtratidarum qui clam extra regionem ſeponebantur ī tercepti ſunt. Quo ex facto omnes eorum res perturbatæ ſunt: & pro redimendis filiis ad uoluntatem athenienſium tranſegerũt: ut intra quinq; dies ex attica excederent. Mox q; ī ſigeũ quod eſt ſupra ſcamādrũ cōceſſerũt: cũ ſex & trigīta ānos rḡnaſſēt oriūdi e Pylo atq; a Neleo ex eiſdē ꝓgnati ex qbus ii q fuer cũ Codro ac Melāthō: q prius aduēticii: tamē

athenenſiũ reges euaſere. Eaq; de re Hippocrates Piſiſtrati pater repetita memoria Piſiſtrati filii Neſtoris idem nomẽ filio ſuo impoſuit. Hoc athenienſes modo tyrannis liberati ſunt: qui recepta libertate quæcunq; aut fecere aut paſſi ſũt memoratu digna ãteq̃ ionia defecerit a Dario: & Ariſtagoras mileſius athenas oratum auxilia uenerit. Hæc prius ediſſeram. Athenæ cum magnæ fuiſſent antea tunc tamen tyrannis liberatæ extitere maiores. In quibus duo uiri præpollebant Cliſthenes uir alcmæonides: qui(ut fama fert)Pythiam perſuaſerat: & Iſagoras Tiſandri illuſtri quidem familia: ſed q̃ uetuſta non queo affirmare. Eius tamen cognati Ioui cario immolant. Hi uiri per factiones de potentatu contendebant. Cliſthenes cum uinceretur populum amplectendo ex quatuor tribubus mox decem effecit: cognominibus Ionis filiorum Leontis & Aegicoris & Argadei & Hopletis in alia cõmutatis: quæ ipſe inuenit aliorum heroum indigenarum præterq̃ Aiacis: quem &ſi hoſpitem: tamen adiecit utpote finitimum ac ſocium. Qua ĩ re uidetur mihi Cliſthenes hic auum ſuum maternum Cliſthenem ſicyonis tyrannum fuiſſe imitatus. Ille enim quia cum argiis bellum geſſiſſet:ſummouit e ſicyone certamina canentium poemata ob Homeri carmina: in quibus argos atq; argii tantopere celebrantur. Neq; hoc modo ſummouit: ſed etiam optauit monumẽtum Adraſti calamitoſi: quod erat in ipſo ſicyonorum foro quia fuerat argius exterminare. Ideoque delphos adiit ad oraculum conſulendum nunquid Adraſtũ eiiceret:cui Pythia reſpondens inquit Adraſtum quidem ſicyonum regem eſſe. Ipſum uero lapidatorem. Id non cõcedẽte ſibi deo Cliſthenes ũerſus excogitabat quo pacto Adraſtus ipſe demigraret: quod ubi excogitaſſe ſibi uiſus eſt: miſit ad boetias thebas nunciatum uelle ſe afferre ſicyonem Menalippum Aſtaci filium: eumque tribuentibus thebanis in urbem ĩtulit: atque ei phanum in ipſa curia deſignatũ exædificauit mũtiſſimo in loco: in quẽ ĩtulit Menalippum. Quod factum deberet exiſtimari q̃inimiciſſimum

Adraſto q̄ & Meciſtem fratrem eius & Tydeū generum Menalippus interfeciſſet. Cliſthenes ubi phanum extruxit: hoſtias & dies feſtos Menalippo dedit ab Adraſto ereptos: quibus illū ſicyonii magno cum honore proſequi cōſueuerant. Etenim regio Polybi fuerat: qui cum ſine liberis decederet: imperium Adraſto legauit nepoti ſuo ex filia. Eum ſicyonii cum aliis honoribus proſequebātur: tum uero tragicis choris ita ut non Dionyſum: ſed Adraſtū uenerarentur. At Cliſthenes choros quidem Libero: cæteras uero cerimonias Menalippo dicauit. Hæc ille in Adraſtum egit. Tribus autem dorienſium ne forent eædem ſicyoniis quæ argiis in alia nōina commutauit: ex quibus ſicyonios plurimum ridiculos fēcit. Quippe ſuis & aſini ultima cognomina pro priſtinis impoſuit præterq̄ tribui ſuæ: cui a ſuo ipſius imperio nomē indidit id eſt ab arche. Itaq; hi tribules archelai uocabantur. Cæterorum alii hyatæ id eſt ſuales: alii oneatæ id eſt aſiales: alii choereatæ id eſt porcales. His tribuū nominibus ſicyonii & Cliſthene imperante & eo defuncto ad ſexaginta annos uſi ſūt: quæ poſtea inter ſe reputantes in alia tranſtulerunt: hylleas: pamphylos: dymantes. Quartæ tribui quam adiecerunt impoſito cognomine Aegialeæ Aegialeo Adraſti filio. Hæc ſicyōius Cliſthenes & ipſe (ut mihi uidetur) præ contemptu ionum ne forent eædem ipſis & ionibus tribus Cliſthenem ſibi cognominem imitatus eſt. Cum enim populus athenienſis fuiſſet antea exagitatus: poſteaq̄ omnium auctoritatem ad ſuam unius redegit: tunc tribuum nomina cenſuit immutanda: & plures ex paucioribs faciendas decem pro quatuor & totidem phylarchos id eſt tribunos a tribuum præfectura. Ita populos in tribus diſtributo atq; compoſito erat multo ſuperior his qui erant contrariæ factionis. Superatus in partibus Iſagoras hoc inuicē excogitauit ut Cleomenem lacedæmonium aduocaret. Iam inde ab obſidione piſiſtrati darum ſibi hoſpitem factum: qui tamen culpabatur q̄ ad uxorem Iſagoræ uentitaret. Is miſſo primū atheās caduceatoī Cliſthenē eiecit: & cū eo alios cōplures athēieſes.

quos piaculi insimulabat uidelicet admonitu Isagoræ hæc dicens. Nam Isagoras atq; amici eius non erant affines cædis: cuius insimulabantur alcmæonidæ & qui erant enagees ita nominabantur qui athenienſium piaculo obſtricti erant. Cylon quidam athenienſis uir olympionices affectatæ tyrannidis compertus eſt. Simulato nanq; æqualium ſodalitio arcem occupare conatus. Id cum efficere non potuiſſet: aſſedit ſimulacro dei ſupplex ipſe ac ſocii. Hos illinc ſummouerunt quidem magiſtratus naucratiorum: qui tunc athenas incolebant data fide puniendi eos citra mortem. Sed culpa horum mox interfectorum fuit penes alcmæonidas. Hæc ante Piſiſtrati ætatem geſta ſunt. Vbi Cleomenes per nuncium eiecit Cliſthenem atq; piaculares: q̃uis Cliſthenes ipſe profugiſſet: nihilo ſecius athenas uenit non magna cum manu: atq; illinc ſeptigẽtas familias militares athenienſiũ tanq̃ piaculo contaminatas relegauit: quas ei ſuggerebat Iſagoras. Hoc acto conabatur ſecundo loco ſenatum diſſoluere: & magiſtratus trecentis Iſagoræ militibus mandare. Verum reluctante ſenatu atq; obtemperare nolente Cleomenes Iſagoraſq; cum ſuæ factionis hominibus arcem occuparunt. Quos cæteri athenienſes cum ſenatu ſentientes biduo obſederunt. Tertio die quicunq; lacedæmonii ibi erant: accepta fide e regione diſceſſerunt: rato effecto quod Cleomeni dictum eſt. Nam ei ad occupandam arcem aſcendentem & ad dei penetrale conſulendi gratia eundi: exurgens e ſella ſacerdos anteq̃ ille ualuas reſeraret. Lacedæmonie inquit hoſpes rurſus redeas: neue templum introeas. Non enim doribus hic introire fas eſt. Cui Cleomenes. Ego inquit mulier dores non ſum ſed achæus. Itaque admonitu uti nolens atq; in conatu pergens: tunc quoq; iterum a propoſito cum lacedæmoniis decidit. Cæteris ad necem iunxere athenienſes: & in iis Timeſitheum fratrem eius: cuius manualia opera atque ſtrennuitatem in primis referre habeo. Atque hi quidem in uincla coniecti morte oppetier. Atheniſes autẽ poſt hæc reuocatis Cliſthene ſeptigẽtis militũ familiis: quos

Cleomenes exagitauerat ſardis mittunt ad contrahẽdam cũ perſis ſocietatem. Intelligebant enim ſibi cum Cleomene atq; lacedæmoniis eſſe bellãdum: ut ſardis uenere nũcii mãdataq; expoſuere: percõctatus eſt eos Artaphernes Hyſtapſis filius ſardium prætor quinam homines eſſent athenienſes: & ubi terrarum incolentes qui ſocii perſarum fieri orarent. Vbi id ex nunciis audiuit: ita eis ingenue reſpondit. Si regi Dario terram darent & aquam ſe contracturum cum eis ſocietatem. ſin minus illos abſcedere præcepit. Nuncii inter ſe collocuti q; ſocietatem facere cuperent daturos ſe eſſe dixerunt. Quo nomine ubi reuerſi ſunt domum: uehementer accuſati ſunt. Cleomenes intelligens ab athenienſibus ſe & uerbis & factis lædi: ex omni pelopõneſo copias coegit diſſimulans quem ad finem cum haberet in animo tum populũ athenienſem ulciſci: tum Iſagoram conſtituere tyrannum: qui una cum eo ex arce deceſſerat. Comparato exercitu ingenti ipſi eleuſina inuaſit: & ex compoſito boetii Oenoã occuparunt: & hyſies ultimos atticæ populos & ab altera parte chalcidenſes oræ atticæ loca populabantur. Athenienſes & ſi ancipiti bello diſtricti boetiorum & chalcidenſium ultione dilata arma contra peloponnenſes in eleuſine agerent ferũt. Dumq; ambo exercitus conſerturi prælium eſſent: Corinthii primi omnium ſecum reputantes iniuſte a ſe agi auerterunt ſe atq; abſceſſerunt. Secundum hos idem fecit Demaratus Ariſtonis filius: qui & ipſe erat rex ſpartiatarum & e lacedæmone copias contraxerat: nec a Cleomene ſuperiori tẽpore diſſenſerant. Ob quam regum diſſenſionem lex apud ſpartam lata eſt non licere utriq; regi cum exercitu prodire. Nam prius prodibant & his ſeiunctis alterum quoq; e Tyndaridis reliqui. Quin & iſti ante hac ab eis euocati exercitũ ambo coĩtabantur. Tunc cæteri ſocii qui erãt in eleuſine cernentes non cõuenire inter ſe & corĩthios aciẽ deſeruiſſe: & ipſi dilapſi abierunt. Quarto nunc dores in atticã ꝓfecti ſũt bis ad bellãdum ĩgreſſi: bis ob atheniẽſium multitudinis cõmodũ. Prio quia megara colonã deduxerãt: quæ expedtio

recte uocetur ſub Codro athenienſium rege. Iterum ac tertio dū ad expellendos piſiſtratidas ex ſparta uentum ē. Quarto dum Cleomenes peloponnenſes ducens eleuſinem inuaſit. Ita quarto tunc dores aduerſus athenas expeditionem ſumpſerunt. Dilapſo igitur indecore hoc exercitu ibi athenienſes uolentes ultum ire iniurias: primam expeditionem fecerunt aduerſus chalcidenſes: quibus boetii ad euripum iere ſuppetias. His conſpectis athenienſes putarunt ſibi cum eis priuſ q̄ cum chalcidenſibus pugnam conſerendam. Itaq; ingreſſi cum illis egregie ſuperant: permultiſq; eorum cæſis ſeptingētos capiunt. Eodem die tranſgreſſi euboiam cum chalcidenſibus cōflixere: quibus etiam uictis quatuor milia colonorū in prædiis equitum reliquerunt. Equites autem apud chalcidenſes uocabantur locupletes. Horum quoſcunq; ceperunt una cum boetiorum captiuis uinctos in carcerem conieceruṭ: quos aliquanto poſt binis mulctatos minis ſoluerunt: eorumq; quibus alligati fuerant uincula in arce ſuſpenderunt: quæ ad meam uſq; memoriam extabant pendentia e muris a medo ambuſtis e regione cœnaculi ad occaſum ſpectantis: decimam quoq; redemptionis cōſecrarunt. Facta ærea quadriga quæ ad ſiniſtram manum intrantium ſtatim propylæa arcus ſtabat cum hac inſcriptione: Attica perdomitis acri ſub marte uiuētis Boetū populis chalcidicaq; manu Dāna r̄pēde tūt uīclis & carcere cæco. Quorū hæ de decīa ſtāt tibi pallas equæ. Et athenienſes quidem augeſcebant. Iuris autem æquabilitatem eſſe rem bonam non ex uno tantum: ſed undiq; datur intelligi. Si quidem athenienſes q̄ diu tyrannis ſubiecti fuerūt nullis finitimorū in bello præſtantiores erāt. Liberati uero tyrannis multo omnium primi extitere. Vnde liquet eos dū tyrannis parebant de induſtria peccaſſe tāq̄ domino laborantes. At libertate parta ſibi ipſi quiſq; rem gerere ꝓperabat. Athenienſes ita agebāt. Thebani autē poſt hæc ulciſcēdi illos cupidi ſciſcitatū ad deū miſerūt. Quibus reſpondēs Pythia negabat ꝓ ſeſe eos poſſe illos ulciſci: iubebatq; ut ad famæ celebritatem r̄ferentes rogarēt ſibi ꝓximos.

Reuerſis qui miſſi ad oraculum erãt : ac reſponſum exponẽ/
tibus : Thebani illud nihili facientes quod referebatur ut ro/
garent proximos dicebant . Nũquid non proxime nos inco/
lunt tanagræi coronæiq; & theſpienſes : qui noſtri aſſidue cõ/
militones alacri atq; concordi in partes animo bella nobiſcũ
tolerant . Quid hos rogari oportet : nunquid potius hoc nõ
habendum pro oraculo? Hæc illis ratiocinantibus quidam ĩ
audita inquit ego quid ſibi uelit oraculum uideor mihi intel/
ligere. Aſopi duæ filiæ fuiſſe tradũtur Thebe & Aegina : quæ
quoniam ſorores ſunt : opinor deum reſpondere nobis ut æ/
ginetas rogemus : qui uicem noſtram ulciſcentur . Thebani
quoniam nulla q̃ hæc uiſa eſt dicti potior ſententia protinus
miſere ad æginetas orandos auxilia tanq̃ proximos ex dei o/
raculo. Illi petentibus his auxilia dixere ſe mittere cum eis æ/
acidas. Societate æacidarum freti thebani cum laceſſiſſent a/
thenienſes accepta offenſione aduerſæ pugnæ : iterum auxilia
uirorum remiſſis æacidis orauerunt. Quorum prece moti æ/
ginetæ tum magnitudine opum inflati : tum priſtinæ inimi/
ciciæ quã geſſere cũ atheniẽſibus memores : bellum illis haud
indictum intulerunt . Nam cum athenienſes boetiis incum/
berent : ipſi longis nauibus in atticam traiicientes cũ alios mul/
tos ppoulos in cæteta ora maritima : tum phalerum diripue/
runt magnam ex hac re calamitatem athenienſibus afferen/
tes . Inimicicia autem quam æginetæ aduerſus athẽienſes de/
bebãt ex hoc initio extitit . Epidaurii cum ſua ipſis terra ni/
hil redderet : de hac calamitate delphicum conſuluere oracu/
lũ . Quibus Pythia iuſſit ut Damiæ & Auxeſiæ ſimulacra eri/
gerẽt : & poſtq̃ erexiſſent melius ſecum actum iri . Sciſcitã/
tibuſq; epidauriis utrum ex ære facerẽt illa an ex lapide : reſpõ/
dit ſe e neutro fieri ſinere : ſed e ligno oleagino : oleæ tamẽ nõ
oleaſtri . Rogabant igitur epidaurii athenienſes ut ſibi per/
mitterent oleam incidere quæ ſcilicet oleas illas ſacratiſſimas
eſſe exiſtimarent . Fertur etiam nuſq̃ gentium niſi atheis il/
la tempeſtate oleas fuiſſe . Athenienſes ſe uero dixerunt cõ/
ceſſuros hac duntaxat lege ſi quot annis illi ſacra Mineruæ

urbanæ & erectheo afferrent. Accepta conditione epidaurii quæ rogabant impetrauerunt: et ſimulacra ex his oleis fabricata ſtatuerunt: terraq; ſua fructum eis ferente quod conuenerat atheniẽſibus perſoluebant. Eo tempore atque ſuperiori æginetæ epidauriis parebant tum in aliis: tum uero in litibus quas æginetæ inter ſe uel actores uel rei illuc ſe conferẽtes agebant. Verum ex eo tẽpore fabricatis nauibus nullo conſilio uſi ab epidauriis deſciuerũt. Factiq; hoſtes ac mari potiti cum alias clades inferebant: tum ſimulacra Damiæ et Auxeſiæ ſurripuerũt: eaq; aſportata in regionis ſuæ mediterraneo loco ſtatuerunt: cui nomen eſt oeæ uiginti ferme procul ab urbe ſtadiis. Hoc in loco illis erectis ſupplicabant ſacrificiis atq; iocabundis choris mulierum denis uiris utriq; dæmonum aſſignatis: qui choris præeſſent. Nam chori neminem uirum nũcupabãt: ſed indigenas fœminas: quæ cerimoniæ apud ipſos quoq; epidaurios fuerãt. Surreptis ſtatuis epidauri quod fuerãt pacti atheniẽſibns non ſoluebant: cuius rei cum a nunciis athenienſium admonerentur reddere rationem cur iniurii non eſſent. Se enim quandiu apud ſe ſtatuas habuiſſent: quod conuentum erat exoluiſſe: eiſdem iam uiduatos non debere exoluere. Sed æginetas qui illas haberent a quibus id exigi iubebant: ad eas repetendas æginam athenienſes miſere. Aeginetæ negare quicquã negocii eſſe cum atheniẽſibus. Poſt repetita ſimulacra athenienſes aiũt triremẽ miſſã publice cum ciuibus quibuſdam qui æginam cum uenerũt ſimulacra tanquam e ſuis lignis facta conatos eſſe ſe ſuis ſedibus emoliri ut abſportarẽt. Cumq; eo pacto capere nequirent circundatis funibus trahere tentaſſe. Sed dum trahũt tonitruum & cum tonitruo terræmotũ extitiſſe: eaq; de re illos remiges qui trahebãt ſimulacra ab his in amentiã eſſe conuerſos. & hoc morbo ſeſe tanquam hoſtes mutuo trucidaſſe: donec unus ex omnibus relictus eſt: qui ad phalerũ ſe recepit. Athenienſes ita rẽ geſtã eſſe memorãt: æginetæ negãt illos una cũ naui ueniſſe. Facile enĩ ſe unã nauim

adeo complusculas etiam si sibi nullæ fuissent naues fuisse propulsaturos: sed cum compluribus in ipsorum terram inuasisse: se uero cessisse: nec pugna nauali contendere uoluisse: qui tamen planum facere nequeunt. An quia impares se esse ad pugnandum agnoscerent cesserint: an uolentes permiserint illos facere quod fecerunt. Athenienses quoq; quoniam nulli propugnatores obstarent: egressos e nauibus ad simulacra se conuertisse: & cum ea e suis uestigiis amoliri neqrent: ita circũdatis restibus trahere conatos donec illud ambo simulacra cũ trahuntur fecere rem apud me fide carentem alicui alteri credibilem. Aiunt enim illa procubuisse sibi in genua: atq; ex eo tempore semper genu iuxta permansisse. Et hæc quidem athenienses feciſſe: se uero q; audirent sibi bellum ab athenienſibus illatum iri: præparasse argios ut sibi aduersus athenienses in æginam descendentes adessent auxilio: eosq; cum latuissent hostem in traiiciendo ex epidauro insulam in athenienses qui nihil præsciſſent a nauibus discluſos irruisse: & iterea tonitrum ipsis terræmotumq; extitisse. Hæc ab argiis æginetisq; cõmemorantur. Atheniẽses quoq; cõfitentur unum omnino e suis incolumem in atticam reuertisse: quẽ tamen argii aiũt superstitem fuisse ex attico exercitu: quẽ ipsi profligassent eundem athenienses dæmonio incolumem nihilo secius perisse referunt hunc in modum. Cum athenas se recepisset: clademq; renunciasset: uxores eorũ qui aduersus æginam profectæ fuerant indigne ferentes unũ ex omnibus esse reducem circumfusas hominem prehendisse ac fibulis uestimentorũ pupugisse perconctantes singulas ubi suus uir esset: atq; hoc modo hunc fuisse confectum. Idq; factum mulierum uisum esse athenienſibus ipsa clade tristius. In quas cũ alia ratione animaduertere non possent: uestem illarum in cladem mutauerũt. Nam antea doridem uestem gerebãt atticæ fœminæ simillimam corinthiæ. Itaq; mutauerunt in lineam ne fibulis uterẽtur. Quanq̃ reuera si ratione utamur non ias olim uestis fuit sed cau-

quoniam omnis priſca ueſtis fœminārū græcarum eadem erat quæ nunc: quam doridem appellamus. Præterea argii & æginetæ idem adhuc factitant: apud quorum utroſq; mos eſt fibulas faciendi ſeſcuplas q̄ tunc menſura conſueuerat: quas præcipue fœminæ eorum templis deorum conſecrare ſolent: neq; aliud quicq̄ atticū illic offerre ne urceū qdem ſed ex ollis gentilibus in poſterū ibidem potare. Eoq; contentionis proceſſere argiæ atq; æginetæ mulieres cū atticis: ut ad meam uſq; ætatem fibulas geſtauerint q̄ antea grandiores. Odiorum principium æginetārū in athenienſes hoc quemadmodum cōmemoratum eſt extitit. Cuius rei circa ſtatuas geſtæ memoriam retinentes æginetæ: libenter thebanorum rogatu auxiliū tulere boetiis: qui cū maritima atticæ uaſtarent: athenienſeſq; aduerſus æginā expeditionē inirent: aduenit e delphis oraculum ut ab æginetis lædendis triginta annos abſtinerēt: triceſimo anno cū phanum Aeaco dicaſſent bellum cum æginetis inchoarent: ad uotū eis re ſucceſſura. Sin bellū cōtinuo īferrēt: fore ut inter ea multa detrimenta acciperent & inferrent: ſed ad extremū illos ſubigerēt. Hoc oraculū ad ſe athenienſes allatū ubi audiere: eatenus ei obtēperandū cenſuerūt: ut Aeaco phanum dicarent: quod nunc in foro extructum uiſitur: ſed trigīta annis nō eſſe abſtinēdū q̄ uidelicet audiſſēt eſſe fatale multa ſe paſſuros indigna ab æginetis ſi bello abſtinerēt. His tamē ad ulciſcendū ſe parantibus lacedæmonium factum extitit īpedimento. Siqdem lacedæmoniis audito commento alcmæonidarum erga pythiam & quæ egiſſet pythia in ipſos atq; in piſiſtratidas duplicem ſe iacturam feciſſe animaduertebāt: q̄ & ſuos hoſpites in patriam eieciſſent: et nulla ſibi ex hoc facto gratia ab athenienſibus haberetur. Præterea oraculis urgebantur denunciantibus multa ipſis & indigna ex athenienſibus futura: quorum antehac ſecuri fuiſſent præſertim ex eo quod a Cleomene ſpartam reuerſo didicerant. Etenim Cleomenes potitus eſt ex arce athenienſiū oraculis quæ a piſiſtratidis

prius poſſeſſa cum expellerentur relicta fuerant in templo. Ea lacedæmonii ubi per Cleomenem accepere: & animaduertebant athenienſes augeſcentes: ne ad ipſis obtẽperandum ullo modo eſſe animatos. Præterea genus atticum quod ſub tyrannis fuiſſet infirmum & ad parendum promptum: nunc parta libertate ipſis par exiſterent. Hæc omnia conſiderantes accerſierunt Hippiã Piſiſtrati a ſigeo helleſponti: quo piſiſtratidæ confugerant. Poſtq̃ Hippias accerſitus affuit accitis etiam aliorum ſociorum nunciis ita ſpartiatæ apud eos uerba fecere. Agnoſcimus uiri ſocii nos haud recte egiſſe qui mentitis oraculis inducti uiros qui erant noſtri in primis hoſpites: quiq; in animum inducebant prabere nobis athenas obnoxias e patria eiecimus. & cum hæc fecerimus: tamen ingratam populo urbem tradidimus: qui poſteaq̃ per nos liberatus reſpexit nos pariter ac regem noſtrum per dedecus detrimentumq; eiecit: inflatuſq; ſuperbe famam auget: præcipue quidem boetios ſuos finitimos atq; chalcidenſes didiciſſe qui ipſi ſint: ſed fore fortaſſis ut alius quis ſi peccauerit idem diſcat. Quare quoniam in illis agendis peccauimus: nunc demus operam ut illuc una uobiſcum euntes ſupplicium de illis ſumamus. Hac enim de cauſa Hippiam & uos e ſua quoſq; urbe accerſimus: ut publico conſenſu & communi exercitu reducentes hunc athenas: reddamus ei quæ abſtulimus. Hæc ſpartiatæ: quæ cum alii ſocii non probarent: cumq; ſilentium agerent: corinthius Solicles ita locutus eſt. Eo tempore cælum ſub terra ac terra ſuperior cælo erit: hominesq; domicilium in mari habebunt: quo tempore uos lacedæmonii rebus publicis eueſis tyrannides in urbes introducere conabimini: quo nihil eſt in rebus humanis neq; iniuſtius neq; magis mortiferum: quod ſi bonum uobis uidetur ciuitates ſubeſſe tyrannidi: ipſi uobis principes tyrannum conſtituite: atq; ita ut aliis conſtituatis operam date. Nunc ipſi tyrannorum expertes & ne id in ſparta contingat uehementiſſime cauẽtes: hoc in ſocios

ſtudetis efficere. Qui ſi eſſetis ut nos ſumus experti: me-
liorem q̃ nunc facitis de hac re diceretis ſententiam. Nam
iſta res apud corinthios ciuitatis perturbatio fuit. Cum
eſſet apud eos paucorum regimen: & hi qui barchiadæ
uocantur urbem incolerent: ultro citroq; inter eos ma-
trimonia contrahebantur: Horum uni nomine Amphi-
oni nata eſt filia clauda: cui nomen erat Labda: quã quo-
niam nemo barchiadarum ducere uolebat: duxit Eetion
Echecratis e petra quidem tribu: ſed oriundus a Lapithe
ac Cænide. Qui cum neq; ex hac muliere neq; ex alia
tolleret liberos: miſſus eſt delphos ad conſulendum de pro-
le. Eum introeuntem ſtatim pythia his uerſibus compel-
lauit. Eetion te nemo licet ſis tantus honorat Conce-
ptum pariet ſaxum graue labda monarchos: Qui cadet in
ciues: ẽmendabitq; corinthum. Hoc oraculum quod Eeti-
oni redditum eſt eodem tendebat quo alterum antea bar-
chiadis redditum haud prius intellectum q̃ hoc renunci-
atum eſt in hæc uerba. Concipit in petris aquila enixura
leonem Robuſtum ſæuum: genua & qui multa reſoluet.
Hæc bene nunc animis uerſate corinthia proles: Qui co-
litis pulchram pallenem altamq; corinthum. Id oraculum
cum ad eam diem fuiſſet indeprehẽſum: ſimulatq; ex hoc
Eetionis patuit eodem utrunq; pertinere ſilentio ſuppreſ-
ſere animo futurum Eetionis filium extinguendi. Et ut
primum mulier enixa eſt: miſerũt e ſuo numero decem ui-
ros ad tribum: in qua habitabat Eetion: qui puerum ex-
tinguerẽt. Iſti poſtq̃ ad petram puenere: & ad Eetionis
atriũ acceſſere puerũ petũt. Labda cur ueniſſent ignara:
paternæq; beniuolẽtiæ cauſa ueniſſe eos rata affert filium:
& in unius eorum manum porrigit. Erat autem illis inter
uiam cõſtitutum ut qui primus eorum puerum cepiſſet:
is humi illum allideret. Verum diuina quadam fortuna
puer ei uiro cui a Labda traditus erat arriſit. Quã rem
illi conſiderãti miſeratio ſubit pueri occidendi. Sic miſer-
tus alteri tradidit & ille tertio. Atq; ita deiceps per manus

traditus infans per omnes decem tranſiit: ac nemine interimere uolente rurſus matri eſt redditus. Illi egreſſi atq; ante ianuam ſtantes alius alium incuſabant: caſtigabãtq; ſed primum præcipue: qui ex conuento non feciſſet donec interiecto temporis ſpacio placitum eſt ut rurſus introgreſſi omnes fierent participes cædis. Sed neceſſe erat ex Eetionis ſtirpe germinari corintho perniciem. Nam Labda ſtans pro foribus hæc omnia exaudiebat. Eoq; metuens ne illi immutata uoluntate acceptum rurſus puerum interimerent aſportauit: & in menſura frumentaria occuluit: qui locus uiſus eſt minime inueſtigabilis: cum ſciret illos ſi redirent ad inueſtigandum puerum omnia ſcrutaturos: ut & contigit. Nam introgreſſis & ſcrutantibus ubi non apparuit: uiſum eſt eis abeũdũ: atq; iis a qbus miſſi eſſẽt dicẽdũ ſe cũcta quæ illi mãdaſſẽt ppetraſſe. Atq; ita reuerſi dixerunt. Poſt hæc Eetionis filio creſcenti impoſitum eſt nomen Cypſelo ob periculum hoc quod deuitauerat in cypſela: id eſt menſura frumentaria. Vbi in uirilem adoleuit ætatem: conſulenti oraculum delphis anceps eſt redditũ: quo fretus corinthũ aggreſſus occupauit. Oraculũ autẽ hoc erat. Vir locuples noſtras hic qui deſcẽdit ad ædes: Cypſelus eetides claræ rex eſto corĩthi. Ipſe & eo geniti ſed nulli deinde nepotes. Et oraculum quidem hoc erat. Cypſelus uero tyrannide potitus talis extitit: ut cotinthiorum multos interfecerit: multos pecunia: longe plurimos anima priuauerit. Cui cum triginta regnaſſet annos bene uita defuncto ſucceſſit in tyrannide filius Periander: qui inter initia mitius agebat q̃ pater: ſed ubi per nũcios cõſuetudinẽ habuit cũ Thraſybulo mileti tyrãno multomagis q̃ pater cruentus effectus eſt. Miſſo enĩ præcone Thraſybulũ ĩterrogauit qua ratione ipſe rebus tutius conſtitutis ciuitatem pulcherrime gubernaret. Thraſybulus eo qui a Periãdro miſſus erat extra oppidum educto ingreſſus eſt rus quoddam ſatum & una cum nuncio ſegetem interambulans ſciſcitabatur

hominem de ſuo aduentu e corintho detruncans atq; abiiciens ut quanq; uidebat ſpicam inter alias extantem donec ſegetem formoſiſſimam atq; denſiſſimā hunc in modum corripit: prædiumq; illud peruagatus nullo uerbo redditio præconem remiſit. Reuerſus corinthum præco auido præceptionis audiendæ Periandro negauit ſibi quippiam reſpondiſſe Thraſybulū mirari q̄ ſe ad uirū ueſanū Periander miſiſſet: & ſua ipſius deſtruentem: exponitq; quæ ex Thraſybulo uidiſſet Periander id quod a Thraſybulo actum erat intelligens atq; interpretans ſibi ab illo præceptum ut eminentiſſimos quoſq; popularium interimeret: tunc uero omnem in ciues ſæuiciam exercuit interficiendo ac perſequendo cōſumans id quod a Cypſelo fuerat omiſſum. Adeo quidem ut uno die uniuerſas mulieres corinthias exuerit propter Meliſſam uxorem ſuam. Nam cum ad theſprotos qui ſunt ad flumen acherontem miſiſſet nuncios ſciſcitatum mortuorum oraculum de hoſpitis depoſito: Meliſſa apparens negauit ſe indicaturam aut dicturam ubinam depoſitum eſſet collocatum: quoniam ipſa algeret: quia nuda eſſet: nihil enim ſibi prodeſſe ueſtes cum quibus ſepulta eſſet utpote non crematas: cuius rei q̄ uera loqueretur teſtimonio foret: q̄ Periāder in frigidū furnum panes iniecciſſet. Hæc Periandro renunciata ob illud argumētum fidem fecere: q̄ ipſe cum Meliſſa quamuis defuncta coierat. Itaq; ſtatim poſt eum nuncium per præconem edixit ut omnes corinthiæ mulieres ad Iunonis templum prodirent. Eo tanq̄ ad diem feſtum q̄ornatiſſimæ poterant cum iſſent mulieres iſtæ diſpoſitis clam ſatellitibus eas omnes ſine diſcrimine exuit ingenuas pariter & ancillas: atq; eas ueſtes ad foueam comportatas: Meliſſā precando cremauit. Hæc ubi fecit & nuncios iterum eoſdē miſit: tunc ei Meliſſæ idolum hoc eſt inanis imago expoſuit ubinam depoſitum hoſpitis collocaſſet. Huiuſmodi eſt tyrannis lacedæmonii uobis & talium operum. Eoq; nos corīthios cū magna admiratio cepit ſimulatq; uidimus

nos accerſiſſe Hippiam: tum uero maior nunc dum iſta dicitis. Propterea deos græcorum inuocãtes teſtamur apud uos ne uelitis tyrannides in ciuitatibus conſtituere: quas non extinguitis: ſed excitatis præter æquitatem: dum Hippiam reducitis: in quo ſcitote corinthios uobis non aſſenſuros. Hæc Soſicles corinthiorum legatus: quem excipiens Hippias eoſdem quos ille deos inuocando dixit cum cæteros tum præcipue corinthios deſideraturos piſiſtratidas dum ueniſſent dies quibus expiare ſe ab athenienſibus nequirent. Hactenus reſpondit Hippias quoniam oracula illa ipſe præ cæteris nota haberet. Cæteri ſocii qui antea ſilentium tenuerant: audito Soſicle liberius pro ſe quiſq; in uocem erumpentes accedere ſententiæ corinthiorum obteſtariq; lacedæmonios ne quid agerent noui aduerſus græcam ciuitatem. Ita ab ea re ceſſatum eſt. Hippias illinc profectus offerẽte ſibi Amynta macedone Anthemũthem: & theſſalis Iolcon: neutrum accipere uoluit: ſed rurſus ad ſigeum conceſſit: quod armis Piſiſtratus a mitylenæis eripuerat. Eoq; capto tyrannum ibi conſtituit Hegiſiſtratum filium nothum ex muliere argia: qui tamen quæ a Piſiſtrato acceperat non tenuit ſine prælio: nam dum inter mitylenæos ac athenienſes pugnatum eſt: hos exoppido achilleo: illos e ſigeo prodeuntes: hos repetentes regionem: illos refellentes. Hac ratione q̃ dicerent nihilo magis iuris eſſe æolibus in agrum ilienſem: q̃ ſibi ac cæteris græcis qui Menelao in raptu Helenes operã nauaſſent. His aſſidue bellantibus cum alia in prælijs geſta ſunt: tum illud quod Alcæus poeta in prælio quod collatis ſignis gerebatur uincentibus athenienſibus: ipſe quidem fugæ ſe mandans euaſit: ſed armis eius potiti ſunt athenienſes: quæ apud templum Mineruæ in ſigeo ſuſpenderunt. Hanc rem Alcæus carmini mandantem in mitylene repoſuit indicans Menalippo ſodali ſuam calamitatem. Mitylenæos tamen atq; athenienſes reduxit in gratiam Periander Cypſeli: qui delectus arbiter ita eos recõciliauit: ut utriq; ea colerent quæ

haberent. Atq; hoc modo ſigeum factum eſt athenieſiū. Hippias poſteaq̄ e lacedæmone in aſiam abiit: cuncta agitabat inſimulando athenienſes apud Artaphernem: atq; omnem operam dando: ut athenæ in illius ac Darii uenirent poteſtatem. Quæ agitantem Hippiam cum accepiſſent athenienſes: mittunt ſardis nuncios ad diſſuadendum perſis fidem habere exulibus atheniēſibus. Sed Artapher-nes iubere athenienſes ſi ſalui eſſe uellent rurſus Hippiam reciperent. Atheniēſes eā cōditionē recuſare: & malle profeſſi eſſe perſarū hoſtes: dū ita apud perſas inſimulātur: atq; ita animati ſunt athenienſes eam conditionem recuſare. Hoc interim tempore mileſius Ariſtagoras a Cleomene lacedæmonio reiectus e ſparta athenas uenit. Nam ea ciuitas inter cæteras præpollebat: ad quam ciuitatem ubi uenit Ariſtagoras eadem quæ in ſparta cōmemorauit de commodis quæ eſſent in aſia deq; perſico bello ꝙ neq; ſcutum neq; lanceam in uſu haberent: facileſq; eſſent ad capiendū. Hæc ille referens ea quoq; addebat mileſios eſſe athenienſium colonos: quos æquum eſſet ab eis liberari qui multum pollerent. Deniq; nihil nō pollicebatur omnibus præcibus obſecrans ꝙ tantopere cupiebat donec eos induxit. Facilius enim ei uiſum eſt multos decipere q̄ unū: qui ſi Cleomenē ſolum fallere non potuit: id tamen in triginta milibus athenienſium effecit. Itaq; athenienſes perſuaſi decreuere uiginti naues ionibus auxilio mittendas: Melanthio illis præfecto uiro inter populares omni in re ſpectato. Hæc claſſis initium malorum extitit græcis pariter & barbaris. Ante cuius egreſſum Ariſtagoras reuectus miletum excogitauit conſilium: quod in nullam ionum utilitatem erat redundaturum: quanq̄ ne ille quidem hac ratione faciebat: ſed ut regi Dario moleſtiā afferret. Etenim miſit quendam in phrygiam ad pæones: qui a flumine ſtrymone erant in captiuitatem abducti a Megabazo locum atq; uicū per ſe ſe incolentes: ad quos ut peruenit nuncius ita uerba fecit. Viri pæones miſit

me Ariſtagoras mileti tyrannus ad oſtendendam uobis ſi obtemperare uelitis ſalutem. Nunc enim cuncta ionia ab rege defecit: eademq; uobis præſtat facultatem ſalutis parãdæ ad patriam noſtram: per uos quidem uſq; ad mare deinceps nobis iam curæ erit. His auditis pæones magnam ſane uoluptatem acceperunt: ſumptiſq; liberis atq; uxoribus ad mare fuga ſe proripuerunt: nonnullis eorum præ metu illic remeantibus. Vbi ad mare peruenere: illinc in chium tranſmiſere. Quo poſtq̃ applicuere eorum ueſtigia inſecutus affuit ingens equitatus perſarũ: & quia eos aſſequi non potuit: miſit in chium ad illos ut eodem redirent. Cuius oratione repudiata a chiis ſunt in leſbum tranſportati. Mox a leſbiis in doriſcum: unde terreſtri itinere ſe in pæoniam receperunt. Poſt hæc ad Ariſtagoram athenienſes uiginti cum nauibus uenere ducentes una quinq; triremes eretriorum: qui non athenienſium gratia commilitium præſtabant: ſed debitam ipſis mileſiis gratiam reddebant. Nam mileſii aliquando pro eretriis in bello chalcidenſi præſtiterant: cũ ſamii contra eretrios atq; mileſios chalcidenſibus opem tuliſſent. Ariſtagoras ubi iſti atq; alii ſocii affuere: expeditionem fecit aduerſus ſardis: non tamen ipſe proficiſcens ſed mileti remanens præfectis aliis ducibus mileſiorum fratre ſuo Charapino cæterorum ciuium Hermophanto. Hic claſſe iones ubi peruenere epheſum relictis nauibus: apud coreſſum quod eſt agri epheſii ipſi cũ ingenti manu ſũptis uiæ ducibus epheſiis ad ſuperiora tendebant ſecundum flumen cayſtrium tenentes iter: illinc ſuperato tmolo ſardis adueniunt: eaſq; occurrente nemine capiũt: omniaq; eius urbis loca præter arcem: quam Artaphernes ipſe tutabatur. Habens non exiguas uirorum copias: quæ res fuit ipediméto quo minus qui ingreſſi erãt urbẽ diriperẽt. Erant ſardibus domus pleræq; arundinaceæ: ſed quæ lateritiæ tamen ex arundinibus lacunaria habebant. Harũ unam quidem e militibus cum intendiſſet: repente ignis e

domo in domum elapſus totam urbem abſumpſit. Ardente urbe & uaſtante iam extrema incendio nec habente regreſſum lydi & perſarum quicunq; in urbe erāt undiq; circumuēti ex urbe in forum cōfluūt: & ad amnem pactolum qui medium forū interfluens eramentas auri e tmolo illis defert: deinde flumini hermo immiſcetur & ille mari. Ad hunc amnem & ad hoc forū conglobati lydi pariter & perſæ ſeſe defendere adigebantur. Iones uidentes hoſtium alios ſeſe tutantes: alios magna multitudīe ſe obuiam ferentes: metu perculſi ad montem qui dicitur tmolus ſe recipiūt: atq; illīc noctu ad naues crematis ſardibus deflagrauit una tēplū Cybeles indigenæ deæ: cuius prætextu poſtea perſæ templa quæ in græcia erant cremauerunt. Hoc ubi perſæ qui intra halym domicilia habebant reſciuerunt: nunc uero ad ferendam lydis opem conuenerunt: nec adepti ſardibus iones iam illinc profectos eadem uia inſecuti comperiunt epheſi: congreſſiq; cum illis ex aduerſo inſtructis in fugam eos uertunt: multoſq; occidunt: & in his cum alios illuſtres uiros: tum Eualcidem eretriorū ducē: qui donatus laurea in certamībus fuerat: & a Simonide Ceio maiorem in modum celebratus. Ex ea pugna qui euaſere per urbes fuere diſſipati. Et tūc qdem ita dimicatū eſt. Atheniēſes autem poſt hæc deſertis prorſus ionibus & ſi per nuncios Ariſtagoræ magnopere rogabantur negauerūt ſe auxilio futuros. Quorum ſotietate fraudati iones: tamen quoniam iſta aduerſus Darium egerant: nihilo ſegnius bellū aduerſus regem parabant. Helleſpontumq; inuecti: byzantium ac cæteras circa urbes in ſuam poteſtatem redegerūt. Inde euecti magnam cariæ partem in belli ſocietatem aſciuerūt. Nam Caunus quæ prius ſocietatem facere recuſauerat ubi ſardis conflagrarunt: & ipſa ionibus acceſſit. Præterea cyprii omnes ultro exceptis amathuſiis. Defecerunt autem cyprii a medis hunc in modum. Erat Oneſilus quidam Gorgi ſalaminiorum regi frater natu minor Cherſis filius: Siromi nepos: Enelthondis pronepos. Hic uir cum ſæpe

numero antea Gorgum ſollicitaſſet ad rebellandum ab rege: tunc ionas rebellaſſe uehementius urgere hominem inſtitit. In quo quia nihil proficiebat obſeruato tempore dum Gorgus oppidum egrederetur una cum ſuis militibus eum portis excluſit. Gorgus oppido exutus ad modos tranſfugit. Eo potitus Oneſilus omnibus cypriis ut rebellaret ſuadebat: perſuaſis cæteris amathuſios rebellare abnuentes obſidione circundedit. Dum hic Amathuntem obſidet: Darius ut ei nunciatum eſt ſardis captas incenſaſq; ab athenienſibus atq; ionibus: & huius comparandæ claſſis atq; rei contexendæ fuiſſe auctorem Ariſtagoram mileſiũ. Fertur cum primum hæc audiuit: iones nihili feciſſe: probe ſciens non fuiſſe illos præ contemptu ſui rebellaturos: Deinde intertogaſſe quinam eſſent athenienſes. Id cum audiſſet: tũ arcum popoſciſſe: eoq; ſumpto ſagittam quam impoſuerat in cælum excuſſiſſe: & ea in aerem excuſſa dixiſſe. O Iupiter contingat mihi ut athenienſes ulciſcar. Atq; hæc locutus cuidam famulorũ præcepiſſe ut ſibi ſemper appoſita cœna ter diceret here memento athenienſium. Et cum hoc præcepiſſet: accito ad ſuum conſpectum Hiſtiæo mileſio quem ipſe diu diſtinuerat: ita eum fuiſſe allocutus. Audio Hiſtiæe procuratorem tuum: cui tu miletum demandaſti nouas aduerſum me res eſſe demolitum. Viros enim ex altera continente perſuaſit ut iones ſequerentur: qui mihi commiſſorum pœnas dabunt: eoſq; induxit ad me ſardibus priuandum. Nunc igitur uidentur hæccine tibi bene habere? Quorum quidnam ſine tuis conſiliis actum eſt: proinde uide: ne rurſus te ipſum in culpam induas. Ad hæc Hiſtiæus. Quodnã inquit rex protuliſti uerbũ? Me ne cõſulere rem quæ tibi ſit quippiam ſiue multum ſiue parũ moleſtiæ allatura? Quid mihi quærens iſta facere? Aut cuius rei īdigẽs: tui omnia aſſũt quæ tibi? Quẽ tu õniũ cõſilioq; tuoq; cõmuniõe dignaris? Quod ſi iſtud quod ais egit procurator meus ſic habeto id eũ feciſſe ſuo cõſilio. Prĩcipio

rationem iſtã non admitto. Mileſios ac meũ procuratorem quippiam rerum nouarum feciſſe aduerſus ſtatum tuum. Si quid tamen huiuſmodi faciunt & tu id quod eſt audiſti rex intellige quid rei egeris q̃ in ea mari ablegandum putaſti. Nam iones id agere aggreſſi ſunt poſtq̃ ego ex ipſorum conſpectu ſum amotus cuius aggrediendi iampridem libidine tenebantur. Quod ſi ego in ionia fuiſſem: nulla profecto ſe ciuitas commouiſſet. Proinde nunc propere dimitte me ut in ioniam contendam: omnia illic negocia tibi in integrũ reſtituturus: & hunc mileti procuratorem harum rerum machinatorem in tuam poteſtatem redacturus. Hæc ex animi tui ſententia cum cõfecero: iuro per deos regios me non prius exuturum hanc ueſtem qua indutus in ioniam deſcendam: q̃ ſardiniam inſulam maximam tibi tributariam reddam. Hæc Hiſtiæus fallendi gratia dicebat. Quibus perſuaſis Darius hominem dimiſit præcipiens ut poſteaq̃ ea quæ ſpopõderat præſtitiſſet: ad ſe ſuſa reuerteretur. Dũ nuncius de ſardibus ad regem uenit: Dariuſq; illam rem arcu fecit: & Hiſtiæũ eſt allocutus: Hiſtiæuſq; ab eo dimiſſus ad mare ſe contulit: hoc interea omni tempore hæc geſta ſunt. Oneſilo ſalaminio amathuſios obſidenti nuncius affertur Artybium uirum inter perſas eximium cum magna ui perſarum curſum tenere in cyprum. Quo accepto Oneſilus legatos paſſim in ioniam dimittit ad iones euocandos: qui non diu in deliberando ciuitati cũ magna claſſe ad eum ſe contulerunt: & cum cyprum tenuiſſent perſæ eodem e cilicia traiecerunt: terreſtriq; itinere ſalaminem contenderunt phœnicibus claſſe circumeuntibus promontorium quæ claues cypri uocantur. His eas facientibus cyprii tyranni conuocatis ionum ducibus dixere. Viri iones uobis nos cyprii optionem damus cum utris dimicare uelitis cũ perſis an cũ phœnicibus. Si terra mauultis cũ perſis acie cõfligere: iã tẽpus eſt e nauibus egrediẽdi & i acie ſtãdi: ut nos ueſtras ingreſſi naues cũ phœnicibus dimicemus. Sin cũ phœnicibus fortunã tentare mauultis facite:

quoniam alterutrum opus eſt eligatis ut quantum in nobis ſitum eſt ionia atq; cyprus in libertatem uindicentur. Ad hæc iones commune inquiunt ioniæ conſilium nos miſit ad mare tutandum: non ad naues tradendas: quo ipſi cum perſis in terra confligeremus. Itaq; nos quidem ubicũq; collocabimur: ibi ut operam nauemus enitemur. Vos uero debetis qualia ab imperantibus medis paſſi eſtis reminiſcentes uiros egregios uos oſtendere. Hæc iones reſpõderunt. Poſt hæc perſis in campũ ſalaminium tendentibus cyprii reges aduerſus alios hoſtes conſtituerunt alios cyprios: aduerſus perſas optimum quenq; ſalaminiorum ac ſolienſium: aduerſus Artybium perſarũ ducem. Oneſilus ultro conſtitit. Inſidebat Artybius equo in armatum erigere ſe docto. Quod audiens Oneſilus ad ſatellitem ſuũ (Erat enim ei ſatelles ſane q̃peritus rei bellicæ & alioquin ſolertiæ plenus.) Audio inquit Artybii equum edoctum ſe erigere: & pedibus ſimul atq; ore eum in quem agitur cõficere. Proinde tu propere inita ratione dicito utrum malis obſeruare equum ne tibi feriẽdum an ipſum Artybiũ. Ad quem ſeruus ſuus. Egõ uerõ inquit rex paratus ſum & utrunq; & alterutrum & omnino quicquid imperaueris facere. Promam tamen quid rebus tuis eſſe conducibilius ſentiam: regem ac ducem oportere cum rege ac duce certare. Siue enim talẽ occidas decori tibi fore: ſiue a tali (quod abſit) occidaris quod ſecundum eſt dimidium mali eſſe. Hos uero famulos cum famulis hoſtium debere confligere. Nam quod ad equum attinet: nõ eſt cauſa cur eius artificium extimeſcas. Recipio enim tibi eum poſthac aduerſus neminem ſe erecturum. Hæc illo locuto mox exercitus cõflixere terreſtres nauales q;. Et claſſe quidem iones eo die ſtrennue pugnantes ſuperauere phœnices. Samiorum tamen præcipua uirtus extitit. In terra ubi cõcurſum eſt dum acies dimicant circa imperatores hoc actum eſt: ubi Artybius equo cui inſidebat in Oneſilum inuectus eſt: Oneſilus uti conuenerant: cum ſatellite ipſe inuadentem Artybiũ ferit. Eius ſatelles equi

ſublatos pedes in Oneſili ſcutum iactantis falce percutiens abſcidit: quo ictu Artybius perſarum imperator illic una cum equo corruit. Cæteris in pugnando ocupatis Stesenor Curii tyrannus non parum circa ſe copiarum habens prodidit ſocios curienſes: hi argiorum coloni dicuntur eſſe. Poſt horum proditionem ſtatim ſalaminii: qui currubus uehebantur idem fecere. Quo ex facto perſæ cypriis ſuperiores extitere. Horum acie in fugam uerſa cū alii multi occubuere: tum uero Oneſilus Cherſis: qui cyprios ad defectionē īduxerat & Soliorū rex Ariſtocypus Philocypri eius inquam Philocypri: quem Solon athenienſis in cyprum profectus inter tyrannos maxime uerſibus celebrauit. Oneſili caput amathuſii quoniam ipſos obſederat: exciſum in oppidum rettulerūt: ac ſupra portas ſuſpenderunt. Quod ſuſpenſum cum iam exinanitum eſſet: ingreſſum apium examen fauo referſit. Ea de re oraculum amathuſiis. (Nam oraculū conſuluere) redditum eſt ut depoſitū caput humarēt: Oneſiloq; quot annis tanq̄ heroi ſacrificarent. Hoc facientibus melius cum eis actum iri: quod amathuſii ad meam uſq; memoriam faciebant. Iones & alii qui ad cyprum pugna nauali dimicauerāt ubi didicēre res Oneſili perditas & cæteras cypri urbes obſeſſas præter ſalaminem: eam autem Gorgo priſtino regi ſalaminios reſtituiſſe in ioniam red re maturauerunt. Ciuitatum cypriarum diutiſſime obſidionem ſole pertulit: ſed eam perſæ quinto mēſe q̄ obſidere cœpertūt: circum ſuffoſſo muro expugnauertūt. Ita cyprii cū annū liberi fuiſſēt: denuo in ſeruitutē ſunt redacti. Ac Dauriſes qui filiam Darii in matrimoniū habebat: Hymæeſq; & Otanes atq; alii perſarū duces & ipſi filias Darii in matrimōio habētes pſecuti eos iones qui aduerſus ſardis expeditionē fecerāt: poſtq̄ in naues repulerūt prælio uictos dehīc īter ſe partiti ſunt urbes quas expugnarēt. Dauriſes qdē cōuerſus ad urbes ī helleſpōto ſitas cepit dardanū: cepit abydū & piopē lāpſacū & peſō ſingulas diebus ſīgulis.

Cui a peſo ad urbem parion cõtendenti nuncius affertur Cares cũ ionibus ſentientes a perſis defeciſſe. Igitur conuerſo itinere ex helleſponto aduerſus cariam copias duxit: ſed anteq̃ perueniret de eius aduentu certiores facti carii ad columnas quæ albæ dicuntur conueniunt: atq; ad amnem marſyam: qui ex hidriade regione defluit in mæandrum. Ibi coactis cariis multæ ſunt a multis dictæ ſententiæ: ſed optima omniũ meo iudicio a Pixodoro Mauſoli uiro cyndienſi: qui Syeneſis cilicum regis filiam in matrimonio habebat. Ab hoc ſententia dicebatur ut tranſmiſſo mæandro Cares flumen a tergo habentes ita demum cum hoſte cõgrederentur: ut ſublata ſpe retro fugiendi: atq; ibidem manere coacti redderentur meliores q̃ natura eſſent. Verum hæc ſententia non peruicit: ſed illa ut perſis potius a tergo Mæander eſſet: ut ſi perſæ fugam facientes euaderent: tamen in flumen incidentes abire non poſſent. Poſt hæc cum adeſſent perſæ: ac Mæandrum tranſiſſent: ibi ſuper amnem marſyam cares prælium conſeruere cum perſis acre atq; diuturnum. Ad poſtremum multitudine hoſtium terga uertunt. Quo in prælio perſarum cecidere duo milia: cariũ decem milia: ex quibus qui effugerunt ad labrydem in Iouis militaris templum ſe receperunt in magnum atq; ſacrum lucum platanorum. Si autem ex his quos nouimus cares ſunt qui Ioui militari hoſtias offerant. Huc cares cum ſe recepiſſent: de ſalute conſultabant utrũ ſeſe perſis dedere: an aſiam penitus relinquere ſatius eſſet. De hac re conſultantibus ſubſidio uenere mileſii cum ſociis. Ibi cares immutata priori uoluntate ruſus ad bellum inſtaurandum animantur: & cum iuuadentibus perſis concurrunt: & cum diutius q̃ prius dimicandum eſſet: fugantur multis caſis mileſiorum præcipue. Poſt acceptam calamitatem hanc Cares copiis reparatis repugnauerunt. Audientes enim urbes ſuas inuaſum iri a perſis inſidias illis in uia: quæ in Mylaſſa fert collocauerũt auctore Heraclide Ibanolæo uiro Mylaſſenſi.

In eas insidias persæ noctu incidentes obtruncati sunt cum ducibus suis Dauriſe & Hermoge & Siſamante necnon Myrſe Gygis filio. Hunc in modum interiere hi persæ. Hymæas autem qui & ipſe erat ex inſequentibus ionas qui aduerſus ſardis militauerāt: ad ꝓpōtidē conuerſus cepit cion & myſiā. Hac expugnata audiēs Doriſem relicto helleſponto tendere aduerſus cariā omiſſa propontide in helleſpontum ducit exercitū. Cepitq; æoles omnes qui oram iliadem incolūt. Cepit itē gergithas qui a priſcis teucris relicti fuerāt. Has gentes cum cepiſſet Hymæas morbo deceſſit troade: & hic quidem ita mortem obut. Artaphernes autem ſardium præfectus & Otanes tertius dux aduerſus ioniam confinemq; æolidem delecti imperatores cepere ex ionia qdem clazomenas: ex æolia uero cumam. Quibus oppidis captis Ariſtagoras mileſius ubi hoc accepit: non erat compos mentis ut qui perturbaſſet ioniam & magna negocia cōfudiſſet. Itaq; cernens hæc ubi conſtitit ei rem effici non poſſe: nec Darium regem ſuperari: de fugiendo deliberabat: conuocatiſq; ſuæ factionis hominibus conſulebat ſatius fore eis ſi mileto expellerētur in ſeptentrionalia loca aliqua profugere ducentes coloniam uel in ſardiniam uel in myrcinum hedonum: quam Hiſtiæus a Dario donatus mœnibus ſtruxerat. Hæc Ariſtagoras percōctabatur. Verum Hecatæus Hegeſandri uir logopœos negabat coloniam alterutro deducendam. Sed ſi mileto eicerentur: mœnia in lero inſula ædificanda atq; illic quieſcendum. Deinde illinc miletum eſſe remeandum. Hoc cōſulebat Hecatæus. Sed Ariſtagoras: cuius ſententia præcipue erat abeundi in myrcinum demandata mileto Pythagoræ uiro inter populares probato procuratore mileti ipſe ſumptis ſecū omnibus uolūtariis in thraciā nauigauit regionemq; optinuit ad quam cōceſſerat. Ex ea profectus cum urbem obſidet tam ipſe q̄ eius exercitus a thracibus tam & ſi illic accepta fide excedere uolentibus interemptus eſt. Et Ariſtagoras quidem qui ioniam ad defectionem

induxerat ita oppetiit.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER SEXTVS.

Ristagoras quidem ionicæ rebellionis auctor ita oppetiit. Histiæus autem mileti tyrannus a Dario commeatum adeptus sardis uenit. Eo cū ueniſſet e ſuſis interrogatus ab Artapherne ſardium præfecto: quidnam ei uidetetur iones ad rebellandum induxiſſe. Et cum negaret ſe id ſcire quinimo mirari quod actum eſſet tanq̄ eius rei prorſus ignarus: Artaphernes qui eum fuiſſe artificem comperiſſet: in idipſum intuens inquit. Histiæ ſic res hæc ſe habet: hunc calceum tu quidem conſuiſti. Aristagoras autem ſibi induit hoc Artaphernes ad rebellionē pertinens dixit. Quem Histiæus tanq̄ rei gnarū ueritus prima ſtatim nocte fuga ſe ad mare proripuit: regem Darium fruſtratus. Cui ſardiniam inſulam maximam in illius poteſtatem redacturum ſe pollicitus: ſubiit primas partes ionici belli aduerſus Darium gerendi. Is cum in chium tranſmiſiſſet: a chiis in uincla coniectus eſt: exploratū habentibus eum a Dario illuc iſſe ad res nouas moliendas. Sed ubi omnem cognouere rationem q̄ regi hoſtis eſſet: hominem ſoluerunt. Ibi interrogatus Histiæus ab ionibus cur ita prompte ut a rege deficeret Aristagoræ delegaſſet: & tanta clade iones affeciſſet: non dixit cauſam penes illos merito fuiſſe: ſed regem Darium conſtituiſſe. Phœnices e ſedibus ſuis amotos in ioniam tranſferre: & ionas in phœnicem & hac cauſa litteras ſe miſiſſe: Cum nihil omnino rex conſtituiſſet ipſe ionas terrefaciebat. Poſt hæc ad Perſas qui ſardibus erant litteras dant tanquam ſecum antea de rebellione collocutos: quas litteras fecit per nuncium quendam Hermippum

Artaniteũ. Eas Hermippus non iis ad quos dabantur reddidit ſed Artaphreni. Ille omibus quæ agebãtur cognitis iubet Hermippũ & eas reddere qbus Hiſtiæus mittebat: & quæ uiciſſim a perſis ad Hiſtiæũ reſponderentur ſibi dare. Ita rebus palã factis Artaphrenes de multis perſarũ ſupplicũ ſumpſit: & ſardibus quidem tumultus extitit. Hiſtiæus autẽ hac ſpe lapſus exoratis chiis Miletum reductus eſt: ſed mileſii libenter etiã Ariſtagora liberati nullo pacto animum inducebant ad alium tyrannum illuc recipiendum utpote guſtata libertate: a quibus Hiſtiæus ſub noctem conatus introire miletũ: a quodã mileſio in femore uulneratus eſt. Ita reiectus a patria ſua rurſus ſe recepit in chiũ: atq; illinc quoniã chios ad tradẽdas ſibi naues inducere non poterat traiecit mitylenem: leſbiiſq; ut ſibi traderẽt naues perſuaſis: octo illorum triremibus armatis bizantium temigauit. Ibiq; ſubſidens nauigia quæ e ponto prodibant intercipiebat: præter eorum qui ſe paratos obſequi ſibi aſſentiebantur. Hiſtiæo & mitylenæis hæc agentibus aduerſus ipſam miletum ingens exercitus hoſtium claſſiarius pariter & terreſtris in expedito erat. Duces enim perſarũ coactis in unũ copiis cuncti in eam contendebant minoris cætera oppida facientes. Inter claſſiarios prõptiſſimi erant phœnices: cũ quibus militabant & cyprii recens ſubacti & cilices & ægyptii. Hos aduerſus Miletum & cæteram ioniam uenturos cum accepiſſent: ionii miſerunt ſuos quiq; primores ad cõmune græciæ cõſilium. Quibus in eum locũ coactis atq; deliberantibus uiſum nullas debere terreſtres copias aduerſus perſas contrahi. Sed mileſios mœnia per ſeipſos futuri tutari: cæteros claſſem inſtruere nulla naui prætermiſſa inſtructaq; claſſe primo quoq; tempore contractos apud ladam ante miletum pugna nauali decernere. Lada autem parua quædã eſt inſula urbi mileſiorum obiacens. Poſt hæc impletis idem nauibus ad locum præſto fuerunt comitantibus æolibus: qui incolunt leſbum: atq; ita aciem inſtruxerunt. Cornu quod erat auroram

uerſus ipſi mileſii cum octoginta nauibus tenebant. His contigui prienenſes erant duodecim cum nauibus: & teii cum tribus theiis: Chii cum centum. Vltra hos locati erant erythræi & phocenſes. erythræi qdem cum octo nauibus: phocenſes uero cum tribus. Phocenſibus adhærebant leſbii cum nauibus ſeptuaginta. Vltimo in loco erant ſamii cũ ſexaginta nauibus tenentes cornu occaſum uerſus. In ſumma omnium numerus trecentæ ſexaginta tres triremes: tot fuere ionicæ naues: barbaræ uero numero ſexcentæ. Quæ ubi & ipſæ in agrum mileſiũ uenere: omniſq; ei peditatus affuit: tum uero duces perſarũ audita multitudine nauiũ iadum extimuerunt ne illos ſuperare: ne ue miletum niſi mari potiti eſſent capere non poſſent: & ob id apud Darium adirent periculum pœnæ ſubeundæ. Hæc reputantes cõtractis ioniæ tyrannis qui ab Ariſtagora mileſio derecti principatu ad medos perfugerant & tunc aduerſus miletũ militabant. Horum quicunq; aderant cõuocatis ita uerba fecerunt. Viri iones qui ueſtrum de domo regis bene meritus eſt nũc appareat. Suos enĩ populares qſq; ueſtrũ conetur adducere: ab reliquis ſociis eliciendo illos hac promiſſione nihil eos q rebellarint moleſtiæ ſenſuros: nullas eorum uel ſacras uel priuatas ædes incenſum iri: nihil uiolentius q̃ antea paſſuros. Sin minus iſta facere: ſed omnino decernere prælio uoluerint: hæc eis damna dicite euentura: quæ cette euenient. Ipſos prælio uictos in ſeruitutem rapiendos: liberos eorũ a nobis caſtrãdos: uirgines in bactra aſportãdas: terram aliis tradendã. Hæc locutus perſarum ducibus: ionum tyranni ſub noctem ad ſuos quiſq; populares deunciatum miſerunt iones ad quos ii nuncii peruenerunt contemnere hæc: nec animum ad proditionem faciendam inducere ſibi quiſq; ſoli illa a perſis denunciari exiſtimantes. Hoc ſimul atq; Miletum perſæ applicuere geſtum eſt. Mox cũ ad ladam iones coacti eſſent: conciliaq; haberentur: & aliæ ab aliis ſentẽtiæ dicerentur: Dionyſius phocenſis dux ita locutus eſt.

Quoniam in ſummo ancipiti res noſtræ ſunt uim ones ut aut liberi ſimus aut ſerui: & quidem tanq̃ fugitiui: ſi uul / tis deuitare calamitates: ſubeundus eſt nobis impræſentiarũ labor: Ita ſupatis hoſtibus liberi eſſe poteritis. Sin aũt ignaui fueritis: & ab ordĩe receſſeritis: nullam ueſtri ſpem habeo quo minus pœnas regi rebellionis detis. Sed aſſentiamini mihi & nos ipſos mihi permittite: & ego diis & æquo iuuãtibus re / cipio uobis aut nõ concurſuros hoſtes: aut ſi concurrẽt mul / to ĩferiorſ futuros. His auditis Iones ſeſe Dionyſio permiſe / re. Ille claſſem aſſidue ĩ cornua producens ut remiges exerce / ret: ſubinde loca inter nauigandum uariare cogebat: quin etiã propugnatores armatos eſſe: & reliquum diei naues ĩ ancho / ris ſtare quotidie laborem ionibus exhibẽs ad ſeptimum uſq; diem obtemperantibus atq; impata faciẽtibus. Poſt eum diẽ Iones utpote talium laborum inſueti tum defatigatiõe tum ſole afflictati inter ſe dixere. Quo nos deorum offẽſo iſta pa / timur? qui deſipientes ac mente capti uiro phocenſi ſuperbo tris naues habẽti omnino nos permiſimus eumq; toleramus? Quos ille ſumptos perdit intolerabilibus erumnis: quorum multi in morbum inciderunt: multi idem paſſuri uidentur: quibus ſatius eſt qduis aliud q̃ hæc mala pati: atq; adeo ſer / uitutem ſi qua futura eſt expectare q̃ præſenti afflictari. Agi / te deinceps hinc ne obtemperemus. Hæc inter ſe locutis mox deinde nemo illi parere uelle: ſed tentoriis more militari in ĩ / ſula defixis frui umbraculis: ac nolle naues ingredi neq; ad munia ſua redire. Id animaduertentes ſamiorum duces: & magnam Ionum confuſionem: putauerunt ſibi admittendã orationẽ perſarum: quam per nũcium aperuerat Aeaces Sy / loſontis rogans ut a ſociis deficerent: cum præſertim nõ fie / ri poſſe uideretur ut regis potẽtiam ſuperarent: ac probe ſci / rent ſi præſentem Darii claſſem ſuperaſſent aliam quincu / plo maiorem affuturam. Nacti igitur occaſionem ubi primũ uiderunt Ionas negantes ſe in officio futuros lucrifaciendam putauerunt ſuorum ſacrorum atq; priuatorum conſeruatio / nem. Aeaces autem cuius orationem admiſere: Samii filius

Syloſontis. Aeacis fuit ſami tyrannus ab Ariſtagora mileſio exutus principatu: quemadmodum alii Ioniæ tyranni. Itaq; poſtea q̃ phœnices nauigare aduerſus Ionas cœperũt: Ioneſq; & ipſi naues in cornua digeſtas producere ac propius uentum eſt præliumq; conſertum: Tunc quinam Iones ignaui qui ue egregii fuerint haud queo pro comperto ſcribere: quia alius i alium reiicit culpam. Dicuntur tamen ſamii quemadmodũ cum Aeace compoſuerant ſublatis uelis exacie exceſſiſſe: ſamumq; abiſſe præter decem naues: quarũ trierarchi permãſerunt: dimicaruntq; nolentes dicto audientes eſſe ſuis ducibus. Quo ex facto cõe ſamiorum conſilium eis donauit ut ipſorum nomina a maioribus repetita tanq̃ egregiorum uirorum in lapide ſcriberentur: extatq; is lapis adhuc in foro. Leſbii uidentes ſamios qui iuxta erant fugam capeſſere idem fecere quod ſamii. Cum id pleriq; Ionum facerent eorum qui pugnando perſtitere: chii præcipue circumuenti ſunt: & quia nolebant perfide agere: edita egregia opera oppreſſi: qui ut ſuperius dictum eſt centum naues cum attuliſſent: ſingulas cum quadragenis propugnatoribus delectorum ciuium & ſi cernerent per multos ſociorum eſſe proditores: tamen inique ſe facturos cenſuerunt: ut illorum ſimiles eſſẽt: ſed relicti cũ paucis diſcurſando dimicauerunt: donec compluribus captis hoſtium nauibus pluribus ſuarum amiſſis cum cæteris in terram ſuam perfugerunt. Quorum uero naues inualidæ qa ceratæ erant ii chii inſequente hoſte ad Mycalen fugientes impactis terræ nauibus ac relictis per continentem pedeſtre iter fecerunt: & cum in agrũ epheſium ingreſſi eſſent ſub nocte ad urbem contendebant: cum illic a mulieribus ſacra legiferæ Cereris fierent: quos armatos epheſii ingreſſos agrum ſuum uidentes cum de eis nihil audiſſent ſuſpicati fures eſſe: & ad mulieres tendere: uniuerſi ad uim arcendam procurrerunt: chioſq; interemerunt. Et hi quidem hoc caſu occiderunt. Dionyſius autem phocenſis poſteaq̃ res Ionum acciſas intelligit captis tribus hoſtiũ nauibus abiit nõ iã i agrũ phoeẽſẽ: probe ſciẽs eũ i cætera Ionia direptũ iri: ſed ut erat recta

contendit in phœnicem. Vbi nauibus onerariis ſpoliatus raptaq; ingenti pecunia in ſiciliam nauigauit: atq; illic prodeũdo latrocinia agitauit in nullum quidem græcorum ſed in carthaginenſes ac tyrrhenos. At perſæ uictis pugna nauali Ionibus miletum a terra atq; a mari obſederunt: ſuffoſſisq; muris & omni genere tormentorum admoto: eam ab arce ceperunt ſexto q̃ rebellauerat Ariſtagoras anno: atq; diripuerunt ut defuncta ſit ea calamitate quam oraculum prædixerat. Siquidem argiis apud delphos de ciuitatis ſuæ ſalute conſulentibus oraculum promiſcuum redditum eſt: quod i ipſos quidem argios tendebat: ſed ex adiectiõe ad mileſios. quod quatenus ad argios pertinet: cum ad eum locum uenerimus referemus. Quatenus autẽ ad mileſios ita habet. Tũc quoq; cõmentrix operum milete malorum Permultis cœna & præſtantia munera fies: Crinitiſq; pedes tua pluribus abluet uxor: Noſtri erit aſt aliis delubri cura gemellis. Hæc tũc mileſiis cõtigerunt cum ex eis pleriq; uiri a perſis qui criniti erant ſunt cæſi: uxores ac liberi in prædam ceſſerunt: templumq; quod erat in geminis & delubrum atq; oraculum deflagrarunt. Nam pecuniarũ quæ in hoc templo erant: ſæpe alibi mentionem fecimus. Mileſii conſeruati e cæde dehinc ſuſa perducti ſunt. Quos rex Darius nulla alia pœna afficiens collocauit in urbe anipa ad mare quod rubrum uocatur ſita: ubi fluuius tigris eã præterfluens exit in mare. Agrũ mileſium urbi circumiectum atq; planiciem ipſi perſæ optinuere: montana caribus pegadenſibus poſſidenda ceſſerunt. Hæc mileſiis a gente perſarum paſſis non reddiderunt uicẽ. Sybaritæ qui urbe exuti Laon & Scidron incolebant. Nam ſybari a crotõiatis direpta uniuerſi mileſii qui puberes erãt capita deraſerunt: & ingentem luctum adiecerunt. Ex omnibus. n. ciuitatibus quas nouimus hæ præcipue mutuo hoſpitio iungebãtur. At non item athenienſes: ſed mileti expugnatiõem ſe pmoleſte tuliſſe cũ aliis multis rebus declarãrt: Tũ uero hac q; Phrynicho docẽte actũ: quẽ de mileto direpta fecerat & theatrũ illachrymauit: & atheniẽſes eũ q; dome-

ſtica mala refricuiſſet: mille dragmis multauerunt: adiecto interdicto nequis poſtea eo actu uteretur. & miletus quidem mileſiis deſolata eſt. Samiis autem iis qui aliquid habebant adeo non id quod ſui duces erga medos fecerant probabatur: ut inito ſecundum pugnam naualem conſilio uiſum ſit priuſq; eo tyrannus Aeaces ueniret in coloniam proficiſci ne manentes & medis ſeruirent & Aeaci. Etenim per hoc idē tēpus zanclæi qui ſunt ſicilienſes miſſis in Ioniam nunciis ſolicitabant Iones ad pulchrum littus cupientes illic urbem Ionū condere. Hoc autem littus quod pulchrum dicitur ſiculoꝝ quidem eſt: ſed ad tyrrhenum ſiciliæ uergit. His ego ſolicitantibus ſoli ex Ionibus ſamii cum iis qui effugerē mileſius eo cōceſſerunt. Quibus in ſiciliam tendentibus iamq; appulſis locros qui ſunt in zephyris hoc rei contigit: ut interea zanclæi una cū ſuo rege (cui nomē erat Scythes) obſederāt urbē ſiculoꝝ ut eā expugnarent. Idq; cū didiciſſet Anaxileus tyrannus rheginus q̄ erat zāclæoꝝ hoſtis adiēs ſamios ſuaſit ſatius eſſe ut pulchrū littus ad quod nauigarēt ualere ſineret: & zanclā occuparent uiris deſertā. Samii perſuaſi zanclā occuparūt. Id zanclæi cū audiſſent urbi ſuæ ſuppetias eunt aduocato Hippocrate gelæ tyranno. Erat enim is eorum ſocius. Qui poſtea q̄ ad illos iuuandos cū exercitu uenit Scythæ zanclæorū monarcho tanq̄ urbis deſertori & fratri eius Pythogeni uincula īdidit: eoſq; in oppidū inycū relegauit: ac cæteros zanclæos ſamiis cū qbus publice locutus fuerat dato & accepto iureiurā do pdidit pacta mercede ut dimidiū oīs prædæ urbicæ: atq; captiuoꝝ ipſe haberet: itē oīa quæ in agris eſſent: q̄q̄ pleroſq; zanclæoꝝ titulo captiuoꝝ in uīculis habebat quoꝝ ſummos quoſq; trecentos ſamiis occidēdos tradidit: quod tñ illi facere noluerūt. Cæteꝝ Scythes zanclæoꝝ monarchus ex Inyco profugit in himerā: atq; illinc tranſmiſit in aſiam: aſcenditq; ad Darium regē: quē Darius iuſtiſſimū uiroꝝ oīum cēſuit: qui e græcia ad ſe aſcendiſſet. Nā cū exorato rege in ſiciliam abiiſſet: rurſus e ſicilia ad regem rediit: donec natu grādior ac beatus apud perſas exceſſit e uita. Samii itaq; medis libe-

berati zanclam urbem pulcherimam nullo negocio adepti sunt. Post nauale prælium pro mileto gestum phœnices iubentibus persis Aeacem Sylosontis tanq̃ de ipsis benemeritum & qui egregiam operam nauasset: famum reduxerunt. Quæ ciuitas sola ex omnibus quæ a Dario rebellauerunt ea fuit cuius neq; urbs neq; templa incenderentur q̃ in pugna nauali a sociis defeciſſet. Statim ab expugnata mileto persæ cariam cepere ciuitatibus partim se ultro dedentibus: partim ui adactis. Et hæc quidē ita gesta sunt. Histiæo autē milesio dum circa bizantium agit & Ionum onerarias naues quæ e ponto cursum tenebant intercipit: affertur nuncius de rebus ad miletum gestis. Itaq; negocijs ad hellespontum pertinentibus bisalto apollophāis abydino delegatis ipse habens lesbios in chium nauigat: & apud locum quendā agri chii ubi uocant concaua regionis q̃ ab eius præsidio nō reciperet: cōgressus permultos interficit tam eorū q̃ terrorū chiorum: & ex oppido quodam progrediens cum lesbiis chios utpote ex pugna nauali male affectos subegit. Sed uidelicet quotiens ingētes sunt euēturæ calamitates uel ciuitati uel nationi solent signis prænunciari: Et cum chiis ante hanc cladem ingentia signa contigerant. Vnum q̃ ex choro centū iuuenū quos miserant delphos duo omnino rediere nonaginta octo pestilentia absumptis. Alterum q̃ sub idem tēpus pauloante nauālē pugnā tectū supra pueros litteras discētes corruit: ita ut ex centū uiginti pueris unus oīo euaserit. Hæc eis signa deus præmonstrauit. Post hæc excepit pugna naualis quæ ciuitatē in genua deiecit. Accessit ad cladē pugnæ. Histiæus cū lesbiis qui chios iam exhaustos facile ad excidiū deduxit Histiæus illīc cū multa Ionū & æolum copia aduersus thasū cōtēdit. Cui thasum obsidēti cū esset nunciatū phœnices a mileto ī reliquā Ioniā ꝑfectos eē thasū īexpugnatā relīqt: atq; ī lesbū traiicit cū oībus copiis: & illīc q̃ copias suas formidabāt traiicit in prouinciam artanis tāq̃ frumentādi gratia tā illīc q̃ ex agro eccaico qui erat mysorū. Erat ī iis locis forte Harpagus uir persa nō parui exercitus dux: q̃ cū Histiæo egressio

in terram certamine cõmiſſo & ipſum Hiſtiæum uiuum ce-
pit: & maioré exercitus eius partẽ occidit. Hũc aũt ĩ modũ
captus eſt Hiſtiæus: dum græci cum perſis pugnarent apud
malina regionis artanidis: ac diu perſtarent mox equitatus
emiſſus in græcos impetum dedit. Quo ex facto uerſis in
fugam græcis Hiſtiæus haud credens ob præſentem noxam
ſe interfectum iri ab rege ob quandam uitæ cupiditatem ca-
ptus eſt: qui ut fugiens capiebatur a quodam perſa utq; ab
eodem erat tranſfodiendus: ſe ſe mileſium Hiſtiæum eſſe lĩ-
gua perſica utens ĩdicauit: Quem opinor ſi ſeruatus ad re-
gem Darium perductus fuiſſet: nihil tale fuiſſe paſſurũ re-
miſſa ei a Dario culpa. Nunc ne id contingeret: ne ue fuga
elapſus rurſus apud regem magnus exiſteret: Artaphernes
ſardiũ prætor & Harpagus qui ceperat eum ſardis perductũ
in crucem ſuſtulerunt tamen truncum. Nam caput ſale cõ-
ditum ſuſa ad regem Darium detulerunt. Ea re audita Da-
rius obiurgatis qui id fecerãt q̃ hominem uiuum in conſpe-
ctum ſuum nõ attuliſſent: iuſſit Hiſtiæi caput eos elotũ atq;
obuolutum ſepelire tãq̃ de ipſo uiri ac de perſis bene meriti.
Ita res Hiſtiæi habent. Perſarũ nauticæ copiæ circa mileſum
hybernantes altero a profectione anno haud difficulter inſu-
las continenti adiacentes ceperũt: chium: leſbum: tenedum:
quaq; inſularũ ut quãq; capiebant euerriculabant. Euerricu
lant autem hunc ĩ modum. Viri manũ mutuo tãgẽtes a ma-
ri aglonari ad auſtrale ptrãſeũt. Poſt hæc omnem inſulam
peragrant uenando homines. Ceperunt quoq; in continente
urbes Iades eadem ratione præter q̃ q̃ ñ euerriculabãt homi-
nes. Neq; enim poterant: ut non falſo ceſſerint ea quæ duces
perſarum minati ſũt Ionibus cum ex aduerſo caſtra haberẽt.
Nam poſteaq̃ potiti ſũt urbibus: formoſiſſimos quoſq; pu-
erorum ſeligentes caſtrauerunt exectis teſtibus facientes eu-
nuchos. Virgineſq; ſpecioſas ad regem tranſportarunt: & ſu-
per hæc urbes cum ipſis templis cremauerunt. Ita tertio Io-
nes ſunt in ſeruitutem redacti primum a lydis bis: deinceps
a perſis profectis ab Ionia naualis exercitus omnia quæ ad le-

uam ſunt in helleſpontum nauigantibus ſubegit. Nam quæ ſunt ad dexteram iam ſubacta erant a perſis per cõtinentẽ. Helleſponti autem hæc in europa ſunt cherſõneſus: ĩ qua frequẽtes ſunt urbes: & perinthus & ſuper thraciam muri: & ſylebria: & bizantium. Quorum bizantii: & qui ulteriori in littore ſũt chalcedonii ne expectauerunt quidem aduẽtũ phœnicæ claſſis: ſed relictis ſuis urbibus in interiora euxini ponti receſſerunt. Ibiq; urbem meſſambriam condiderũt. His urbibus quas cõmemorauit incẽſis phœnices ad pcone/ſum: & artacẽ conuertuntur. Quibus & ipſis igni traditis rurſus in cherſõneſum reuehũtur euerſuri cæteras urbes: quas ſuperiore acceſſu non euerterant. Nam cyzicum ab initio ne acceſſerant quidẽ: q; ipſi cyziceni iam ante aduẽtũ hunc claſſis phœnicum ſub rege erant: cum ſe Oebari filio Megabazi qui Daſcylei præſes erat dediſſet. Cæteras cherſõ/neſi urbes præter cardiam phœnices ſubegerunt: quarum ad id tempus tyrannus fuerat Miltiades filius Cimonis nepos Steſagoræ: cuius imperii auctor fuerat Miltiades Cypſeli fi/lius ad hunc modum. Dolonci thraces qui cherſõnetum hãc tenebãt cum ab abſinthiis bello uexarentur: reges ſuos ut de bello conſulerent delphos miſerunt: Quibus Pythia reſ/pondit ut coloniæ in ſuam terram deducendæ eum auctorẽ aſciſcerent: qui primus eos e templo abeuntes hoſpitio in/uitaſſet. Dolonci ſacram uiam ingreſſi per phocenſes atq; boetios iter fecerunt: A quorum nemine inuitati athenas diuertunt. Ea tempeſtate athenis omne quidem imperium tenebat Piſiſtratus: dominabatur tamen & Miltiades Cy/pſeli e familia Tethrippotrophi ab Aeaco & Aegina oriũdus nuper familia facta athenienſi: cuius auctor extitit Phileus Aiacis filius. Miltiades hic ut ſedebat ĩ domus ſuæ ueſtigio cernens doloncos prætereuntes non illius loci ueſtem gerẽtes neq; tela: homines inclamauit: accedentibusq; optulit domi/cilium & hoſpitum congiarium. Illi in domum excepti & hoſpitaliter accepti aperuerũt ei oraculum: preceſq; addide/rũt ut deo obſequeretur. Miltiades ea oratiõe audita cõfeſtĩ

perſuaſus eſt ut qui perteſus impetium Piſiſtrati cuperet illinc emigrare : protinuſq; delphos ſe contulit oraculum conſulturus nunquid faceret quod a doloncis rogaretur. Iubente Pythia ita Miltiades Cypſeli qui quadrigario curriculo prius olympiacam palmam reportauerat una cum doloncis nauigauit : ſumptis athenienſium uoluntariis quibuſq; ad expeditionem ineundam . & ubi locum tenuit ab iis qui ſe deduxerant tyrannus creatus eſt. Is ante omnia cherſõneſi iſthmum id eſt breuem inter duo maria intercapedinem ab urbe cardia ad pactyam muro præſepſit : ne ab abſinthiis regionem incurſantibus infeſtari poſſent . Eſt ãt iſthmus hic ſex ac triginta ſtadiorum ab iſthmo introrſus omnis cherſõneſus quadringentorum uiginti ſtadiorum eſt longitudinis . Interſeptis igitur faucibus cherſõneſi Miltiades atq; hoc modo abſinthiis cohibitis primis cæterorum lampſacenis intulit bellum . Illi diſpoſitis inſidiis eum uiuũ excepere . Ea re Crœſus lydus audita (erat ãt Crœſo Miltiades carus) per nuncios lampſacenis præcepit ut hominem miſſũ facerent : alioquin ſe illos in morem pini extriturum comminatus eſt. Hac oratiõe nutãtibus lampſacenis quid ſibi uellet quod Crœſus minabatur ſe illos in morem pini extriturum. Vix tandem quidam e maioribus natu intelligens quid illud eſſet : expoſuit inquiens pinum ex omnibus arboribus ſolam eſſe quæ exciſa nullam ſobolẽ remittat : ſed prorſus emoriat. Ea propter ueriti Crœſum lampſaceni ſolutum Miltiadem remiſerunt. Ita Miltiades ob Crœſum euaſit : qui poſtea ſine liberis moriens imperium atq; opes tradẽs Stetagoræ Cimonis ſui e matre germani . Ei defuncto cherſõnitæ ut mos eſt conditori urbis ſacrificant : certamenq; equeſtre ac gymnicũ ſtatuto tempore celebrant : in quo nulli lampſacenorum certare permittitur . Durante cum lampſacenis bello contigit : ut Steſagoras quoque liberis orbus decederet apud curiam percuſſus ſecuri in capite quodam qui ſe tranſfugam uerbis ſimulabat : ſed re ipſa q̃ hoſtis erat atrocior . Steſagora hunc in modum defuncto cum piſiſtratidæ Miltiadem Cimonis

fratrem defuncti cum trireme ad ſuſcipiendas in pelopõ-neſo res dimiſerunt: in quem etiam athenis beneficia con-tulerant: tanq̃ nõ ſane conſcii mortis Cimonis patris eius: de qua morte alio in libro qualis fuerit commemorabo. Miltiades ut uenit in cherſõneſum domi ſeſe continebat in honorem uidelicet Steſagoræ fratris. Quod audiẽtes cher-ſõnitæ undique ex omnibus ciuitatibus principes cõtraxerẽt ad lugendam cum Miltiade fratris necem. Hi poſtq̃ uenerũt illic in uincula coniecti ſunt: & Miltiades cherſonneſum optinuit conductis auxiliariis: filiamque Olori regis thraciæ Hegeſipylam duxit uxorem. Quẽ &ſi nũper illuc profectũ: tamen non mediocria ſed grauia ſane negocia exceperunt. Nam tertio q̃ hæc geſta ſunt anno e cherſonneſo profugit non auſus expectare uenientes ſcythas nomades: qui ab rege Dario iritati coactis copias ad hanc uſq; cherſõneſum proceſſerunt. Illis digreſſis eum rurſus dolonci reduxere tri-bus annis anteq̃ aliis curis implicaretur. Tunc phœnices apud tenedum eſſe cum audiſſet: quinque cum triremibus quas præſentibus facultatibus impleuerat: athenas nauiga-uit ſoluens ex urbe cardia: qui dum per ſinum nigrum trãſ miſſa cherſõneſo curſum tenet: a phœnicũ claſſe circũuẽtus ipſe quidẽ cum quatuor triremibus ad imbr̃ euaſit: qntã ta-mẽ phœnices ĩſecuti ceperẽt: cui præerat Miltiadis filius natu maximus Metiochus non ex filia Olori thracum regis: ſed ex alia muliere. Eũ phœnices cũ Miltiadis filiũ eẽ cognouiſſẽt: ad regem perduxerunt rati ſe magnam apud eum gratiam inituros quoniam Miltiades in dicenda apud Iones ſentẽ-tia ſuaſiſſet ut ſcythis rogantibus Iones ſoluta rate domum abire obtemperaretur. Oblato tamen ſibi Metiocho Darius tantum abeſt ut quicq̃ mali fecerit ut permultis eum bonis affecerit. Donauit enim domo facultatibus uxore etiam perſide ex qua liberi geniti ſunt qui inter perſas cenſentur. Miltiades autem ex imbro athenas peruenit: Neque hoc anno quicq̃ eſt a perſis amplius in Ionas ſæuitum: ſed be-nigne ſane cum eis actum. Hoc anno Artaphernes ſardium

præſes accitis hoſtium nunciis adegit Iones ad pactiones inter ſe faciendas de tradendis mutuo iis qui iniurias intuliſſent: ne ue quid inuicem ferrent: aut agerent. Ad hoc adactis Ionibus per paraſangas (Ita enim perſæ tricena ſtadia appellant) regiones diuiſit: regionatimque uectigal inſtituit quod regi penderent: quod uectigal ab Artapherne inſtitutum ad meam uſque ætatem qui illic fuere pependerunt eadem pene qua prius conditione inſtitutum. Et hæc quidem illis pacata erant. Cæterum ineunte ſtatim uere aliis ducibus ab rege abdicatis: Mardonius Gobryis filius adhuc adoleſcens & recens in matrimonium accepta Darii filia Artozoſtra ad mare deſcēdit permagnas ducens peditum claſſiariorumque copias. Quo cum exercitu poſtq̄ in ſiciliam peruenit ipſe conſcēſa naui cum claſſe abiit aliis ducibus pedeſtres copias in helleſpontum ducentibus: ubi præteruectus aſiam in Ioniam peruenit Mardonius. Miram hic rem ego referam iis græcis qui non aſſentiuntur Otanem inter ſeptem perſas ſuaſiſſe potiorem eſſe perſis ſtatum popularem abdicatis tyrannis: Mardonius ſtatum popularem in ciuitatibus conſtituit. His actis in helleſpontum ire contēdit: ubi coacta ingenti ui nauium ac peditatus eas copias traiecit helleſpontum: perque Europam iter erethriam uerſus atq; athenas faciebat. Hæ igitur ciuitates prætextum Dario erant belli ferendi: ſed in animo habebat q̄ plurimas poſſet græcarum ciuitatum ſubigere. Nam & claſſe thaſios nec manum ex aduerſo leuantes ſubegit: & peditatu macedonas ultra eos: qui iam ſeruiebant in ſeruitutem redegit. Etenim quæ intra macedones ſunt nationes iam ſubactæ erant. Hæc claſſis e thaſio tranſmittens ac terram legens ad acanthum uſque proceſſit: & ex acantho ſoluens dum athon circumuertit: uentus aquilo uehemens atque admodum atrox & intolerandus dicitur in eam ingruiſſe: nauiumque pleras in athon propulſas ad trecentas afflixiſſe: ut ſupra uiginti milia hominum interierint: Partim q̄ a

ferís rapti : partim ꝙ natare neſcirent : partim ꝙ petris alliſi. (Nam ſæuiſſimum circa athon eſt mare) : partim gelu abſumpti . Et cum nautico quidem exercitu ita actum eſt. Mardonium autem cum pedeſtribus copiis in macedonia ſtatiua habentem thraces Brygi ſub noctem inuaſere : & cum alios multos ex eis occiderunt : tum ipſum Mardonium uulnerauerunt . Sed non iccirco ſeruitutem perſarum deuitare poterunt. Nam Mardonius non prius ex iis locis deceſſit : q̃ illos in ſuam redegit poteſtatem. His ſubactis rurſus reduxit exercitum : tum ob acceptam apud brygos calamitatem in exercitu terreſtri : Tum ob maiorem in claſſe ad athon . Ita hic exercitus pugna turpiter geſta rediit in aſiam . In ſequenti anno Darius ante omnia thaſios a uicinis inſimulatos tanq̃ defectionem molientes miſſo nuncio iuſſit diruere muros & naues in abdera recipere. Nam thaſii ut qui & ab Hiſtiæo mileſio fuerant obſeſſi : & prouentus magnos habebant : pecunia multa utebantur cum in compingendis nauibus longis : tum ualidioribus mũris urbi circundandis. Erat autem eis prouentus ex continenti atque ex metallis . Ex foſſitia quidem metallorum aureorum materia ſeptuaginta talentorum. Ex thaſiis autem metallis minus : ſed tamen frequenter ita ut ſi thaſii forent immunes tributorum fuerint : eis in ſummam prouentura quot annis ex continenti atque ex metallis ducenta talenta : & quando plurimum trecẽta. Quæ metalla ipſe quoque inſpexi : & tamen longe admirabiliora fuere : quæ phœnices ii qui cum thaſo eã inſulam condiderunt inuenere : quæ inſula ab hoc Thaſo phœnice nomen optinuit. Hæc autem thaſi phœnicea metalla ſunt inter locum qui uocatur ænyrorum : & Conyrorum ſita : atque e regione Samothraciæ ingens mons indagando euerſus eſt. Et hoc quidem huiuſmodi eſt. Thaſii autem iubente Dario & muros ſuos diruerunt : & naues omnes in abdera receperunt . Poſt hæc Darius quid ĩ animo græci haberẽt pugnare ne ſecum : an ſeſe de-

dere tentandum ratus legatos per græciam dimittit alios alio iussos petere terram & aquam. Hos in græciam alios item ad tributarias sibi maritimas ciuitates mittit imperans longas naues fieri :& hippophoras :id est naues quibus equi feruntur. Dum hæc isti comparant legatis per græciã euntibus & quæ perses præceperat petentibus terram & aquã multi in continente populi dederunt : Insulani quoq; cum alii omnes ad quos eadem petituri legati accessere : Tum uero æginetæ. Qua de re continuo athenienses iritati sunt q̃ putarent hostili in ipsos animo dedisse terram & aquam æginetas :ut una cum persa aduersus athenas militarent. Itaque libenter occasionem contra æginetas amplexi spartã profecti illos insimulauerunt q̃ ex eo quod fecerant græciam prodidisset. At hanc delationem Cleomenes Anaxãdridæ spartiatarum rex æginam trãsmisit animo præcipuos eius rei auctores comprehendendi. Conanti illos comprehendere cum alii æginetæ incessere : tum præcipue Crius Polycriti negans eum gauisurum si quem abduceret æginetarum. Nam id eum facere sine communi consilio spartiatarum : sed ab athenien sibus pecunia corruptum. Aloquin cum altero rege uenturum fuisse ad se comprehendendos. Hoc autem dicebat ex epistola Demarati. Eum Cleomenes ab ægina discedens interrogauit quod ei nomen esset. Ille respondit quod erat Crios id est aries. Cui Cleomenes Crie inquit Iam nunc præferrato cornua tanq̃ occursurus magno malo spartæ. Per id tempus Demaratus Cleomenem insimulabat :& ipse rex spartiatarum nulla re alia nisi familia inferior Cleomene (ab eodem enim oriundi) sed familia Eurysthenis :qui primigenius fuerat non nihil honoratior erat. Etenim lacedæmonii nulli poetarum assentientes negant se in eam quam nunc possident regionem deductos a filiis Aristodemi : sed ab ipso Aristodemo regnante : qui fuit Aristomachi :qui fuit Cleodæi :qui fuit Hylli filius. Nec multo post Aristodemi uxorem nomine Arginam quam dicũt

fuiſſe filiam Auteſionis: qui fuit Tiſameni: qui fuit Therſãdri: qui fuit Polynicis filius. Peperiſſe geminos: eiſq; natis Ariſtodemum morbo deceſſiſſe. Lacedæmones autem qui cum erant inito conſilio creaſſe regem e pueris eum qui eſſet primigenius: ut lex iubebat: ſed neſcientes utrum puerorũ eligerent cum eſſent ſimiles ac pares: id cum nequirẽt ipſi diſcernere prius fuiſſe perconctatos genitricem: eaq; negante ſe dignoſcere: ſed diſſimularet q; uidelicet (ut credibile eſt) magnopere cuperet ambos effici reges: ita hæſitabũdos lacedæmonios delphos ſciſcitatũ quid in ea re agerent: & iis Pythiã reſpondiſſe ut utrunq; puerorum ducerẽt ad regem: ſed primigeniũ magis honorarent. Hoc reſponſo a Pythia edito lacedæmonios nihilominus incertos quo pacto primigeniũ reperirent: admonitos fuiſſe a quodam meſſenio nomine Panite ut obſeruarẽt utrum puerorum mater priorem lauaret cibaretq; : quam ſi deprehenderent eodem ſemper modo factitare: habituros id omne quod quærerent: & inuenturos quod uellẽt: ſin illa alternando erraret palam fore ne ipſam quidem quippiam magis noſſe: & iſti aliam rationem inirẽt. Ibique ſpartiatas ex admonitu meſſenii obſeruantes matrẽ puerorum ignaram cur obſeruaretur. Animaduertenteſq; illam præferentem alteri primigenium tum cibando tum lauando: accepiſſe puerum qui magis honorabatur a matre tanq̃ primigenium publicæq; alendum curaſſe impoſito ei nomine Euryſthene: iuniori Procle. Hos autem fratres ubi adoleuerunt per omne uitæ tempus inter ſe diſſenſiſſe: & itidẽ eorũ poſteros pſeueraſſe. Hæc ſoli græcorũ lacedæmõii aiunt. Nã quæ cõmemorantur a græcis ego ſcribo: hos doriẽſium reges uſq; ad Perſeũ Danaæ a deo geniti recẽſeri recte a græcis & oſtendi græcos eſſe. Iam tum enim iſti inter græcos cenſebãt. Ideo autem dixi uſq; ad Perſeum nec altius repetii: q; nullum Perſeo cognomentum fuit mortalis patris: quemadmodum Herculi Amphitryon. Itaq; a me rectam rationem ſequente dictum recte eſt uſq; ad Perſeum. A Danaa uero Acriſii filia retrorſũ patres eorũ recẽſẽdo

conſtabit principes dorienſium ex ægypto oriundos. Hæc generis recenſio ex commemoratione græcorum facta eſt. Vt autem a perſis fertur, Perſeus ipſe cum eſſet aſſyrius factus eſt græcus: non tamẽ progenitores eius. Nam progenitores Acriſii recenſere ad progeniem Perſei nihil attinet: eoſque quemadmodum græci aiunt ægyptios fuiſſe. Hæc de his hactenus. Quod autem regnum dorum cum ægyptii eſſent ſibi traditum acceperint: hoc quoniam ab aliis dictum eſt omittemus. Quæ uero alii non attigerũt: eorum faciemũs mentionem. Has dignationes regibus ſpartiatæ tribuerunt duo ſacerdotia Iouis lacædemõii & Iouis cæleſtis: & ius belli in quancunq; libuerit regionem inferendi: ut id nulli ſpartiatarum prohibere fas ſit: alioquin piaculari crimine teneatur. Vt in expeditionibus adeundis primi eant reges: in abeundo poſtremi ſint. Centum delecti uiri eis in militia cuſtodes aſſint. In egreſſibus utantur quotcunq; pecoribus libuerit: quorum immolatorum pelles omnes ac terga accipiant. Bellica hæc: Alia ſunt quæ pacis tempore eis tribuũt. Quotiens aliqua publica euiſceratio fit primi in cœna reges diſcumbant: & iis primis diſtribui incipiat utrique eorum duplum omnium q̃ cæteris cõuiuis: libaminaque immolatorum & coria eorum ſint. Singulis quoque calẽdis iſtãtis menſis ſingula pecora utrique e publico dentur Apollini immolanda: & farinæ medimnum ideſt ſex modia: & uini lacõicus quartarius: & ĩ ſpectaculis ſingulorum certaminũ certis locis præſideant. Liceatque quibuſcunque libeat ciuibus ĩniti: & utriq; binos eligere pythios. Sunt autem Pythii qui delphos ad conſulẽda oracula mittuntur: quiq; publice cum regibus paſcuntur. Regibus ad cœnam non euntibus mittantur binæ chœnices id eſt bina ſemodia farinæ & uini ſingulæ cotylæ id eſt ſextarii. præſentibus dupla dent' omĩa. Eadem rõe a priuatis quoq; inuitati ad cœnam honorent'. Vaticinia quæ de uirgĩe pupilla utri dãda ſit ei ne cui mater an cui pater deſponderat: nec non de uiis publicis: & ſi quis adoptiuum filiũ facer uelit inuitis regibus.

Liceat quoq; eis pro ſuo arbitrio aſſidere in ſenatu qui conſtat ex duo de triginta ſenibus : ſi eo non acceſſerint eorum maxime propinqui duo ſenatores ius regum optineāt duos calculos ponendi: Tertium pro ſe ipſis. Viuentibus hæc regibus a republica ſpartiatarum tribuuntur . Illa defunctis equites p uniuerſam laconicam obitum regis enunciant . Fœminæ per urbem circumeuntes ollas pulſitant . Cumq; hoc fit neceſſe ē ex ſingulis domibus duos ingenuos: marem ac fœminam luctu fœdari magnis pœnis niſi hoc faxint impoſitis . Eadem circa funus regum conſuetudo lacedæmóniis eſt: quæ barbaris aſianis. Nam pleriq; barbarorum eodem ritu in mortibus regum utūtur . Siquidem poſteaq̄ mortem obiit lacedæmoniorum rex ; oportet eius exequiis adeſſe ex omni lacedæmonis regione neceſſarios quoſq; ſpartiatarum qui ſūt numero uicinorū . Quorum & item ſeruorum atq; ipſorum ſpartiatarum poſtq̄ multa milia ī unum coacta ſunt promiſcua cum mulieribus frontes ſuas intrepide plangunt: & ululatu immenſo utuntur : Vltimum quenq; regum dicentes ſemp fuiſſe optimum . Qui uero regum in bello periit eius ſimulacrum cum expreſſerunt : ī toro bene ſtrato efferunt. Cuius tumulatione decē dies iuſtitium eſt : nulluſq; magiſtratuū conſeſſus ſed luctus continens . In hoc quoque cum perſis iſti conueniunt : q̄ defuncto rege alter qui ſuccedit liberat ære alieno quicunque ſpartiata aliquid aut regi aut reipublicæ debebat . Apud perſas qui rex creatus eſt omnibus ciuitatibus tributū quod debebāt remittit. Cū ægyptiis etiam lacedæmonii in hoc congruunt : q̄ eorum præcones & tibicines & coqui in paterna artificia ſuccedunt : & coquus ecoquo & tibicen ex tibicine & præco ex præcone gignitur . Neque ulli propter uocalitatem aliis inſidiantes ſed ipſos ingerunt ſed in paterno opere perſeuerant : atque hæc quidem ita fiunt . Cleomenem tunc cum apud æginam eſſet communi græciæ bono operam dantem in ſimulabat Demaratus ñ tā æginetis ſtudēs: q̄ īuidia & odio ductus . Quē Cleomenes ab ægina reuerſus cōſultabat ut

regno ſummoueret ob hanc rem intendēs in eum actionem. Ariſton ſpartæ regnum optinens cum e duabus uxoribus liberos non ſuſciperet (neq; enim in ſe culpam eius rei eſſe agnoſceret) tertiam duxit uxorem & duxit hunc in modum. Erat ei amicus quidam ſpartiata cuius opera ex omnibus ciuibus maxime utebatur. Cui uiro erat uxor ſpecioſiſſima ex turpiſſima talis facta. Siquidem hanc mala forma præditā eſſe cernens nutrix ſua: Idq; parentes eius utpote locupletes ægre ferre: hoc excogitauit ut puellā ſingulis diebus baiularet ad Helenæ templum: quod eſt in loco qui dicitur therapnæ ſuper phanum Phœbi. Eo quotiens nutrix intulerat puellā ſtans ante ſimulacrum deam precabatur ut alumnā deformitate liberaret. Cui aliqñ exeūti de tēplo mulier quædā apparuiſſe fertur: atq; īterrogaſſe illā quidnam ī ulnis geſtaret: & cum nutrix ſe infantem geſtare reſpondiſſet: iuſſiſſe ſibi oſtendi. Cūq; negaret nutrix ſe id facturam & infantem parentes ſui uetuiſſent oſtendi cuipiam: inſtitiſſe iubere prorſus ut ſibi oſtenderetur: magni enim facturam illam ſi a ſe infans conſpiceretur. Ita nutrice puellam oſtendente demulcentem caput puellæ dixiſſe futuram eam omnium ſpartanarum formoſiſſimam. Atque ab eo die priſtinam ſpeciem decidiſſe: quam cum ad nubilem peruenit ætatem duxit uxorem Agetus Alcidis filius ille amicus Ariſtonis. Eius mulieris amore titillatus cum eſſet Ariſton: hanc rem commentus eſt Ageto ſodali ſuo: cuius illa erat uxor: recepit ſe dono daturum unam e ſuis rebus quancunq; ille optaret: atque inuicem iuſſit illum ſimile munus ſibi dare. Agetus nihil de re uxoria ſuſpicatus cum uideret Ariſtoni quoque uxorem eſſe accepit conditionem: & in eam rem iuſiurandum interpoſuit. Cui mox Ariſton e ſuis rebus pretioſis donauit quam ille elegit: Ipſe uiciſſim cum eius partes petendi muneris ab illo fuerunt ibi optauit uxorem eius aſferri. Agetus dicere ſe præter unū cætera annuiſſe: iureiurādo tñ adactus ac dolo ſeductus ad eā deducēdā abiit. Ita tertiā hāc Ariſtō repudiata ſecūda duxit uxorē quæ citra legitimū

pariendi tempus nondum exactis decem menſibus hunc ei genuit Demaratum. Ariſton cum ei ſedenti in baſilica cum ephoris quidam famulus nuntium nati filii attuliſſet: ſciens quo tempore duxiſſet uxorem deductis in digitos menſibus dixit iureiurando hic non eſt filius meus. Quod audientes ephori haud magni fecere impræſentiarum. Sed poſtea q̃ puer adoleuit pœnituit Ariſtonem dicti opinantem utiq; filium ſuum eſſe Demaratum: cui ideo nomen impoſitum eſt Demaratus: ideſt a populo uotis petitus: q̃ ante eum natum oĩs populus uota fecit: ut Ariſtoni omnium ante id tempus regũ probatiſſimo filius gigneretur: ea de re id nomen impoſitum eſt. Interiecto deinde tempore Ariſtone uita functo Demaratus optinuit regnum. Sed uidelicet neceſſe erat ut id quod auditum fuerat hominem regno priuaret. Ea propter a Cleomene uehementer inſimulabatur cum antea q̃ ab eleuſine abduxiſſet exercitum: tum eo tempore cum aduerſus æginetas cum Medo ſentientes traiecit Cleomenes. Ergo ingreſſus eum urgere Cleomenes componit cum Leutychida Menaris filio Agis nepoti ex eadẽ qua erat Demaratus familia ea pactione ut ſi eum regem in locum Demarati conſtituiſſet: ſe aduerſus æginetas comitaretur. Erat autem Leutychides Demarato inimicus ob hanc præcipue cauſam q̃ cum Permala filia Chilonis filii Demarmeni ei deſponſata eſſet: Demaratus inſidioſe hominẽ cõiugio priuauit: præoccupata & præpta uxore ac retenta. Ob hanc cauſam Leutychidi inimicitiæ cum Demarato extitere. Is tunc Cleomene ſollicitante contra Demaratum iurauit negans eum rite ſpartanorum eſſe regem q̃ Ariſtonis filius non eſſet: Deinde quod iurauerat inſtitit confirmare q̃ Ariſton aliquando dixiſſet cum ei nũciaſſet famulus ſuus filium ei natum: & menſes conferens iureiurando negaſſet illum eſſe filium ſuum. Huic uerbo inſiſtens Leutychides pronunciabat Demaratum neque Ariſtonis filium eſſe: neque rite ſpartæ regnare. Eidem ephoris adhibitis teſtibus: qui Ariſtoni aſſidentes tunc hæc ab illo audierant. Tandem re in contentione

deducta uiſum es ſpartiatis oraculum quod delphis eſt con-
ſulendum foret Demaratus Ariſtonis filius nec ne. Ibi Cleo-
menes cum ex ipſius erga Pythiam prouidētia nihil ſuſpi-
onis eſſet : ſubornat Coboné quendam Ariſtophanti maxi-
ma apud delphos auctoritate ut perſuadeat Periallam mu-
lierum uaticinātium antiſtitem dicer ea quæ Cleomenes uo-
lebat dici . Ita Pythia ſciſcitātibus iis qui ad oraculum erāt
miſſi :negauit Ariſtonis filium eſſe Demaratum . Quæ tamē
res ſequēti tempore palam facta eſt. & Cobon e delphis pro-
fugit: & Perialla honore abdicata. Hactenuſq; ad deponendū
regno Demaratum acta ſunt. Is e ſparta ad medos profugit .
Ob hanc contumeliā q̄ cum eiectus regno gereret magiſtra-
tum :adeſſetq; ſpectaculo gymnopediarum id eſt nudorum
puerorum palæſtræ: miſit ad eum Leutychides in locum De
marati rex factus deridēdi inſultandiq; cauſa miniſtrum q̄
interrogaret qualis eſſet præfectura poſt regnum . Eam in-
terrogationem ægre ferens Demaratus reſpondit ſe utrunq;
expertum illum uero non : & eam interrogationem laceda-
moniis futuram initium plurimæ aut calamitatis aut feli-
citatis . Hæc locutus uelato capite e theatro domum abiit .
Confeſtimq; re præparata Ioui bouem immolauit: quo im-
molato matrem accerſiit : quæ cum adueniſſet poſitis in e-
ius manus extis mulierem his uerbis obſecrauit : per ego te
mater cum alios deos tunc Iouem hunc domeſticum quem
tango precor promas mihi ueritatem quiſnam re uera me-
us eſt pater . Nam Leutychides inter conuitia obiicit te e
priore uiro grauidam ita ad Ariſtonem ueniſſe . Alii eti-
am dementius referentes aiunt te ad domeſticum aſina-
rium uenti taſſe : illi uſq; me filium eſſe . Qua de te ego te
audiens obſecro ut uerum dicas . Siquid enim eorum quæ
dicuntur feciſti non ſola feciſti ſed quod multæ . Et mul-
tus de hac re ſpartæ ſermo eſt negātium Ariſtōi fuiſſe ge-
nituram ad filios procreandos. Nam ſi fuiſſet priores uxo-
res fuiſſe concepturas . Hæc Demaratus . Cui mater ita re-
ſpondēs :Fili inquit quoniam precibus mecum agis ut dicā

ueritatem omne tibi uerum exponetur. Vt me domum Ariſton duxit tertia q̃ me duxerat nocte ſimulacrum tanq̃ Ariſtonis ad me uenit: quod poſtea q̃ mecum cõcubuit coronas quas geſtabat mihi circundedit atq; abiit. Dehinc Ariſton aduenit qui cernens me coronas habentem ſciſcitabatur quiſnã me illis donaſſet. Ego ipſum reſpondi eoq; id abnuente iurauiaſſerens non bene illum facere qui negaret. Quippe qui pauloante ingreſſus ubi mecum coiſſet coronis me donaſſet. Ariſton cernens me iurantem intellexit eam rem diuinam fuiſſe: comptũq; eſt illas coronas fuiſſe ſumptas ex heroico cõditorio: quod eſt iuxta ianuã aulæ extructum: quod uocant Aſtrabaci. & uates id eſſe hunc eundem heroem reſponderũt. Habes igitur fili ita ut uolebas audire. Aut enim ex hoc heroe genitus es paterq; tibi eſt Aſtrabacus heros aut ex Ariſtone. Nam ea te nocte concepi: Verũ hoc tibi præcipue exprobrãt inimici q; Ariſton cum ei te ortum nunciatum eſt multis audientibus negauit te ſuum eſſe: quia tempus decem menſiũ non exiſſes: per inſcitiam talium rerum illi hoc uerbum excidit. Nam mulieres etiam nouem menſes ac ſeptem menſiũ partum edunt: non oẽs decimum menſem explentes. Ego te fili ſeptimeſtrem genui. Ipſe quoq; Ariſtõ nõ diu poſt agnouit ſe per imprudentiam id uerbum extuliſſe. Itaq; alias orationes de tua genitura noli admittere. Omnia enim ueriſſime audiſti. Nam quod ad aſinarios attinet ipſi Leutychidi & iis qui talia loquuntur ſuæ uxores de aſinariis pariant filios. Hæc illa dixit. Demaratus auditis quæ uolebat ſumpto uiatico per ſpeciem eundi delphos ad oraculum conſulendum helim contendit. Eum ſuſpicati lacedæmonii fugam capeſſiturum inſecuti ſunt. Sed Demaratus iam ex heli zacynthum traiecerat: quem illuc tranſgreſſi lacedæmonii prehenderunt eiuſq; famulos: ſed zacynthiis eum dedere abnuentibus. Demaratus illinc in aſiam ad regem Darium traiecit. A quo magnifice exceptus eſt territorioq; ac urbibus donatus. Ita in aſiam Demaratus abiit: ac tali fortuna uſus eſt. Vir cum aliis in multis factis dictiſque

apud lacedæmonios illuſtris: tum q̃ illis olympiadem palmã quadriiugo certamĩe reportauerat rem eius ſolius ad extem/pora regum ſpartiatarum. Leutychidæ Menaris qui in regnũ amoti Demarati ſucceſſerat natus ẽ filius Zeuſidemus: quẽ non nulli ſpartiatarum Cyniſcon ideſt catulum uocabant is ſpartæ non regnauit ante Leutychidem defunctus relicto fi/lio Archidemo. Leutychides orbatus filio alteram duxit uxorẽ Eurydamen Menii ſororem Diactoris filiam: ex qua nullam prolem uirilem ſuſcepit: ſed filiam nomine Lampito: quam Archidemus Zeuſidemi in matrimoniũ accepit ab ipſo Leu/tychida datam. At ne Leutychides quidem ipſe ſpartæ conſe/nuit: ſed has pœnas Demarato repẽdit. In expẽditiõe pharſa/lica dux cum omnia faciendi ius haberet multæ pecuniæ per corruptelam dono accepit: ipſeq; in re deprehẽſus cum ſede/ret in caſtris utraq; manu pecuniam tenens in iudicium dela/tus e ſparta profugit: domuſq; eius exciſa & tegeæ in quam profugerat: mortem obiit. Sed hæc in ſequenti tempore acta ſunt. Tunc autem Cleomenes cum ſibi res ĩ Demaratum be/ne ceſſiſſet deſumpto protinus Leutychida contendit aduer/ſus æginetas maiorem in modum illis propter ignominiam infenſus. Ita æginetæ utriuſq; regis contra ſe aduentum non repugnãdum iam ſibi eſſe putauerunt: Ex quibus reges ad/duxere decem quos delegẽ diuitiis ac genere eminentiſſimos cum alios cum Crium Polycriti & Caſambũ Ariſtocratis: qui plurimum habebant potentiæ. Eos in atticã adductos penes inimiciſſimos æginetis atheniẽſes depoſuerũt. Poſt hæc Cle/omenes cum eum ſubiſſet metus ſpartiatarum iam manife/ſtus maleficii in Demaratum excogitati in theſſaliam ſubter/fugit: atq; illinc in arcadiam profectus res nouas moliebatur ſollicitans arcadas aduerſus ſpartam: adigenſq; eos iureiurã/do ad ſe ſequendum quocunq; ipſos educeret. Quin etiam in animo habebat primores illorum ad urbem nonacrim ductos adigere ad iuſiurandum per aquam ſtygis. In hac autem urbe ab arcadibus fertur eſſe ſtygis aqua. Et eſt uideli/cet talis ea aq̃: E petra emanat aquula deſtillãs ĩ uas quoddã

in gyrum macerīa præſeptum. Nonacris autem ubi fons hic uiſitur urbs arcadiæ eſt ante pheneon urbem. Talia moli-entem Cleomenem lacedæmõii cũ animaduertiſſent timẽtes ſibi ipſis ſpartam reuocarunt ad priſtinam dignitatem. Sed eum reuerſum ſtatim morbus inſaniæ cepit & iam ãtea ſub-inſanum. Nam ut cuiq; ſpartiatarum obuius erat in eius fa-ciem īfligẽbat ſceptrum. Hæc illum facientem ac deſipiſcẽtẽ propinqui ſoleis ligneis illigauerũt. Qui cuſtodem digreſſis aliis ſolum remanſiſſe cernens petiit ab eo gladium. Cuſtode abnuẽte dar̃ ab initio cõminabatur quæ mox ei faceret done-minus conterritus cuſtos (erat enim ſeruus quidam) gladium tradidit. Eo accepto Cleomenes a ſuris incipiẽs ſeſe detrunca-bat. In longum nanq; diſcindens carnes e tibiis ad fœmora proceſſit e fœmoribus ad coxarum uertebra: atq; ilia quouſq; peruenit ad uterum: In quo reſcindẽdo ſic expirauit: Vt ple-riq; græcorũ memorant quia Pythiã corruperat ad ea dicẽda quæ circa Demaratũ acta ſunt. Vt ſoli atheniẽſes q̃ adortus eleuſinam ꝑnanum deorum fuerat depopulatus. Vt argii quia eos qui e pugna fugerãt argios ex argi templo ipſorum abductos obtruncarat: & ipſum lucum quem in argia occu-paſſet incenderat. Etenim Cleomeni delphis oraculũ poſcẽti reſpõſum fuerat eum argos eſſe capturum. Qui poſteaq̃ ad flumen eraſinum copias ſpartiatarum duxit: quod flumen e lacu ſtymphalio manare fertur. Hunc enim lacum in uo-raginem condi: & argis poſtea exorientem apparere. Illincq; iam eam aquam uocari eraſinum. Ad hoc igitur flumen po-ſteaq̃ peruenit: ei hoſtias immolauit: & cum læta non eſſẽt exta: de flumine tranſmittendo ait delectari ſe quidẽ eraſinũ nolle prodere ciues ſuos: non tamen ideo argios gauiſuros. Moxq; illinc motis caſtris ad thyream uenit. & mari taurum cum mactaſſet: nauibus copias ad regionem tirynthiam ac nauplíam duxit. Id audientes argii ad eos arcendos obuiam tendũt ad mare. Et cum aduentarent tirynthum in loco cui nomen inditum eſt ſepia: relicta nõ magna inter duas acies intercapedine conſederunt e regione lacedæmoniorum. Neq;

uero illic pugnam ex aperto reformidabant: sed ne dolo exciperentur. Nam ad hac rem attinebat oraculū quod Pythia ediderat cōmuniter eis atq; milesiis in hæc uerba. Vesq; quādo marem peruertet fœmīa uictrix. Inter & argiuos referet prælustris honorem: Tunc argiuarum reddet pleraſq; gementes Vt uenturorum aiat quis quādoq; uirorum Telo læuus obit sinuoso corpore serpens. Hæc omnia argiis cum cōtigissent metum incutiebant. Idcoq; eis uisum est præcone hostium esse utendum. Atq; ita esse faciendum quotiens præco spartiata quippiam lacedæmoniis denunciaret idem facerēt ipsi. Cleomenes aīaduertens argios facientes quicquid apud lacedæmones præco denunciasset: præcepit suis ut cum præco denunciaret prandendū: tunc raptis armis tēderent ī argios. Hoc executi lacedæmonii i argios e uoce præconis prandētes impetum faciūt: eorumq; cum multos occiderunt: tum plures in lucum argi fuga elapsos circūsederūt: qui dū asseruāt: Cleomenes hoc sibi faciēdum putauit: Scisciatus quosdam quos secum habebat perfugas misit præconem ad euocandū nominatī eos argios qui in luco præclusi erāt ad se redimēdos. Est autem apud lacedæmonios redemptio in singulos uiros binæ mnæ. Ita argiorum quinquaginta ut quisq; euocatus fuerat Cleomenes interemit: quod faciēs latebat cæteros: qui in phano erant utpote denso luco interiecto non cernentes quid illi extrinsecus agerent: nisi postq̄ quidam conscenta arbore quod fiebat inspexit. Vnde nō amplius qui euocabāt prodiere. Ibi Cleomenes iussit unumquēq; seruorum lucum materia circūdare: atq; illis obtemperātibus lucum incendit. Eoq; iam ardente percōtatus est quēdā perfugarum cuiusnā deorum esset ille lucus. Perfuga argi esse respōdit. Quo audito Cleomenes uehementer ingemiscens: O Apollon inquit uates quantopere me frustratus es: dicens me argos esse capturum. Coniicio iam exitum habuisse oraculum. Post hæc maiore copiarum parte spartam redīr permissa: ipse cū mille delectis perrexit ad templum Iunonis illic sacrificaturus. Sed sacrificare super aram uolens cū a sacerdote uetaretur negāte

fas esse externo illic sacra facere iussit seruos abductum uer-
berare. Ac postea q̃ immolauit spartam abiit. Reuersum
inimici ad ephoros citauerunt crimini dantes q̃ pecunia cor-
ruptus argos cum facile posset non cepisset. Quibus rñdit
Cleomenes (incertum mihi uere an falso)se postea q̃ templū
argi cepisset :putasse dei expletum esse oraculum: & proinde
non prius tentandam urbem q̃ sacris operatus sciret an sibi
deus illam traditurus esset: an impedimento futurus. Sibi
autem apud Iunonis templum litanti effluxisse flammam
e pectoribus simulacri: atque ita ipsos intelligere proculdu-
bio eum non esse argos expugnaturum. Si enim e capite
simulacri flāma extitisset: fore ut urbem ab arce caperet.
Cum uero e pectoribus fulgur extiterit: id omne fuisse con-
fectum quod deus confici uoluisset. Hæc dicens credibilia
ac probabilia spartiatis dicere uisus est: multoque maiore
parte sententiarum absolutus. Cæterum argos ita uiris de-
solatum est: ut serui eorum res omnes susceperint: atque
magistratus administrarint: dum filii cæsorum ad puberem
adoleuere ætatem: qui se se in suum ius asserentes ac reuersi
argos mancipia eiecere. Serui eiecti prælio tirynthem opti-
nuere: extenus quidem dum fuit in eis mutua beniuolen-
tia: & donec ad eos uenit uates quidam Cleander genere
phigaleus ab arcadia. Is persuasit seruis ut dominos adori-
rentur. Vnde bellum inter eos diuturnum extitit: donec
argii ægre euasere uictores. Ob hoc igitur aiunt argii Cleo-
menem ad insaniam redactū male perisse. Ipsi autem spar-
tiatæ negant ab ullo dæmonio Cleomenem ad insaniam
redactum: Sed cõuersatione scytharum intemperātem meri
esse factum:& iccirco furiosum. Scythas enim nomades post
illatum sibi a Dario bellum ad illum ulciscēdum perstitisse:
missisque spartam nunciis ad societatem faciendam ita pe-
pigisse tanq̃ ex utrorunque utilitate foret ut ipsi quidem
scythæ iuxta flumen phasim conarētur medicam regionem
inuadere: Spartiatæ uero ab epheso ascendere :& ad certum
locum utrique occurrerent. Cum iis scythis qui ad hoc missi

ſunt conſuetudinem habuiſſe Cleomenem aiunt: atque ex ea nimiam didiciſſe potandi intemperantiam: atque ob id inſaniſſe ſe arbitrari. Vnde quotiens intemperantius bibere uolunt aiunt ſcythiſſato id eſt age ſcytham. Ita de Cleomene referunt ſpartiatæ. Mihi uero uidetur ille has pœnas Demarato pependiſſe. Eum defunctum ubi audierẽ æginetæ ſpartam nuncios miſere uociferatum contra Leutychidem de obſidibus qui athenis tenerentur. His Lacedæmonii conſilio inito multũ iniuriæ ab Leutychide illatũ eſſe cenſuerunt: hominemque dedendum: quem illi æginã deportarent pro iis qui athenis tenerentur. Hunc cum eſſent ducturi æginetæ: tunc ad eos Theaſides Leoprepis uir ſpartæ probatus quid inquit uiri æginetæ facere uultis? Regẽ ne ſpartiatarum deditum a ſuis ciuibus abducere? Si nunc præ iracundia ſpartiatæ ita decreuerunt: Cauete ne quod exitiale malum in ueſtram regionem ſi hoc feceritis inferant. His auditis æginetæ ab illo abducendo ſuperſederunt: hac tamen conditione ut ſecum profectus athenas Leutychides redderet ſibi uiros qui illic depoſiti eſſẽt. Vbi athenas uenit Leutychides ac depoſitum repopoſcit. athenienſes ut qui reddere nollent tergiuerſari: & dicerent duos in deponendo reges fuiſſe: Ideoque iniquum eſſe id alteri ſine altero reddi. Quibus negãtibus ſe reddituros Leutychides facite inqt athenienſes utrum ipſi uultis ſi reddetis ſancte facturi: e cõtrario ſi non reddetis. Qualis autem res circa depoſitum contigit ſpartæ uolo referre. Dicimus nos ſpartiatæ fuiſſe tertia ab hunc ætate quendam Glaucum Epicydis filium: qui cum aliis ſummis laudibus excellebat: tum uſtitia inter omnes optime audiebat: qui per id tempus lacedæmonem incolebant: & huic procedente tempore contigiſſe: ut uir quidam mileſius ſpartam uenerit hominis conuenientis gratia: atque ita ſit allocutus. Ego ſum uir mileſius qui ad tuam Glauce fruendam iuſtitiam uenio. Nam cum eſſet tua fama celebris cum per omnem aliam græciam: uero per Ioniam: apud memetipſum ratiocinatus ſum:

Ionia quidem ſemper obnoxia periculis eſt: peloponneſus autem tuto fundata: & ob id uidere licet eoſdem homines nihil habere pecuniarum. Hæc reputanti mihi atque conſultanti uiſum eſt dimidium mei cenſus in pecuniam redactum deponere penes te: & probe intelligo hæc penes te depoſita mihi incolumia fore. Tu uero has pecunias accipe: & hanc notam quam una cuſtodias: quam notam quiſquis habens repoſcet pecuniam ei reddito. Hæc hoſpes quidam mileto uenerat dixit. Atque ea conditione depoſitum Glaucus accepit. Multo deinde tempore interiecto filii eius qui pecuniam depoſuerat ſpartam ueniunt: Glaucum cõueniunt: exhibitaque nota pecuniam repoſcunt. Ille enĩ uero repellere homines atque his uerbis e contrario reſpõdere: neque iſtius rei quicq̃ reminiſcor: neque ad me pertinet ſcire quæ dicitis. Volo tamen reminiſcens quicquid iuſtum fuerit facere: & ſi accepi iure optimo reddere: ſin a principio non accepi: græcorum legibus in uos uti. Ad quod confirmandum præſtituo uobis tempus hinc ad quatuor menſes. Ita mileſii facta iactura tanq̃ fraudati pecunia diſceſſere: & Glaucus delphos ſe contulit ad oraculum conſultandum. Cui conſultanti an horco id eſt iure iurando pecuniam prædaretur. Pythia reſpõdit his uerſibus. Glauce epycydides equidem expedit ad breue tempus. Sic horco uiciſſe: interuertiſſeque nummos: Deiera: & euorcum quoniam manet exitus idem. Aſt horci natus qui nomine: qui manibus: qui Nullis eſt pedibus rapide aduenit uſqueadeo dum Conuoluens omnem perdat prolemque domumque: Cum ſobole euorci melius ſed poſtea agetur. His auditis Glaucus ueniam ſibi eorum quæ dixiſſet ut daret deum obſecrabat. Cui Pythia inquit idem pollere tentare deum & facere. Tunc Glaucus accitis mileſiis hoſpitibus pecuniam reddidit. Cur autem hæc oratio apud uos inſtituta eſt dicetur. Glauci nunc nulla ſupereſt neque ſoboles neque domus: quæ illius cenſeatur. Sed ex ſparta radicitus extrita eſt. Ita bonum eſt nihil aliud de

depoſito cogitare: q̃ ut repetentibus reddatur. Leutychides hæc locutus cum nihilo magis ab athenienſibus auditus diſceſſit. At æginetæ priuſq̃ ſuperiorum iniuriarum quas athenienſibus intulerant gratificantes thebanis darent pœnas hæc fecere. Cum athenienſibus ſuccenſerent q̃ ſibi ab illis iniuriam fieri arbitrarentur: ſe ad ulciſcendum apparabant. Erat enim athenienſium in ſunio biremis quædam: quam delum iam inde a Theſeo quot ānis mittebant. Hanc æginetæ locatis inſidiis intercepere plenam primoribus athenienſium: utroſque alligauere. Ea clade ab æginetis accepta athenienſes non amplius differendum putauerunt: quin omnia in illos excogitarent. Etenim erat quidam Nicodromus Cnuthi appellatus uir in ægina ſpectatus: qui prius ſua dem miſſione cum tranſegiſſet cognito athenienſes eſſe animatos ad nocendum æginetis quibus ipſe infenſus eſſet cõpoſuit cum illis de prodenda ægina ad certam diem quo eſſet rem aggreſſurus ipſe: & illos oporteret uenire ſubſidio. Atque ita ex compoſito urbem quæ uetus uocatur occupat: ſed athenienſes ad diem non affuerunt: quia claſſis eorum par æginetanæ nõdum erat comparata: qui dum a corinthiis commodari ſibi naues rogant: Interea res corrupta eſt. Corinthii per id tempus athenienſibus amiciſſimi dedere rogãtibus naues uiginti ſed dantes uendiderunt ſingulas quinis drachmis: quoniam eas dono dare uetabantur lege. His acceptis athenienſes & ſuis inſtructis in ſummam ſeptuaginta numero in æginam nauigauerunt: peruenerunt q̃ poſtridie eius diei qui erat deſtinatus. Qui cum ad diem nõ adeſſent conſcenſo nauigio Nicodromus ex ægina profugit: aliis non nullis æginetarum eum comitantibus: quibus athenienſes ſunium incolendum dederunt. Vnde iſti procedẽtes eos qui in inſula erant æginetas & ferebant & agebant. Sed hæc poſterius acta ſunt: proceres æginetarum ſuperata plebe quæ una cum Nicodromo tumultum fecerat: mox eos quos ceperant ad necem exegerunt. Vnde piaculum admiſerẽ quod nullo ſtudio expiare potuerunt: præoccupatique prius ex in-

ſula ſunt delecti q̃ deum ſibi propiciarent. Nam cum ſeptingentos e plebe quos uiuos ceperant ad necem educerent: unus eorum e uinculis elapſus fugit ad Cereris legiferæ ueſtibulum: eiuſque cardinibus prehenſis adhærebat: quem illi cum auellere non poſſent abſciſis uiri manibus ita deduxerunt: quæ manus cardinibus conſertæ manſerunt. Hæc cum apud ſe feciſſent æginetæ claſſe ſeptuaginta nauium cum athenienſibus qui ſuperuenere congreſſi ſuperantur. Victi nauali prælio eoſdem quos prius argios in auxilium uocauerunt: ſed illi noluere eis amplius auxilio eſſe cauſati q; & naues æginetarum neceſſario ſumptæ a Cleomene oram argolidem tenuiſſent: & ipſi cum lacedæmoniis in terram deſcendiſſent: ut nonnulli quoque e ſicyonibus nauibus deſcenderunt in eadem contra ipſos expeditione. Quo noīe utriſque mulcta ab argiis iniuncta eſt mille talentorum: quorum quingena uterque populus ſolueret. Et cum ſicyonii ſuam culpam agnoſcentes centum talentis cum argiis decidiſſent: æginetæ ne agnoſcere quidem culpam uoluere. Erant enim ſuperbiores. Eapropter rogantibus eis nemo amplius argiorum publice auxilium tulit: ſed uoluntariorum circiter mille duce quodam cui nomen erat Eurybates quinq; palmarum uiro. Quorum plerique non remeauere: ſed in ægina ſub athenienſibus occubuere. Et ipſe dux Eurybates ſingulari certamine ter uictor quarto ſub Sophane de cælis oppetiit. Verum æginetæ ſua claſſe adorti imcompoſitos athenienſes ſuperauere: eorumq; naues quatuor cum ipſis pugnatoribus cepere. Et athenienſes quidem bellum cum æginetis contraxerunt. Perſa autem quæ ipſius partes erant exequebatur cum famulo aſſidue in memoriam redigente ut reminiſceretur athenienſium: Tum piſiſtratidis aſſidentibus athenienſeſq; criminãribus: tum cupiditate per hoc prætextum quod natus erat ſubigendi græcos quicunq; ſibi terram & aquam denegaſſent. Itaq; Mardonium qui male rem naualē geſſerat præfectura amouit: alioſq; deſignatos duces aduerſus eretriam & athenas mittit ī Datim genere medum:

& Artaphernem Artaphernis fratris ſui filium Datis mandatis ut athenas atq; eretrias diriperent: captiuoſque in conſpectum afferrent. Poſtq̃ hi duces declarati ab rege digreſſi ad planiciem ciliciæ maritimam deuenere cum ingenti ac bñ inſtructo exercitu & ibi caſtra poſuere: aduenerunt nauticæ copiæ omnes ut ſingulis erant imperatæ. Ad hæc hippagogæ naues quas ſuperiore Darius anno mandauerat tributariis ſuis præparandas: In his introductis equis: atque terrætri peditatu ſexcentis cum triremibus in Ioniam contenderunt. Hinc non recto curſu ſecundum continentem in helleſpõtum: & thraciam uerſus nauigabant: ſed e ſamo unde ſoluerãt præter Icariũ ĩter inſulas præcipue ut ego ſentio metu circumeundi athon: quem ſuperiori anno circumnauigantes magnam iacturam fecerant præſertim coacti propter naxon quam antea non cepiſſent. Ad quam poſteaq̃ ex Icario pelago appulſi ſunt (in hanc enim ut primum copiæ ducerẽt perſæ urgebant) Naxii memores priorum fugã ſe in mõtes concitauerunt non auſi reſiſtere. Eorum quos adepti ſunt perſæ in ſeruitutem raptis delubra atq; urbem incenderunt. His actis ad cæteras inſulas redeũt. Hæc dum iſti agũt: Delii relicta & ipſi delo fuga in tenon abeunt. Eo tendentes naues præcedens Datis non ſinebat ad delum habere ſtationem: ſed trans delum apud rheneam: & ſimul cognito ubi delii eſſent miſſo caduceatore his eos uerbis affatus eſt. Viri ſacri quid fuga abiſtis non pro merito de me male opinantes? Ego enim & ipſe mea ſpõte animatus ſum & ab rege iuſſus quo in loco duo dii geniti ſunt: ne quid aut eum locum aut eius incolas lædam. Redite igitur ad ueſtra ipſorum & incolite inſulam. Hæc deliis per caduceatorem dixit. Mox trecentas turis libras ſuper aram aggeſtas adoleuit. His actis aduerſus eretriam primũ nauigauit ſimul omnẽ claſſem ſimul Iones pariter atq; æoles agens. Statimq; ab illius digreſſu delos tremuit ut delii aiunt ad meam uſq; ætatem tũc & primum & poſtremum cõmota deo mala uẽtura hominibus portẽdẽte. Nã ſub Dario Hyſtaſpis & Xerxe Darii: & Artaxerxe Xerxis

filio tribus his deiceps ætatibus plus malorum passa est græ-
cia q̄ uiginti aliis ante Darium ætatibus partim a persis : p-
tim ab ipsis primoribus de principatu bellantibus. Vt non
ab re delos commota sit prius immobilis: de qua in oraculis
ita scriptum erat. Et delon q̄uis sit adhuc immota mouebo.
Et sane in nostra lingua pollent hæc nomīa. Darius q̄ coer-
citor: Xerxes q̄ bellator: Artaxerxes q̄ magnus bellator. Bar-
bari postq̄ a delo ad alias insulas profecti sunt: sumebant
illinc tum copias tum liberos insulanorum obsides aut mili-
taturos aduersus uicinas ciuitates uidelicet athenas & eretriā
significātes. Sed tam diu obsessi sūt eorumq; ager uastatus:
donec in deditionem persarum uenerunt. Eretrienses audito
persarum exercitu aduersum se uenīr: auxilia ab athenien-si-
bus implorauere. Quibus non deneganda auxilia rati athe-
nienses miserunt subsidio illis ea quatuor milia hominum q̄
chalcidensiū equitum optinuerant prædia. Sed eretriensiū
haudquaq̄ syncerum erat cōsilium qui tam &si accersebant:
athenienses tamen ancipiti sententia uacillabāt quibusdam
eorum censentibus urbem deserendā: & in cacumina euboiæ
eundum: quibusdam qui proptia lucra a persis expectarent
proditionem molientibus. Horum utrorunq; aīmos ani-
maduertēs Aeschines Nothōnis filius eretriēsium primarius
patefecit athenien sibus omnem præsentium rerum statum:
orauitq; ut domum abirent: ne una cum illis occumberent.
Hæc consulenti Aeschini obtemperātes athenienses illinc in
oropū transgressi salutē sibi pepererunt. At persæ eo aduecti
naues oræ crethricæ ad phanum & chœreas & ægilia applicu-
erunt: potitique his locis continuo equos exposuere: & tāq̄
cum hostibus conflicturi se instruxere: aduersus quos non
decreuerant eretrienses sibi esse prodeūdum. Sed quando-
quidem sententia de urbe non deserenda euicerat: merito
dabant ut mœnia custodirent. Adoriētibus ea persis acri pu-
gna per sex dies certatum est: multisque utrinque cadētibus.
Septimo die Euphorbus Alcimachi: & Philagrus Cynei ītet
populares suos uiri spectati urbem hostibus prodidere: quā

ingreſſi perſæ poſtq̃ templa ſpoliauere incenderunt. In ul-
tionem eorum templorum quæ ſardibus deflagrauerant
hominibus iuſſu Dani in ſeruitutem captis. Potiti eretria
aliquot illic dies morati in atticam nauigauerunt: tuncque
magnam partem uaſtauerunt rati idem facturos athenien-
ſes quod eretrienſes feciſſent. Etenim erat locus atticæ ma-
rathon proxime eretriam ad equitandum opportuniſſimus:
quo illos Hippias Piſiſtrati filius deducebat. Eodem athe-
nienſes & ipſi re audita ad uim arcendam proceſſerunt decẽ
præfectis ſibi ducibus: quorum decimus erat Miltiades:
cuius patrẽ Cimonem Steſagoræ fugere ex athenis Piſiſtratũ
Hippocratis contigerat: & dum fugit optinere olympiadem
quadriugo certamine quam uictoriã muneris gratia trãſ-
tulit in Miltiadem ex matre germanum: proximaq; olym-
piáde eiſdẽ equabus aliam olympiadem cum uiciſſet a filiis
Piſiſtrati interfectus eſt nõ iam uiuo Piſiſtrato. Interfectus
eſt autem ad prytaneum noctu ſummiſſis percuſſoribus: ſe-
pultuſq; ante urbem trans uiam quæ uocatur diacœle: & e
regiõe ſepultæ ſunt equæ illæ quæ tris olympiacas uictorias
reportarant. Idem quod iſte iam aliæ equæ fecerunt quæ fue-
runt Euagoræ laconis. Aliæ præterea nullæ. Peridem tẽpus
maior natu filiorum Cimonis Steſagoras apud Miltiadem
patruum in cherſõneſo educabatur: minor autem apud ipſũ
Cimonem athenis erat nomen habẽs a Miltiade cherſonneſi
conditore. Hic igitur Miltiades e cherſonneſo tũc profectus
dux athenienſiũ erat e duplici cæde elapſus ſemel cum eum
phœnices uſq; ad imbrũ perſecuti ſunt magnifacientes capẽ
hominẽ ut ad regẽ perducerent: iterũ cũ ab iis elapſum domũ
ſuam reuerſum ac ſe reducem eſſe exiſtimantẽ inimici ſui ex-
ceperunt: & ad iudicium deduxerunt accuſantes occupatæ in
cherſõneſo tyrannidis. Hoc reatu liberatus ſuffragiis populi
dux declaratus eſt. Duces cum adhuc in urbe agitãt ante oĩa
legatũ ſpartam mittunt Philippidem illum qdẽ athenienſẽ:
ſed tabellariam operam factitantem. Huic Philippidi ut ipſe
refert & athenienſibus renunciauit circa parthenium mõtem

qui ſupra tegeam eſt obuius fuit Pã: compellatoq; nomina-
tim Philippide iuſſit nunciari athenienſibus quid ita athe-
nienſes nullam gererent curam ſui: qui bene ipſis uellet:
qq; iam ſæpenumero de eis benemeritus fuiſſet atque etiam
futurus eſſet. His uerbis fide habita athenienſes q; eorum iã
ſtatus erat bene conſtitutus extruxerunt ſub arce templum
Panos: illiq; ãnuis hoſtiis ex quo nũciũ accepere ſacrificant:
ardenti cãdelabro ſupplicant. Philippides autem hic qui ſi-
bi Pana dixit apparuiſſe tunc cum a ducibus miſſus eſt: Ite-
athenis egreſſus ſpartam peruenit: adienſque magiſtratus:
Lacedæmonii inquit orant uos athenienſes ut ſibi opem fe-
ratis: nec ciuitatem inter græcos uetuſtiſſimam contemnatis
in diſcrimen adductam ne barbaris uiris ſeruiat. Etenim
eretria direpta eſt inſignique ciuitate græcia imbecillior red-
dita. His mandatis a Philippide expoſitis placebat quidẽ
lacedæmoniis opem ferre athenienſibus: ſed id ſibi impo-
ſibile confeſtim facere uidebatur nolentibus legem rumpe-
re. Nam erat nouus dies inſtantis menſis: quo die negabãt
ſe progreſſuros nec niſi orbe lunari impleto. Et iſti quidem
plenilunium expectabant. Hippiæ autem Piſiſtrati filio
qui barbaros in marathonem perducebat: uiſum hoc in
ſomnis ſuperiore nocte oblatum eſt. Videbatur ſibi Hip-
pias cum matre concumbere. Quo ex ſomnio coniectabat
ſoꝛ ut reuerſus athenas ac recepto dominatu ſenex domi ſuæ
obiret. Hunc in modum interpretabatur uiſum ſuum. Et
tunc dum prædã eretrieſem quam depoſuerat in inſula ſty-
corum nomine ægileã reportat: dumq; naues ad marathonẽ
appulſas in ſtationibus locat: ac barbaros in terram egreſſos
diſpõit: talia adminiſtranti contigit ſternutatio tuſſiſq; ſo-
lito uehementior. Vnde concuſſis eius utpote ſenis pleriſq;
dentibus unus illorum ex uiolẽtia tuſſiendi excuſſus eſt: & ĩ
harenam delapſus: qui magna adhibita adinueniẽdũ dilig-
tia cũ tamẽ nõ appareret: ſuſpiratus Hippias ad eos q aderãt
ait. Hæc terra nõ ẽ noſtra: nec eã poterimus nobis ſubiectã
efficeꝛe: ſed tm̃mõ ptẽ q̃tũ ſpacii dẽs q mihi aderat optinet.

Huc Hippias ſuam uiſionem interpretabatur euaſiſſe. Athe-
niẽſibus apud Herculis phanum iſtructis ſuperuenẽ auxilio
platæenſes omni cum populo: qui ſeſe athenienſibus dedi-
derant: & pro quibus frequentes iam labores ſuſceperant.
Athenienſes: dediderant autem ſeſe hoc modo: cui a thebãis
premerentur platæenſes: primum Cleomeni Anaxandridæ
qui interuenerat: atque lacedæmoniis ſeſe dediderunt: a
quibus tamen recepti non ſunt hac oratione utentibus a no-
bis qui procul habitamus frigidum quoddam fuerit uobis
auxilium. Nam priuſq̃ noſtram quiſq̃ audiret: poſſitis oc u-
pati ab hoſtibus ſæpe expugnari. Suademus autem ut uos
ipſos athenienſibus dedatis uicinis pariter & ad tutandum
non inualidis. Hoc lacedæmonii non tam conſulebant
platæenſibus q̃ eis bene uellent: q̃ q̃ optarent athenienſes
defatigari boetio bello. Id ſuadentibus lacedæmonijs non
aduertati platæenſes aditis athenienſibus dum rem diui-
nam duodecim diis faciunt: eis ad aram ſuppliciter ſedẽ-
tes ſeſe dediderunt: aduerſus quos thebani re audita ex-
ercitum duxerunt. In eorumque auxilium athenienſes ue-
nerunt. Sed dum conſerturi prælium eſſent corinthii haud
contemnendam ſibi rem putantes ad eos reconciliandos
interuenere: atque utrorunque permiſſu regionem hunc in
modum terminarunt: ut thebani eos boetios qui nollent
inter boetios cenſeri ſinerent facere quod uellent. Hoc ubi
decreuere corinthii abſceſſere. Abſcedentes quoque athe-
nienſes aggreſſi thebani ſunt: commiſſaque pugna repulſi.
Vnde athenienſes tranſgreſſi quos corinthii ſtatuerant
terminos aſopum fecerunt limitem thebanis. Ergo platæ-
enſes athenienſibus ſeſe cum dedidiſſent: ad marathonem
tunc auxilio uenerunt. Erant autem in athenienſium du-
cibus ancipites ſententiæ aliis uetantibus fieri prælium.
Pauciores enim ſe eſſe q̃ ut cum medis confligerent: aliis
quorum erat Miltiades ad pugnandum hortantibus.
Itaque tum eſſent bifariæ ſententiæ: & deterior uince-
ret: ibi Miltiades Callimachum aphidnæum adiit: tunc

forte polemarchum ideſt belli principem : qui magiſtratus p ſuffragia electus in dãda faba hoc eſt ĩ declarãda ſententia undecimus eſt . Nam quondam athenienſes in dicenda ſententia parem ducibus faciebant polemarchum . Ad hunc Miltiades in te inquit nunc Callimache ſitum eſt . Vtrum in ſeruitutem athenæ redigantur : an tu eas liberãdo memoriam tui ĩ omne æuum relinquas : qualem ne Harmodius quidem atq; Ariſtogiton reliquerunt . Nam athenienſes nunc in maximum omnium ex quo nati ſunt uenere diſcrimen : qui ſi medis ſuccumbant palam eſt quæ paſſuri ſint traditi Hippiæ. Sin autem ſuperent poterit hæc ciuitas urbium græciæ effici prima . Quo autem pacto hæc fieri poſſint & quomõ ad te harum rerum arbitrum redeat nũc exponam . Noſtræ qui duces ſumus bifariæ ſunt ſententiæ de prælio cõmittendo : aliis id ſuadẽtibus aliis diſſuadentibus . Qui niſi prælium committimus uereor ne magna exiſtat ſeditio : quæ mentes horum ſollicitet ad ſentiendum cum medis . Si pugnamus anteq̃ aliud uitii ĩ nonnullis ſubeat : poſſumus diis æquis cũ uictoria diſcedere . Hæc omnia ad te tendunt : & abs te dependent : qui ſi meæ ſentẽtiæ acceſſeris : erit & tibi patria libera & ciuitas omnium græcarum princeps . Sin acceſſeris ſentẽtiæ diſſuadẽtiũ pugnã : eorũ quæ recenſui bonorũ tibi contraria exiſtent . Hæc dicens Miltiades Callimachum induxit . Ita accedẽte ſentẽtia polemarchi obtẽtũ ẽ ut cõfligeret . Poſt hæc ii duces quorũ ſentẽtia de cõfligẽdo fuerat : ut cuiuſq; dies ĩperitandi uenerat : uicẽ ſuã Miltiadæ dabat : quã ille accipiẽs non tamen prius decertandum putauit : q̃ dies imperii ſui aduenit . Itaque ubi uices eius fuere : tunc athenienſes hunc in modum inſtructi ſunt ad confligendum : dextro cornu præerat Callimachus polemarchus . Ita enim lex apud athenienſes tunc poſtulabat ut polemarchus dextrum cornu teneret . Hoc duce ſequebantur deinceps cæteræ tribus ut quæque ordine erat . Nouiſſimi ſunt collocati platæenſes iidem ſiniſtrum cornu tenentes . Quo factum eſt ut ab huius pugnæ tempore quotiens athenienſes ferunt hoſtias

apud panagyrias ideſt publicos cõuentus quæ quinto quoq; anno fiunt athenienſis præco conceptis uerbis precetur bona athenienſibus pariter & platæenſibus. Igitur athenienſium acies tunc apud marathonem inſtructa icçirco ſic erat q̃ aciẽ medicam imitabatur: ſed ĩ medio paucis conferta ordinibus: ideoq; illic debilior: utroq; autem in cornu confertior: quæ poſteaq̃ ita inſtructa eſt: ac ſacrificium litatum eſſe athenienſes audiere: tunc curſũ in barbaros tendunt. Erat autem ĩter utrãq; aciem non minus octo ſtadiorum intercapedinis. Quos curſu ferri in ſe uidentes perſæ aptabant ſe tanq̃ illos excepturi inſaniæ dantes id q̃ cernerent curſu tendere cum pauci eſſent non equitatu non ſagittis fretos. Hoc ita barbari interpretabantur. Athenienſes poſteaq̃ conferti conflixere cum barbaris: pugnam memoratu dignam edebant. Quippe primi omnium græcorum quos ipſi nouimus curſu in hoſtem uſi ſunt: primi ſuſtinuerunt cernere medica ueſte indutos: cum ante hac uel audire nomen medorum græcis terror fuiſſet. In marathone cum diu pugnatum eſſet: barbari circa mediam aciem uicerunt: ubi perſæ ſtabant & dacæ: eamque perrumpentes hoſtem in mediterranea perſequebantur. At in utroque cornu uicere athenienſes: platæenſesque: ac barbaris qui terga dederant: fugere permiſſis contrahunt cornua: & cum iis qui mediam ipſorum aciem præfregerant dimicantes ſuperãt fugientes perſas urgent: cæduntque: donec ad mare peruenientes petito igne naues corripuere. Quo in certamine Callimachus Polemarchus interficitur egregia nauata opera. Occubuit quoque e ducibus Steſileus Thraſyli: & Cynægirus Euphorionis: dum ſummam puppim apprehendit abſciſa bipenni manu cecidit. Nec nõ alii athenienſes multi & clari. Septẽ quidẽ naues optinuerũt athenienſes hoc mõ cæteris barbari retractis: receptaq; præda eretrienſi ex ĩſula ubi reliq̃rãt circũuecti ſũt aĩo præuertẽdi. Athenienſes ad urbẽ abeũtes cæterũ athenienſes ab Alcmæonidis ĩſimulati ſũt q̃ uidelicet ex cõpoſito perſis adhuc apud inſulã agẽtibus ſcutũ oſtẽderit:

Dum illi funium circumuehuntur: athenienſes e ueſtigio abeuntes celerrime ad ferendam urbi opem properauerunt. Barbaroſque eodem tendentes præuerterũt progreſſi ex Herculis templo: quod eſt in cynoſargi caſtra poſuerunt. Barbari ſuperato claſſe phalero (hic enim athenienſium naualia tunc erant) ſuper eum locum aliquandiu propter tempeſtatem morati rurſus in aſiam abierunt: quorum in hac pugna apud marathonem geſta occubuere circiter ſex milia & tricenti. Athenienſium uero centum nonaginta duo. Tot ex utriſque cecidere. In qua pugna hæc res mira contigit. Vt athenienſis quidam Epizelus Cuphagoræ dum ſtante acie pugnat ſtrennue luminibus caperetur: neque ſaucius ulla parte corporis neque ictus: atque ita cæcus in reliquum uitæ tempus permanſit. Quem audiui dicere ſolitum de ſua clade uiſum ſibi eſſe ante ſe ſtare uirum quendam armatum procero corpore: cuius mentum omnem clipeum umbraret: & hanc laruam ipſum prætergreſſam: ſed ſe illum qui ſibi aſſiſteret occidiſſe. Hæc Epizelum ſolitum commemorare audiui. Datis in aſiam cum claſſe rediens ubi myconem tenuit: uidit in ſomnis uiſum. Id tamen quod fuerit non traditur. Vbi primum dies illuxit: naues rimatus eſt. Compertoque in naui phœnicea ſimulacro Apollinis inaurato ſciſcitatus eſt quo e templo ſublatum eſſet: & ubi audiuit ex quo templo nauigans ſua naui in delum (iam enim delii in inſulam redierant) ibi ſimulacrum in templo depoſuit. Præcepitque deliis ut illud in delum thebanorum referrẽt: quod eſt ſupra mare e regione chalcidis. Hoc ubi præcepit Datis uela illinc fecit. Delii tamen hanc ſtatuam non reportauerunt: ſed uiceſimo poſt anno eam thebani ex oraculo in delium contulerunt. Datis & Artaphernes poſteaq̃ in aſiam nauigauere: captiuos eretrienſes ſuſa perduxere. Quos Darius rex & ſi in eos ante captiuitatem uultum contraxerat acerbitatis q̃ ſe priores iniuria laceſſiſſent: tamen ut in cõſpectũ ſuũ adductos uidit ac ſibi ſubiectos: nullo alio malo

affecit: ſed in ſuo ciſſiæ regionis ſtagno collocauit. Cui nomen arderieca ducentis ac decem ſtadiis procul a ſuſis: quadraginta a puteo: qui exhibet trifarias rerum ſpecies. Nam ex eo aſphaltum ideſt bitumen: & ſalem: & oleum hauriunt ad hunc modum. Hauritur quidem oelonio ideſt inſtrumento ciconia: pro ſitula autem dimidiato utre ad ciconiam alligato: quo in puteum decuſſo: quicquid hauritur mox in ciſternam diffunditur: atque hic alio effuſum triplici uarietate concreſcit. In aſphaltū quidem & ſalem protinus: hoc autem oleum perſæ rhadinacan appellant atrum ac grauiter olens. Hoc loci rex Darius locauit eretrienſes: quem ad meam uſque memoriam tenuere ſeruantes priſtinam linguam. Quod ad eretrienſes attinet ita habet. Poſt plenilunium duo milia lacedæmoniorum athenas uenerunt tanta feſtinatione adipiſcendi hoſtem: ut triduo q̄ ex ſparta diſceſſere in atticam peruenerint. & licet ſerius ad pugnam ueniſſent: tamen intuendi medos cupidi ad illos intuendos in marathonem perrexerunt: Quibus uiſis laudatiſque athenienſibus ob præclarum facinus rurſus redierunt. Tenet admiratio me nec rationem inire poſſum Alcmæonidas unq̄ perſis ex compoſito oſtentaſſe parmam: q̄ uellent athenienſes barbaris atque Hippiæ ſubeſſe: Quippe quos conſtat in habendis odio tyrannis uehemētiores q̄ ſimiliores fuiſſe Calliæ Phænippi qui fuit pater Hipponici. Nam Callias cum alia omnia ī Piſiſtratum inimiciſſime commentus eſt: tum uero ſolus athenienſium omnium illius athenis eiecti cum publice ſub præcone uenderentur bona emere auſus eſt. Huius Calliæ mentionem crebro plerique omnes habere debent cum ob ea quæ dicta ſunt ut uiri ſummope re patriam liberantis: tum ob hæc quæ in olympia fecit. Nam & in equorum curſu palmam optinuit: & in quadrigario fuit ſecundus: & in ludis pythiis cum primas optinuiſſet in uniuerſos græcos ſumptuoſiſſimus extitit: tum ob id qualem ſe in filias ſuas quæ tres fuerunt exhibuit. Nā

poſteaq̃ nubiles extitere :hoc eis magnificẽtiſſimum munus ẽ gratificatus : ut quem ſibi unaquæque uellet ex omnibus athenienſibus eum deligeret : atque ita eam illi nuptum dedit. At Alcmæonidæ aut perinde aut nihil minus q̃ Callias peroſi tyrannos fuere. Quo maior me admiratio ſubit minuſque admitto criminationem eos parmam perſis oſtentaſſe: qui per omne tempus tyrannos effugerunt: & quorum aſtutia piſiſtratidæ tyrannidem reliquerunt : atque ita multomagis athenarum liberatores extiterunt meo iudicio: q̃ Harmodius & Ariſtogitõ. Illi enim Hipparcho interempto non tam cæteros piſiſtratidas ab affectanda tyrannide repreſſerunt : q̃ ad illam irritauerunt . Alcmæonidæ autem proculdubio athenas liberauerunt : ſi modo ipſi fuere qui Pythiam perſuaſere ad lacedæmonios commonefaciendos ut athenas liberarent : quemadmodum ſuperius a me commemoratum eſt . At enim aliquid forſitan ſuccenſentes athenienſi populo patriam prodiderunt . Immo nulli erant eis inter athenienſes uiri illuſtriores neque qui magis eſſent honorati . Neque uero ſermo optinuit clipeum ab his eſſe oſtentatum : ſed tantummodo fuiſſe oſtentatum ꝙ nihil eſt q̃ ſi id demum diceretur oſtenſus quidem eſt : ſed a quo oſtenſus incertum . Quanq̃ Alcmæonidæ iampridem extiterant athenis clari ſane utique ab Alcmæone atque etiam Megacle . Etenim Alcmæon Megaclis filius iis lydis qui ſardibus a Crœſo delphos ad oraculum ierant adminiſtrum ſe præbuit : eoſque comiter accepit : Cuius beneficentiam Crœſus a lydis quos ad oraculum miſerat cum audiſſet hominem accerſiit : & ubi aduenit : eum donauit tanto auro quanto ſemel corpore ſuo ferre poſſet . Ad iſtam doni conditionem Alcmæon hanc aſtutiam attulit . Pergrandem tunicam amictus ingenti in ea ſinu relicto cothurniſque quos laxiſſimos repperit calceatus ad theſaurũ perrexit ad quem ducebatur : Ibi in aceruũ raṁtoꝝ procũbens primũ cothurnos qbus erat indutus auro q̃tum ferebant referſit . Deinde omnẽ ſinũ ſuũ atq; ẽt crines

rametis ſubigẽs & parte in os deſũpta e theſauro proceſſit ægre trahens cothurnos cui uis alteri rei q̃ homini ſimilis: cuiuſ os turgidum eſſet & omnia onuſta. Id cernens Crœſus in cachinnumq; e erumpens ea omnia illi donauit: nec minora his alia dona dedit. Ita domus hæc uehemẽter locupletata eſt: & Alcmæon quadriiugos equos alens uicit olympia. Sed eam deinde ſecunda ætate Cliſthenes ſicyonis tyrannus ſuſtulit ut multo magis q̃ prius iter græcos celeber extiterit. Erat enim Cliſtheni Ariſtonymi filio Myronis nepoti Andrei pronepoti filia nomine Agariſta: quam pater deſtinabat nuptum dare ei quem præſtantiſſimum græcorum omnium comperiſſet. Cum igitur ludi olympia celebrarentur: & ex eis Cliſthenes curriculo quadrigali uictor extitiſſet: nunciari iuſſit uoce præconis ut quiſquis ſeſe dignum putaret qui Cliſthenis gener eſſet: Is ad ſexageſimum diem aut prius ſicyone præſto foret: quoniam Cliſthenes intra annũ a ſexageſimo die incepturum exequi nuptias deſtinaſſet. Itaque omnes græci aut ſua ipſorum aut familiæ claritate ſibi confidentes eo proci contenderunt: quibus Cliſthenes & curriculum & palæſtram ad certãdum præparauerat. Ex italia illuc ſe contulit Smindyrides Hippocratis ſybarita. Florebat autẽ maxime ſybaris ea tempeſtate: qui unus uir in plurimum delitiarum proceſſerat: & Siritanus Damaſus Anyris filius eius qui ſapiẽs appellabatur. Et hi quidem ab italia uenerũt. Ab Ionio autem ſinu Amphĩneſtrus Epiſtrophi epidamnius. Aetolus uero Meges germanus Titermi illius qui græcos robore fuerat ſupergreſſus: & in extrema ætoliæ homines fugerat. E peloponneſo Leocides Phidonis argiorum tyranni filius eius inq̃ Phidonis qui ſpacia peloponnenſibus ſtatuit longe omnium græcorum inſolentiſſimus: qui ſummotis helienſium agonothetis id eſt munerariis ipſe agonotheta extitit in olympia: id eſt certamen: premiumque propoſuit. Nec non Amiantus Lycurgi arcas ex trapezunte. & Laphanes Azenus ex urbe pæo filius Euphoriõis eius q(ut ĩ arcadia fert fama)ĩ domũ ſuã excepit Caſtorẽ

& Pollucem: & ob id in omnes homines hoſpitalis: & Heleus Aegæi uir præclarus: Iſti ex ipſa pelopõneſo uenerũt. Ex athẽiẽſibus autem Megacles Alcmæõis eius filius qui ad Crœſum ſe contulerat: & alter Hippoclides Tiſandri diuitiis ac forma inter athenienſes præcipuus: Ex eretria quæ per id tempus florebat: Lyſanias ſolus hic ab euboia: E theſſalia ex icopacleis Diactorides Crannonius: Ex moloſſis Alcon. Tot proci fuere qui cum ad diem præſtitutam affuiſſẽt: Cliſthenes ante omnia patriam ſingulorum: familiamq; percontatur. Deinde eos annum apud ſe detinens explorauit uniuſcuiuſque & uirilitatem & iracũdiam & eruditionem & mores: nunc cum ſingulis nunc cum uniuerſis congreſſus: & iuniores in gymnaſia educens præcipue tamen in conuiuiis experiebatur. Quam diu enim eos apud ſe tenuit hoc facere ac magnifice accipere. Sed ei iter procos præcipue cordi erãt athenienſes: & illorum magis Hippoclidem Tiſandri ſtrẽnuũ eſſe iudicabat: cum præſertim eius maiores Cypſelidis corinthiis propinqui fuiſſent. Cum autem deſtinatus nuptiis dies illuxit: quo ipſe Cliſthenes edixerat iudicaturũ ſe quem ex omnibus deligeret mactatis centum bobus in conuiuium tum ipſos procos: tum omnes ſicyonios accepit. Poſtea uero q̃ cœnatum eſt: proci certamen de muſica habere cœperunt pariter & de oratione habenda in medium procedente potatione. Hippoclides cum longe alios antecederet iuſſit tibicen ſibi canere eumelian id eſt ſedatum quoddam ſaltationis genus. Tibicine obſequente ſaltauit ſibi quidem placens: Sed Cliſthenes omnem rem cernens: diſſimulabat. Poſt hæc aliquantulum interquieſcens Hippoclides iuſſit aliquam ſibi inferri menſam: Qua illata primum ſuper eam laconicos ſaltitauit modulos: Mox alios atticos: Tertio ſuper menſam capite ſtatuto cruribus ueluti brachiis modulabatur. Ad cuius primam ac ſecundam ſaltationem & ſi ſtomachabatur Cliſthenes tam impudentem ſibi generum fieri: tamen ſeſe continebat nolẽs in eum erumpere. At ubi uidit cruribus ueluti nauibus geſticulãtẽ:

Iam ſe ultra continere non ſuſtinens inquit fili Tiſandri de/ ſaltaſti matrimonium .Cui excipiens ille ait : Non eſt iſtud curæ hippoclidæ. Vnde prouerbium factum eſt. Nō eſt iſtud curæ hippoclidæ. Tunc Cliſthenes ſilentio impoſito ī mediū hæc protulit .Viri proci meæ filiæ uos equidē omnes laudo: uobiſq; omībus ſi fieri poſſet gratificarer. neq; unum e uobis præcipuum probans :neq; cæteros improbans . Verum fieri non poteſt ut de unica uirgine deliberans omnium uoto ſa/ tiſfaciat. Itaq; ſingulis ueſtrum qui cōpotes huius matrimo/ nii nō eſtis tāq̄ dignos meæ filiæ nuptiis: q̄q; domo peregre abfuiſtis: ſingula argenti talenta dono do. Megacli autē Al/ cmæonis filio meam filiam Agariſtiam deſpondeo ritu athe/ nienſium: Annuēte cōditiōi Megacle nuptiæ apud Cliſthenē celebratæ ſunt . Hactenus quæ iudicandis procis geſta ſunt, Ex Hippocrate uero alius Megacles & alia Agariſtia: ab Aga/ riſtia Cliſthenis nomen habens: Quæ nupta Xāthippo Ari/ phronis cum prægnās eſſet :uiſa eſt ſibi ī ſomnis parere leo/ nem :paucoſq; poſt dies peperit Xanthippo Periclem .Mil/ tiades cum antea probatus apud athenienſes: tum uero poſt/ rem bene geſtam ī marathone maioribus incremētis auctus: petiit ab atheniēſibus ſeptuaginta naues cum propugnato/ ribus :& pecunia non promēs eis cui regioni bellum eſſet il/ laturus: ſed tantummodo ſe illos locupletaturū: ſi ſe ſeque/ rentur. Ad eam enim regionem ſe illos ducturum unde affa/ tim aurum nullo negocio reportarent. His uerbis athenien/ ſes erectis animis naues ut petierāt tradiderūt .Quibus Mil/ tiades acceptis ī parō nauigat per ſpeciem ulciſcendæ īiuriæ quam intulerant parii q̄ triremi in marathonem una cum p/ ſis ueniſſent. Hoc colore orationis utebatur: cum autem in/ fēſus eſſet pariis ob Lyſagoram Tiſei generē parium: qui ipſū apud Hidarnem perſā accuſauerat. Eo poſtq̄ peruenit Mil/ tiades parios ītra mœnia coactos obſedit: miſſoq; caduceā/ tore popoſcit cētum talenta negans ſi ea ſibi non darent ſe prius illinc abducturum copias q̄ eos euertiſſet . Parii non ut quicq̄ pecuniæ Miltiadi dēt cogitāt: ſed ut cuſtodiāt urbē

excogitant cum alia loca interſepientes: tum maxime unde ea oppugnari poterat: adeo ut noctu laborantes murum duplo q̄ olim fuerat excitarint. Hactenus græci de hac re cõmemoranda conſentiunt. Deinceps geſta ipſi parii referunt hũc in modum. Miltiades cum inops conſilii eſſet adiſſe: atque allocutum fuiſſe mulierem captiuam genere pariam: nomine Timum: quæ eſſet īdigenarum deorum adminiſtra. Hanc cum in conſpectum uenisſet cõſilium ei dediſſe: ſi magnificaret paron capere exequeretur quæ a ſe præciperentur. Eius deīde præceptis auditis Miltiadem acceſſiſſe ad maceriã quandam ante urbem qua maceria ſepitur templum Cereris legiferæ: eamq; quia fores aperire non poterat tranſiliiſſe: & illã tranſgreſſũ ſolariũ aſcendiſſe ad aliquid ītus faciẽdũ: ſiue ad mouẽdũ aliq̄d quod moueri nefas ẽ: ſiue ad aliquid quodcũq; ſit agẽdũ. & cum pro foribus eſſet ſubeũte horrore præoccupatum eadẽ uia reuertiſſe: deq; maceria deſilientẽ femur cõuulſiſſe. Alii in genua procidiſſe aiũt. Ita Miltiades male habens domum remeauit: neq; pecuniã atheniẽſibus portãs: neq; paro parta urbe tantum perſex & uiginti dies obſeſſa & agro populato. Parii cognito q̄ miniſtra deorum Timo Miltiadem admonuiſſet: uolẽtes ob id de ea ſupplicium ſumeř: Poſtq̄ obſideri deſierint delphos miſerũt ſciſcitatum nunq̄d miniſtram deorum condemnarent: quæ rationem capiendæ patriæ hoſtibus detexiſſet: quæq; Miltiadi expoſuiſſet ſacra quæ ad uirilem ſexum efferri nefas eſſet. Id Pythia fieri non permiſit negans Timum earum rerum eſſe auctorem: ſed quia Miltiadæ non bene obeũdum eſſet: ideo ei ducẽ malo⁊ appariuiſſe. Hæc pariis Pythia reſpondit. Miltiadem e paro reuerſum cũ alii athenienſes in ore habebant: tum præcipue Xanthippus Ariphonis qui eum apud populum accuſauit: q̄ athenienſes circumſcripſiſſet. Cui accuſationi Miltiades nõ p ſe ipſe reſpondit (neq; enim poterat) Quippe qui putreſcente femore iaceret in lecto: ſed pro eo amici ſui allegantes cum alia multa & lemnum expugnatã: quam ultus pelaſgos athenienſibus tradidiſſet: Tum uero pugnam in marathõe

geſtā: Interuētu tam populi ne capitis dānaretur qnquagīta talentis culpa mulctata eſt. Poſt hæc Miltiades diſſoluto atq; marceſcēte fœmore deceſſit. Quinquaginta autem talēta Cimon filius exoluit. Porro lemnum Miltiades hunc in modum optinuerat. Pelaſgi poſteaq̄ ex attica ab atheniēſibus exacti ſunt ſiue iure ſiue iniuria(nam de hoc nihil habeo præter relata)quia Hecatæus Egeſandri in ſermonibus ait iniuria. Athenienſes enim cū uiderent regionem quæ erat ſub hymneſſo :quam illis habitādā dederant mercede muri circa arcem procedendi bene excultam : quæ prius mala fuiſſet & a nemine accipi digna :liuoſ captos fuiſſe & libidine terræ potiundæ : & ita illinc exegiſſe illos nulla alia re in excuſationē allata. Vt autem athenienſes aiunt iure eiecti : quippe cum eſſent ſub hymneſſo habitātes illinc prodiſ ſolitos hāc iniuriam intuliſſe quotiens filiæ ac filii athenienſium ad nouem fontes aquatum pergerent (nulla dum enim aut ullis græcis per id tempus mancipia erant) pelaſgos eis per contumeliam & contemptum uim attuliſſe : neq; hoc feciſſe contentos ad extremum manifeſto deprehenſos de inuadendis athenienſibus cōſilia agitaſſe. Se uero adeo meliores q̄ illi fuerāt uitos fuiſſe : ut cum haberent facultatem interimendi eos quos ſibi inſidiatos deprehendiſſent: tamē noluerint :ſed eis præceperint ut e regione excederent:atq; ita illos ſolum uertētes: tum alia loca tum uero lemnum optinuiſſe. Illa Hecatæus: hæc athenienſes aiunt. At pelaſgi hanc athenienſium iniuriā ulciſcendi auidi :ii qui lemnum incolebant gnari quando dies feſti athenienſium celebrarentur biremibus inſtructis inſidias manipulatim collocarunt uxoribus athenienſium diē feſtum Dianæ apud bauronem agentibus: Permultiſq; illaꝫ illinc raptis abierunt & in lemnum delatas pro cōcubinis habuerunt. Hæ fœminæ poſteaq̄ filiis abundauere lingua eos attica ac moribus athenienſium imbuerunt. Et illi conſuetudinē cū pelaſgidum filiis habere abnuebāt :& ſi quis e ſuis ab illorum ullo uapularet :cuncti auxilio aderant: & mutuo ſeſe tutabāt ac dignos ſe qui aliis pueris dominarēt exiſtimabāt:

atq; adeo longe prævalebant. Qua re animaduersa pelasgi inter se collocuti sunt: considerantesq; rem esse indignam atq; inter se dicebant: si nunc dum pueri sunt dignoscũt si bi opitulari aduersus filios uxorum legitimarum: quas uirgines duximus: & eis continuo præesse conantur: quidnam facient in uirilem adulti ætatem? Itaq; cum id eis altius insedisset: placitũ ẽ ut eos filios e matribus atticis susceptos necarent. His necatis addunt & cædes matrum. Ex hoc facinoꝝ & illo superioꝝ fœminarum quæ uiros suos una cum Thoãte interemerũt usu receptũ est per græciam ut teterrima quæq; facinora lemnia appellentur. Pelasgi cum eis post necem liberorum atq; uxorũ neq; tellus fructum redderet neq; uxoꝝs neq; pecua ut prius gignerent pariter fame & liberorum orbitate uexati delphos miserunt petitum aliquod laxamentum præsentium malorum. Iussi a Pythia pœnas athenienſibus quas illi uellent pendere athenas iere: pollicitiq; sunt daturos se pœnas illis omnis iniuriæ. Athenienses stratis in curiatoris q̃ poterant splendidissime appositaq; mensa omnium bonorum refertissima iusserunt pelasgos ita se habentem regionem sibi traderẽt. Tunc pelasgi excipiẽtes dixere si nauis uento aquilone atq; uno die nos e uestra regionem in nostram peruehet: Ita demum uos quod petitis trademus. Hoc dixere q̃ scirent fieri non posse. Nam attica multo magis ad austrum uergit q̃ lemnus. Hæc hactenus. Tũc compluribus deinde interiectis annis ubi chersonnesus quæ est in hellespontο athenienſium ditionis fuit: Miltiades Cimonis uenas etesiis perflantibus ex eleunte: quæ est in chersonneso soluẽs in lemnum delatus est: præcepitq; pelasgis ut ex insula excederent: redigens eis in memoriam oraculum quod nunq̃ illi expletũ iri speraſſent. Quorum hephæstienses quidẽ obtẽperauerunt: Alyrrinæi autẽ nõ agnoscentes chersõnesũ esse atticã tandiu obsessi sunt: donec in deditionem uenerũt. Ita lemno potiti sunt athenienses atq; Miltiades.

Herodoti Halicarnasei Historiarum Liber Septimus.

Ostea q̄ nuncius pugnæ ad regem Da/
rium Hystaspis filium allatus ē ad ma/
rathonem gestæ : cum antea uehemen/
ter infensus esset ille athenienſibus q̄
ſardis inuasissent : lōge infensior factus
est :ac propensior ad bellum græciæ in/
ferendum : missisque continuo nuncijs
ad ciuitates edixit ut singulæ multoq̄ antea maiores copias
nec nō naues nauigia equos rem frumentariam compararēt.
His nuncijs asia triennium exagitata est. Vbi cum delectus
agitur optimi cuiusque aduersus græciam militaturi : & ap/
paratui opera dabatur . Quarto anno ægyptii qui fuerant a
Cambyse subacti defecer a pſis. Quo magis aduersus utroſq;
Darius expeditionem sumere properabat : ægyptios atque
athenienſes . Dum hæc comparat interea ingens inter eius
liberos de principatu exorta dissensio est : quoniā ex instituto
persarum oportebat ita demum ire in expeditionem cum re/
gni successorem declarasset . Erant autem Dario iam anteq̄
regnaret liberi tres e prior uxor Gobryis filia susceptī:& post
partum regnum alij quatuor ex Atossa Cyri filia. Superiorū
maximus natu erat Artabazanes :posteriorum Xerxes : Qui
cum ex eadem matre non essent disceptabant . Artabazanes
quidem q̄ omnis paternæ sobolis ipse maximus natu foret:
cum apud uniuersos homīes sic institutum ut maximus na/
tu liberorum optineat principatū . Xerxes uero q̄ ipse Atos/
sa genitus esset filia Cyri qui persis libertatem acquisisset.
Dario nondum ferente sententiam aderat forte Demaratus
Aristonis :qui per id tempus altercationis spartano regno
exutus ac lacedæmone profugus susa ascenderat . Hic uir
audita liberorum Darii controuersia adiit (ut fama fert) u)
Xerxem : admonuitque ut ad cætera quæ Procle dicebat hoc
adderet se quidem genitum e Dario iam rege : & persarum i/
perium optinente. Artabazanem uero e Dario cum erat pri/
uatus . Proinde neq; æquum neq; iustum esse alium quem/
piā potiusq̄ se illam dignationem adipisci:qm̄ spartæ quoq;

ſic uſurparetur: ut ſicui anteq̃ regnet filii naſcantur: deide regi iam alius: huius poſtea nati ſucceſſio regni ſit. Hac a Demarato ſubiecta ratione utentem Xerxem tanq̃ iuſte dicentem: Darius regem declarauit: q̃q̃ etiam citra præceptum Demarati Xerxes (ut mea fert opinio) regnauiſſet. Quippe cũ ois potẽtia penes Atoſſã eſſet. Declarato Darius Xerxe rege cum conaret rebus apparatis exire in expeditionem a tero a defectione ægyptiorum anno ſupremum diem obiit ſex & triginta annis regni expletis haud compos uoti ut ægyptios & athenienſes ulciſceretur. Eius morte regnum ad Xerxem filium deuenit: qui ab initio nequaq̃ animatus erat ad bellu græciæ inferendum: ſed ægypto. Cæterum Mardonius conſobrinus ſuus Gobryis & ſororis Darii filius eum adiens his uerbis eſt allocutus. Domine haud decorum eſt athenienſes tam male iam de perſis meritos non dare pœnas eorum quæ perpetrauerunt. Tu uero quod in manibus habes perfice. tam ubi ægyptum quæ dignitati tuæ iniuria fecit domueris: ſume aduerſus athenas expeditionem ut & bene de te loquat homines: & poſthac abſtineat alius a bello tibi inferendo. Et hæc quidem erat ratio ultionis exigendæ. Illa autem rationis acceſſio europam eſſe regionem admodum ſpecioſam: omniaq; genera felicium arborum ferentem: ac ſummæ bonitatis & dignam quæ a ſolo inter mortales rege poſſideatur. Hæc Mardonius dicebat ut iuuenis ac nouarum rerum cupidus imperiique græciæ pro rege adminiſtrandi quod etiam regi perſuaſit conditione temporum adiutus. Nam ad alia ut rex ad hoc faciendum induceretur: adiumento fuere primum e theſſalia nuncii ab alebadeis ad regem inuocandum aduerſus græciam ſe enim omne obſequium præſtituros. Alebadæ autem iſti erant theſſaliæ reges. Deinde ii piſiſtratidæ qui ſuſa aſcenderant: qui cum eadem uerba habuerunt quæ alebadæ: tum uero prætendebant Onomacritum quendam athenienſem quem ſecum habebant ſortilegum & Muſæi ſocium ediſſertatorem. Aſcenderant autem cum eo reuerſi in græciam. Nam Onomacritus ab

Hipparcho Piſiſtrati athenis fuerat electus : q̄ per laſum Hermionis manifeſto deprehenſus fuiſſet inter Muſæi ſoꝛtes hanc etiam inſeruiſſe fore ut inſulæ lemno adiacẽtes mari ſubmergerentur: ob id Hipparchus hominẽ eiecerat cum familiariſſime illo antea uteretur:& tunc cum eodem ut in cõſpectum regis ueniret aſcẽderat.Deq; eo honorifice cum aliis Piſiſtratidis loquebatur .Onomacritus ſi quæ ſortes cladem barbaro nunciabant earum nullam recitauit . Itaque accedẽte hoc ſortilego & piſiſtratidarum & alebadarum ſuaſionibus Xerxes ad inferendum græciæ bellum eſt inductus . Sed altero a morte Darii anno primam expeditionem fecit aduerſus ægyptios qui rebellauerant : quos ſubactos & in arctiorem q̄ ſub Dario fuerant ſeruitutem redactos tradidit gubernandos Achæmeni fratri ſuo Darii filio : quem præſidem ægypti interiecto deinde tempore interemit Inarus Pſãmieticchi uir pœnus . Xerxes recepta ægypto proditurus aduerſus athenas exercitum:præſtantiſſimos quoſque perſarum ĩ concilium uocauit:ut & illorum ſententias audiret: & ipſe diceret quæ liberet : Quibus coactis ita locutus eſt .

u Iri perſæ equidem ego non ero huius inſtituti auctor: ſed ab aliis traditi imitator . Nam quemadmodum a maioribus natu accipio ex quo imperium hoc a medis eripuimus Aſtyage per Cyrum amoto nunq̄ conquieuimus : ſed ita deus agit & multa nobis ſibi obſequentibus in melius confert : atque ea quidem quæ Cyrus Cambyſeſque ac pater meus fecere & quas gentes imperio addidere non attinet referre apud probe ſcientes . Ego poſteaq̄ hanc ſedem accepi : dedi operam ne ab iis qui hoc honore ſunt functi degenerarem : neue minus potentiæ perſis acquirerem. Quod animo uerſans inuenio nobis acceſſuram gloriam pariter ac honorem : & regionem neque inferiorem neque deteriorem ea quam recuperauimus : ſed feraciorem una cũ ultione iniuriæ atque uindicta . Ideoque nunc ego uos contraxi ut id quod agere conſtitui uobis exponerem . Conſtituo iuncto helleſponto copias per europam traducere in

græciam ut athenienſium ulciſcar iniurias: quas cum per-
ſis aliis: tum patri meo intulere. Noratis autem & Dari-
um aduerſus hos uiros bellum mouere deſtinaſſe. Verum
ei morte præuento non contigit ut illos ulciſceretur. Ego
uero eius uicem aliorumque perſarum ulciſcens non prius
deſinam q̃ expugnauero incenderoque athenas: cuius ciues
& me & patrem meum priores iniuria affecerunt. Semel
cum ſardis una cum Ariſtagora mileſio ſeruo noſtro ueni-
entes cremauerunt lucoſque ac delubra. Iterum in nos quid
fecerunt terram ſuam ingreſſos cum Datis & Artaphernes
duces fuere omnes ſcitis. Harum gratia rerum iritor ad in-
ferendum eis bellum: quos atque ipſorum finitimos regio-
nem Pelopis phrygis incolentes: ſi in poteſtatem redegeri-
mus tot bona futura eſſe ratiocinãdo compero. Terram
perſidem ætheri Iouis cõterminam reddemus. Nullam enim
regionem ſpectabit Sol finitimam noſtræ: ſed ego omnem
permenſus europam una uobiſcum cunctas regiones in unã
redigam. Nam ita rem habere audio nullam reliquam eſ-
ſe hominum neque ciuitatem neque gentem quæ nobiſcum
dimicare poſſit. Ita ſubactis his quos dixi & qui nos laceſ-
ſierunt iugum ſeruile ſuſtinebunt. In quo ſi mihi uos gra-
tificari uolueritis: Ibi tempus uobis indicauero quo uos præ-
ſto eſſe oportet: tunc unuſquiſque debebit impigre adeſſe.
Quorum qui ornnatiſſimis cum copiis aderit: eum donabo
his quæ in noſtra domo precioſiſſima habentur. Et hæc qui-
dem ita agenda ſunt. Sed ne ſolus uideat in conſilio ſe-
tentiam dicere rem pono in medio: Iubens unicuique
quanlibet ſententiam dicere. His dictis loquendi finem
fecit.

Oſt quem Mardonius domine inquit tu uero non
modo ſuperioribus perſis: ſed etiam uenturis es pra-
ſtantior: qui cum alia & optima & ueriſſima cõmemoras:
Tum uero q̃ Iones qui europam incolunt non ſinis ha-
bere ludibrio nos minus q̃ ipſi ſunt ludibrio dignos. Eteni
res indigna eſt: ſi ſacas & indos & æthiopes & aſſyrios

aliaſque multas ac grandes nationes quæ nihil perſas læſe-
re : tamen potentiæ prolatandæ gratia in prouincias rede-
gimus : Græcos qui nos laceſcere iniuria inceperunt non ul-
ciſcemur ? Quidnam metuentes quas illorum copias quam
pecuniarum uim ? Eorum pugnam nouimus : Eorum nouí-
mus uires eẽ ibecillas: Eoꝝ quos ſubegimus liberos penes nos
habemus : hos qui domi noſtræ habitantes : Iones & æoles
& dores appellantur. Quos ipſe quoque expertus ſum dum
eis iuſſu patris tui intuli bellum : dum que in macedoniam
uſque proceſſiſſem & pene uſq; ad ipſas athenas nemo mihi
pugnaturus occurrit. Et ſane conſueuere græci ut audio i-
conſultiſſime inire bella propter imperitiam ac ſiniſtenta-
tem. Nam cum bellum inter eos indictum eſt in locum quẽ
pulcherrimum planiſſimumque inuenere deſcendentes ibi
prælia faciunt. Ita ut magno cum ſuo malo uictores inde
diſcedant. De uictis ne longius repetam ad internitionem
deueniunt. Quos oportebat cum ſint eiuſdem linguæ in-
terpoſitis caduceatoribus ac nunciis tollere controuerſias : &
omnia alia potius agere q̃ pugnare : Aut ſi neceſſe habent
inter ſe omnino pugnare : locum aliquem inuenire utriſque
difficillimum & ibi fortunam belli tentare. Hoc itaque ritu
haud probo utentes græci nunq̃ mecum uerbis egerunt de
dimicando cum macedonia tenus promouiſſem. Tibi au-
tem rex quis obuiam uenturus eſt bellandi cauſa copias aſiæ
atque omnem claſſem agenti ? Non eo audaciæ procedent
ut reor græcorum res. Quod ſi me fallit opinio & illi ue-
cordia elati ad pugnandum nobiſcum uenient : diſcãt nos
eſſe in re bellica præſtantiſſimos hominum. Nihil igitur
ſit quod non experiamur. Nam ſua ſponte nihil fit : ſed
omnia ab experimento hominibus fieri conſuerunt. His
Mardonius ſententiæ Xerxis aſſentatus loqui ceſſauit.
Tum ſilentibus aliis perſis nec diuerſam ei quæ dicta eſ-
ſent ſententiam dicere audentibus : Artabanus Hyſtaſpis
filius Xerxis patruus uir circumſpectus ita inquit.

r Ex niſi diuerſæ inter ſe ſententiæ dicantur : non põt

quis eligere meliorem: ſed neceſſe habet ea quæ dicta eſt uti. At cum plures dictæ ſunt: licet tanq̃ aug̃ purũ deligere quod per ſe diſcern cum nequeat: cõparatum cũ altero diſcerni poteſt. Ego patri tuo Dario eidemq; fratri meo ſuadebam ne ſumeret aduerſus ſcythas expeditionem uiros nulla uſq̃ oppida incolentes. Sed ille ſperãs ſcythas nomades ſe ſubacturum mihi non aſſenſus. Itaq; ſumpta expeditione multis & egregiis uiris de exercitu amiſſis abſceſſit. Tu uero rex bellũ ĩterre deſtinas uiris multo q̃ ſcythæ ſũt præſtãtioribus: qq; & mari & terra optimi eſſe dicuntur. Quibus in rebus quid durum ſit: hoc me tibi iuſtum eſt promere: iuncto pontibus helleſpõto ais te copias per europam in græciam deductũg: atq; eos conuenit aut in terra aut in mari aut utrobiq; abs te ſuperari. Siquidem feruntur uiri eſſe fortes. Cuius rei licet hinc argumentum capi. Si tot copias ductu Datis & Artaphernis atticam regionem ingreſſas ſoli athenienſes profligauerunt: ergo non utraq; in parte ſucceſſit. Quod ſi iidem conſcenſis nauibus pugna nauali uictores ad helleſpontum nauigent: ac deinde pontem ſoluant: hoc durum fuerit rex. Neq; uero hoc ex mea unius priuata prudentia coniecto: ſed ex eo caſu quo aliquando parum affuit quĩ opprimeremur: cum pater tuus iuncto boſporo thracio: ac flumine iſtro põtibus commiſſo traiecit ad ſcythas: eum traiectum ſcythæ omnino inſtitere precari Iones quibus cuſtodia pontium delegata erat ut interſcinderẽt. Quo tempore ſi Hiſtiæus miletí tyrannus aliorum ſententiæ acceſſiſſet ac non cõtradixiſſet: actum erat de rebus perſarum res dictu quoque horribilis omnem regis ſtatum in uno uiro poſitum fuiſſe. Quare noli tu ullum tale adire diſcrimen nulla ſubſiſtente neceſſitate: ſed mihi potius obtempera. Hunc cœtum in præſes miſſum facito: iterumq; dum tibi uidebitur re apud te ipſũ conſiderata edicito quod optimum eſſe arbitraberis. Bene enim conſultare comperio maximum eſſe lucrum. Nam etiam ſi quid e contrario euenturum eſt: nihilo tamen minus bene conſultum eſt: ſuperauitque fortuna conſili-

um . At qui turpiter conſultauit : ſi ei fortuna obſecūdauit: ille eſt quidem uoti compos : nihilo tamen minus male conſilium cepit . Vides ut prægrandia animalia fulmine deus ferit : nec ſinit inſoleſcere : parua uero nihil lædit . Vides ut magna ſemper ædificia magnaſque arbores huiuſmodi fulminum tela percutiunt . Gaudet enim deus eminentiſſima quæque deprimere . Vnde & ingens exercitus ab exiguo profligatur quotiens deus his quibus inuidet aut metum incutit aut tonitrum . Propterea quidam ſecus ac dignitas ſua poſtulabat in calamitatem inciderunt : quia deus neminem alium q̄ ſeipſum ſinit magnifice de ſe ſentire . Omnis res properando parit errores : Vnde magna detrimēta fieri aſſolent . In cuntando autem bona inſunt : ſi non talia quæ ſtatim uideantur eſſe bona : certe quæ ſuo tempore bona quis eſſe comperiat ? Et hoc quidem tibi rex ſuadeo . Tu uero Gobryis fili Mardoni deſine loqui ſtulta de græcis haud dignis qui male audiant . Nam græcis detrahendo ipſum regem uis excitare ad bellum illis inferendū: Ad quod tu omni auiditate contendis : quod abſit ut fiat detractio . Nanque importuniſſima res eſt : in qua duo ſunt qui iniuriam faciunt . Vnus cui iniuria fit : qui enim detrahit iniurius eſt: ꝙ non præſentem accuſat . Item qui huic credit iniurius eſt : ꝙ prius credit q̄ rem compertam habeat : & illi cui abſenti detrahitur ob id ſit iniuria ꝙ ab altero inſimulatur ut malus ab altero talis putatur . Quod ſi omnino bellum his uiris inferre oportet : agedum rex ipſe permaneat domi apud perſas : noſtrum amborum liberi deponā tur : tu in expeditionem ito: delectis quos uelis uiris ac quātiſcunque copiis : & ſi ex ſententia tua res ſuccedent regi : interimantur liberi mei & inſuper ego . ſin ſuccedent (ut ego dico) interimantur tui : & inſuper tu ſi redieris . Quod ſi hāc ſubire conditionem recuſas cupiſque in græciam prorſus deducere exercitum : affirmo fore ut aliqui eorum qui hic relinquentur audiant Mardonium poſt allatam perſis magnam aliquam calamitatem a canibus uolucribuſque diſcer-

pi:aut in athenienſium ſolo aut in lacedæmõiorum:niſi forte antea inter uiam tunc agniturum aduerſus quales uiros ſuades regi ut moueat bellum. Hæc Artabano locuto Xerxes ira percitus his uerbis excepit.

a Rtabane q̃ patris mei frater es hoc te ſubleuat ne dignam ſtulte orationem mercedem recipias. hac tamẽ te notabo ignominia quia inſtrennuus es & ignauus: ne comes ſis meæ in græciam expeditionis: ſed hic una cum fœminis maneas. Ego etiam ſine te quæ dixi conficiam. Neque enim fuerim Darii qui fuit Hyſtaſpis: qui fuit Aramnis: qui fuit Ariaramnis: qui fuit Tiſpei: qui Cyri: qui fuit Cambyſis: qui fuit Achæmenis filius: niſi athenienſes ultus fuero probe intelligens ſi nos quieuerimus non quieturos illos: ſed noſtram cum exercitu inuaſuros prout colligere licet ex iis: quæ illi facere cœperunt: qui & ſardis incenderunt: & aſiam incurſarunt. Itaque neutris ſatis eſt feceſſiſſe: utriſque propoſitum eſt certamen & agendi & patiendi: ut aut hæc omnia ſub græcis: aut illa omnia ſub perſis ſint. Medium enim inimiciciarum nullũ eſt. Quare honeſtum erit nos iam iniuria laceſſitos exigere ultionem ut quam calamitatem paſſurus ſum intelligam profectus aduerſus eos uiros: quos etiam Pelops phryx noſtrorũ maiorum ſeruus ita ſubegit: ut ad hoc uſque tempus & ipſi homines & eorum regio ab illius qui ſubegit cognomine appellentur. Hæc hactenus locutus eſt. Deinde ſub ueſperum cum fuiſſet ſtomachatus Artabani ſentẽtia per noctem apud ſe conſultans comperit prorſus nõ eſſe ſibi opus inferre græciæ bellũ ĩmutataq; rurſus ſentẽtia cum obdormiſſet uiſus eſt in ſomnis ut fertur a perſis uidere quẽdam corpore ingẽti atq; ſpecioſo: qui ſibi aſtans diceret. Reuocaſti ne ſententiã perſa de inferendo græciæ bello: cum prædixeris perſis te cõparatũ eẽ exercitũ: neq; ſi reuocaueris eam bñ facis. neq; q̃ tibi aſſentiatur adeſt. Quare pge ire eã uiã quã interdiu ire deſtinaueras. Hæc locutus ille uiſus ẽ Xerxi ab aſpectu euanuiſſe. Vbi dies illuxit huius inſõnii nulla rõe habita coacto eorũdẽ

perſarũ quos pridie coegerat concilio Xerxes ita uerba fecit.

u Iri pſæ ueniã mihi date dicẽti cõtrariã ſupiori ſnĩam.

Nã & ego nõdũ ad ſũmũ quo pueniẽdũ e mihi prudẽtiæ puẽi: & q ut illud faciãt ſuadẽt nullo unq̃ a me tẽpoꝛ abſcedũt. Eoq; mihi Artabãi ſnĩam audiẽti cõfeſtĩ iuuentus efferbuit ut uerba ĩ uiꝝ grãdẽ natu effũderẽ petulãtiora q̃ debui. Nũc itaq; agnoſcẽs erratũ meũ utar illius ſnĩa & qm̃ reuocaui expeditõis ſumẽdæ ſnĩam uos qeti eſtote. Hæc ubi audiere pſæ lætitia affecti regẽ adoraueꝛ. Inſequẽti nocte idem rurſus ĩſõniũ qeſcẽti Xerxi aſſiſtẽs ĩqt Fili Darii uideris expeditionẽ apud perſas reuocaſſe uerbis meis ꝓ nihilo habitis quaſi illa a nemĩe audiſſes. Hoc igiꝛ nũc bñ ĩtellige niſi ex tẽplo inis expeditionẽ: hoc tibi ex ea re cõtĩget quẽadmodũ bre ui magnus & ãplus effectus es: ita breui rurſus humilis eris. Hoc uiſo ꝓterrefactus e cubili exiliit pariter & nũciũ miſit ad accerſẽdũ Artabanũ. Qui ubi aduẽit ita ad eũ inqt. Artabane ego ſtatĩ cũ in te bñ cõſulẽtẽ mihi ſtultis uerbis ĩuectus ſũ ñ fui cõpos m̃tis. Sed nõ multo poſt pœnitẽs cognoui id mihi eſſe faciẽdũ: quod tu præcipiebas. Tñ id uolẽs exeq nõ poſſũ. Nã mihi iã aĩo ĩmutato & prioris ſnĩæ pœnitẽti apparuit in ſõnis uiſio diſſuadẽs oĩo hoc quod poſterius faceꝛ cõſtituerã: qn ẽt nũc ĩterpoſitis minis abſceſſit. Quod ſi deus ẽ q ĩſõniũ miſit: eiq; ꝓrſus ẽ cordi expeditõem ſũi aduerſus græciã: cõtĩget hoc tibi id quod mihi ĩſõniũ itidẽ ut mihi præcipiẽs: quod ita fore cõiecto ſi oẽm meũ ornatũ ſumas: eoq; ĩdutus ĩ ſella mea cõſideas: & deinde ĩ cubili meo capias ſõnũ. Hæc locuto Xerxi Artabanus initio nolle obſeq atq; negaꝛ ſe dignũ q regio ĩ ſolio ſederet: tãdẽ cũ cogeteꝛ fecit ĩpata hæc prælocutus. Apud me rex tãtũdẽ ualet bñ ſẽtire ꝓ ſe: & alteri bonã dicẽti ſnĩam accedeꝛ: quæ ãbo tibi cũ aſſint maloꝝ tñ hominũ colloqa te deprauãt: quẽadmodũ maꝛ quod ẽ hominibus oĩum utiliſſimũ feꝛt ab ĩgruẽtibus uẽtoꝝ flatibus ñ ſini natura ſua uti. Ego uero cũ ex te male audiui: ñ tã meã dolui uicẽ q̃ tuã: q cum propoſitæ eſſent duæ ſnĩæ pſis: una quæ detrim̃tũ augeret: altera quæ tolleret dicẽs pnitioſũ eẽ ĩbui aĩum uſu plu-

ra ſemper expetendi. His propoſitis ſententiis tu elegiſti eam quæ & tibi ipſis & perſis ẽ periculoſior. Nunc autem cum ad te mutato in melius conſilio de ſumenda aduerſus græcos expeditione ais acceſſiſſe in ſomnum alicuius dei nutu quod te uetat dimittere exercitum, hoc non res diuina eſt fili. In ſomnia enim iſta ſunt quæ adeuntia homines fruſtrantur: quemadmodum ego te docebo multis q̃ tu annis natu grandior. Conſuerunt ipſa ſomniorum uiſa plerunque fruſtrari ob ea quæ quis per diem mente agitauit. Nos nudiuſtertius expeditionem hanc inter manus & quidem uehementer habuimus. Quod ſi hoc non eſt cuiuſmodi ego dico ſed aliquid diuini habens tu ipſe omnia in ſumma dixiſti. Appareat enim ut tibi ita & mihi eadem iubens. Verum mihi lo magis apparere mihi debebit tuum amictum gerenti: q̃ non gerenti: ſed meum neque magis quieſcenti in tuo toro q̃ non: ſed in meo: ſi etiam alias uult ſe exhibere. Neque eo ueſaniæ peruenit illud quicquid eſt quod ſeſe optulit in ſõnis ut me cernens putet eſſe te ducto e ueſtibus argumento. Id ſi me cõtemptui habebit profecto nec aſpectu ſuo dignabitur ſiue mea gerẽtem ueſtimẽta ſiue tua: ſed te adibit quod iam animaduertendũ eſt. Nam ſi frequentius acceſſerit: ipſe quoq; fatebor diuinam rem eſſe. Cæterum ſi ita tibi agẽdũ uidetur: neq; id reuocari poteſt: en ad cubandũ in tuo cubili pergo. Age mihi quoq; cum iſta perfecero appareat. Hac tãtũ conditione tuæ ſententiæ acquieſcam. Hæc locutus Artabanus q̃ ſperaret ea a Xerxe ſine ullis uerbis admiſſũ iri: iuſſa executus eſt. Et cum induta ſibi Xerxis ueſte regali ſolio reſediſſet: moxq; recubuiſſet: idẽ iſõniũ dormiẽtẽ adiit: quod Xerxẽ adierat: eiq; ſuper aſſiſtens ita inqt: Tu ne ille es q̃ feſtinãtẽ ire ĩ græciã Xerxes diſtines: tãq̃ eius curator. Tu neq; in futurũ neq; in præſens cõſideras: q̃ diſſuades id quod ẽ fatale contingere. Quid autem Xerxem pati neceſſe ẽ niſi dicto audiẽs fuerit ei ipſi demõſtratũ ẽ. His uerbis Artabano uiſus eſt ille uir in ſomnis minitari: cãdentibuſque ferramentis conari oculos ipſi eruere. Qua de re uehementer exclamans

Artabanus exiliit: aditoque Xerxi obſeruatam ſibi in ſomnis uiſionem expoſuit: Secundoque loco hæc inquit. Equidem rex ego ueluti homo q̃ multa iam uideram & magna negocia ſub heſſonibus contigiſſe: non ſinebam te oĩ ætati indulgere gnarus rẽ eſſe malã multa cõcupiſcẽ: memoria tenẽs quomodo cum exercitu Cyri contra maſſagetas actum eſt: quomodo cum exercitu Cambyſis contra æthiopes: qui etiã cum Dario militaui aduerſus ſcythas. Hæc ſciẽs ego ſentiebã te ſi qeſcẽs omnium hominum beatiſſimum. Sed quoniam dæmonius quidam inſtinctus eſt: & græcos clades quædam ut uidetur miſſa diuinitus manet: ego quoque cedo ac ſentẽtiam muto. Tu uero quæ diuinitus miſſa ſunt indicato pſis: iubetoque iis quæ ad apparatum pertinentia ante præcepteras operam dent. Hoc agito ne quid tuorum deo tribuente deſit. His dictis & ſublatis uiſione animis ubi dies exitit ibi confeſtim Xerxes hæc perſis exponit: Artabano quem conſtabat prius ſolum omnium id fuiſſe dehortatum tunc exhortante. Poſt hæc ineunti expeditionem Xerxi tertium in ſomnis uiſum oblatum eſt: quod magi auditum coniecturunt ad uniuerſam terram pertinere: portendereque omnes homines Xerxi ſeruituros. Viſum autem tale erat. Videbatur ſibi Xerxes ſurculo oleagino coronatus eſſe. Cuius oleæ ramis uniuerſa tellus occuparetur: & mox corona capiti circundata euaneſcere. Hæc magis interpretatis ſine mora perſæ qui in concilio fuerant ad ſuam quiſque præfecturam digreſſi omni ſtudio incubuerunt ad exequenda iuſſa cupidi dona quæ propoſita fuerant optinendi. Xerxes ita copias ſuas contraxit ut omnem continentis locum ſcrutaretur: Siquidem a debellata ægypto per totum quadrienniũ comparauit exercitum atque eius apparatum quinto anno ineunte mouit cum ingenti copiarum manu. Nam omnium quos nouimus exercituum hic multo maximus extitit: adeo ut ad eum nihil fuiſſe uideatur aut ille darianus qui aduerſus ſcythas ductus eſt: aut ille ſcythicus qui cimmerios inſequens medicam regionem inuaſit: ac

pene omnia ſuperiora aſiæ ſubegit ac tenuit: quo nomine Darius poſtea ſcythas iuit ultum iut ille (uerſa fert) atri-dæ aduerſus Ilium: aut ille ante troicum bellum myſorum teucrorumque: qui per boſporum in europam tranſgreſſus omnes thraces in ditionem ſuam redegit: ad Ioniumq; pontum deſcendens ad peneum uſque amnem quod meridiem uergit proceſſit. Neque illi omnes exercitus neque alii iis adiecti cum uno hoc comparari merentur. Quis enim non attulit ad Xerxem ex aſia copias quæ aqua præter ingentes amnes putando non defecit? Alii nanque naues præſtabant: aliis ut peditatum: aliis ut equitatum: aliis ut nauigia aduectãdos equos eorum qui una militabant: aliis ut naues longas in uſum pontium præſtarent: Iniunctum erat aliis ut frumentum & naues: Quæ triennio ſuperiore præparata erant præcipue propter athon: ut in quo ſuperior claſſis dũ circumuehitur afflictata eſt: ad eleuntem enim cheſonneſi claſſis habebat ſtationem. Illincque omnes copiæ ſub uerberibus cœperunt athon effodere per uices aliis ſuccedentibus: adiuuantibus etiam in effodiendo accolis præpoſitis operi Bubare Megabazi: & Artache Artachis uiris perſis. Eſt autem athos mons ingens ac nobilis ad mare pertingens: Ab hac parte hominibus cultus ad continentem deſinens in ſpecie cheſonneſi ideſt peninſulæ cum iſthmo duodecim ſtadiorum. Hæc planicies atq; tumuli e mari acanthiorum ad mare quod eſt contra toronẽ non ſunt magni. In hoc Iſthmo ubi athos finitur ſita eſt urbs græca nomine ſana. Quæ autem extra ſanam & intra athon ſitæ ſunt urbes: eas tunc perſes ex cõtinenti inſulanas facere aggreſſus ẽ. quæ hæ ſunt dion: olophyxus: acrothoon: thyſſus: cleone. Hæ ſunt urbes quæ apud athon incoluntur. hunc in locum barbari locũ nationati effodiebant recto limite iuxta ſanam. Poſteaq; depreſſa erat foſſa ab iis qui imo fodiebãt: alii humũ effoſſã aſſidue tradebãt aliis ſup ſcalas ſtãtibus: & iſti excipiẽtes tradebãt deiceps aliis dũ ad ſummos perueniebatur: qui illam efferebãt: atq; abiiciebant. Qua in re tumuli effoſſi duplicem laborem illis

præterq̃ phœnicibus præbebant. Nam cum eandem facerent foſſæ menſuram ſuperius in ore: q̃ infernus in fundo: id neceſſe fuit contingere. At phœnices cum aliis in rebus: tum uero in illo prudentiam ſuam declarauerunt: qui partem quæ ſibi contigerat ita excauauerunt ut os foſſæ duplum eſſet q̃ ipſam foſſam eſſe oportebat: procedenteque opere aſſidue illam coartarent: & cum ad imum deuentum eſſet: foſſa cæterorum partibus adæquaretur. Eſt aũt hoc loco pratũ quoddã: ubi illios erat & mercatus & prætorium: quo multũ etiam ex aſia frumenti moliti comportabatur. Hanc foliã Xerxes (ut ego coniectura colligo) iactantiæ gratia deprimi iuſſit potentiæ oſtentandæ cupidus ac memoriæ relinquendæ. Nam cũ liceret nullo negocio naues per Iſthmum trãſportare: iuſſit Iſthmum intercidi ad mare recipiendum in foſſam tantæ latitudinis ut duæ triremes pariter illac agitari poſſent. Eiſdem imperatum eſt ut foſſam facerent quibus fuerat ut flum̃ ſtrymona pontibus iungerẽt. Iſta Xerxes hũc in modum fecit. Comparauit item ad pontum armaturam ſtirpi atque albilini copiam dato hoc phœnicibus atq; ægyptiis negocio ut commeatum exercitui comportarent: ne homines neue iumenta quæ ducebantur in græciam abſumerentur. Sed admonitus iuſſit illum in loca quæ cuiq; opportuniſſima eſſent alius alia uia comportaret undique ex aſia nauibus onerariis & uecturis. Verum plurimi cõportarunt in oram quæ dicitur album littus: ut quibuſq; præceptum erat. Alii in tyrodizam perinthiorum oram: alii in doriſcum: alii in eiona quæ eſt ſuper ſtrymonem: alii in macedoniam. Dum iſti in imperato ſibi traiectu occupantur: interea Xerxes coactis omnibus pedeſtribus copiis iter ingreſſus eſt ſardis uerſus mouens ex critallis cappadociæ. Illic enim edictum erat ut cunctæ copiæ cogerentur: quæ per contineniem erant cum Xerxe ituræ. In quibus quiſnam præfectorum agmen pulcherrime inſtructum ducens ab rege donatus ẽ propoſito premio affirmaſſe poſſũ qa nec a pricipio cũ res i iudiciũ deducta ẽ cognoui.

Poſteaq̃ tranſmiſſo flumine haly attigerunt phrygiam itinere per eam facto peruenerunt celænas: ubi fontes mæandri exiſtunt: & alterius amnis non minoris mæandro nomine catarractæ: qui ex ipſo foro celænarum exoriẽs influit in mæandrum: In qua urbe & in quo foro uiſitur ſuſpenſa Sileni Marſyæ pellis in utrem formata: quam a phrygibus fertur Apollo illi detractam ſuſpendiſſe. In hac urbe reſidens Pythius Atyis filius uir lydus omnem regis exercitum atque ipſum Xerxem magnificentiſſimo hoſpitio excepit: ſpoſpondítque ſe pecuniam ei in bellum ſuppeditaturum. Ob quam ſponſionem Xerxes eos qui aderant perſas interrogauit quiſnam eſſet Pythius & quantum poſſidens qui hoc polliceretur. Illi rex inquiunt hic ille eſt qui Darium patrem tuum aurea platano ac uite donauit: q̃ nunc omnium hominum diuitiis princeps eſt ſecundum te. Hæc ultima uerba Xerxes admiratus ſecũdo loco perconctatus eſt ipſe Pythium quantum pecuniarum: Cui ille. Neq̃ te inquit celabo rex neque diſſimulabo me ſcire meas ipſius facultates: ſed ſciens perinde exacte recenſebo. Etenim poſteaq̃ accepi celerri me te ad mare græcum eſſe deſcenſurum uolens tibi ad bellum pecuniam dono dare: ſubducta ratiõe comperi mihi eſſe argenti quidem duo milia talentorum: auri uero quadragies centena milia nũmum daricorum ſeptẽ milibus minus: quæ tibi dono do. Nam ipſi mihi uictus e mancipiis atque ex agricolis ſuppetit. Hæc Pythius. Quibus uerbis delectatus Xerxes hoſpes lyde inquit: Ego ex quo perſidem regionẽ egreſſus ſum: nemiem adhuc nactus: qui in exercitum meum hoſpitalitatem exercere uoluerit: Aut qui in conſpectum meum ueniens ſua ſponte pecuniam mihi ad bellum conferre præter te: qui & exercitum meum egregia hoſpitalitate proſecutus es: & ingentem pecuniam polliceris. Ob quæ uiciſſim ego te iis renumerandũ duco: hoſpitem meum te facio: & iſta quadragies centena milia nummũ meo ipſius explebo datis ſeptem milibus ne quadringentæ myriades id eſt quadragies centena milia ſint

imperfectæ: ſed addito e mẽis ſupplemẽto ſumma ſit ſolida. Quæq; poſſideas ipſe poſſideto: ac ſcito ſemper talem ageſ. Nam ita agentem te neq; in præſens neq; in poſterum pœnitebit. Hæc locutus & quæ dixerat executus perrexit aſſidue porro ire. prætergreſſuſq; urbem phrygiam nomine anaua & ſtagnum ex quo conficitur ſal peruenit coloſſas phrygiæ oppidum ubi lycus amnis hiatum terræ ſubiens occulitur. Deinde fere quinq; poſt ſtadia emergens elabitur & ipſe in mæandrum. Mouens e coloſſis exercitus uenit ad oppidum cydra: quod eſt in finibus phrygum ac lydorum: ubi cippus depactus atq; erectus a Crœſo eſt indicans litteris eos fines. Vbi e phrygia in lydiam uẽtum eſt ad diuortia uiarum quarum ſiniſtra in cariam fert: dextera ſardis: quam tenentibus neceſſe eſt prorſus mæandrum tranſire: urbemq; callatebum præterire: in qua ſũt opifices mellis e myrica & tritico cõficiendi. Hãc uiam tenens Xerxes comperit platanum quam ob pulchritudinem aureo monili donauit: eamq; tuendam uiro immortali delegauit. Et ad urbem lydorum altero die puẽit. Poſtq̃ ſardis aduenit principio caduceatores dimiſit in græciã petitum terram & aquam: editumq; ut cœnas regi inſtrueret ad omnes ciuitates præter athenas & lacedæmonem. Eorum autem cauſa mittebat petitum terram & aquã qui hæc antea Dario petenti non miſerant. Hos tunc perterritos omnino arbitrabatur. Id igitur uolens explorare caduceatores dimiſit. Secundum hæc ſeſe apparabat tanq̃ abydum profecturus cum interea ii quibus negocium hoc datum erat helleſpontum ex aſia in europam coniunxerant. Eſtautem cherſõneſi in helleſponto ſeſtum inter & abydum urbes ora ſalebroſa quæ in mare procurrit abydo tenus e regione. Vbi non longo poſt tempore ſub Xanthippo Arephronis athenienſium duce Artayctem uirum perſam ſeſti præfectum cepere uiuum: ſtipiticque ſuffecerunt: qui etiam in templum Proteſilai quod eſt in eleũte adductis fœminis nefanda perpetrabat. Ad hanc orã ex abydo iũgere põtem icohaueſ ii: q̃bus hoc munus erat delegatũ:

hinc phœnices albolino: illinc ægyptiis ſcirpo. Eſt autem ex abydo ad ulteriorē cōtinentem ſeptem ſtadiorum traiectus: quem pontibus uictum ingens adorta tempeſtas ea omnia dirupit atq; diſſoluit. Quod cum audiſſet Xerxes indigne ferens: iuſſit trecenta helleſpōto uerbera infligi: & in eius pelagus par compedum demitti. Iam audiui miſiſſe quoq; cū his etiam qui ſtigmata helleſpōto inurerent: certe mādauit ut colaphos helleſponto incuterent dicētes barbara uerba ac ueſana: O aqua amara dominus hāc tibi irrogat pœnam: q̄ eū læſiſti qui de te nihil male meritus erat. Te tamē rex Xerxes uelis nolisue trāſmittet. Meritoq; nemo hominum tibi ſacrificat ut doloſo pariter & amaro flumini. Hac pœna mar Xerxes plecti iuſſit: atq; eis qui præpoſiti operi erant caput præcidi: Et illos quidem pōtes fecerunt ii quibus hæc ingrata merces propoſita erat. At alii architecti qui alios fecerunt hoc modo iunxerunt biremes triremeſq; trecentas ſexaginta: Euxinum uerſus pontum compoſuere. Item ab altero latere trecentas quatuordecim ponto quidē tranſuerſas: helleſpōto autem ſecundum defluxum ut ſtabiliret funes armamētorū. prægrādes quoq; anchoras quas compoſuerant dimiſerunt: partim ab hoc latere contra pontū uentorum cauſa qui extrinſecus ſpirant: partim ab altero contra ueſperū & ægæum euri & auſtri cauſa relicto ad aurorā tribus in locis inter biremes tranſitu ut qui uellet in pōtū minutis nauigiis & extra pōtū nauigare poſſet. His actis contenderunt a terra armamenta contorquentes machinamētis ligneis non iā ſeparatī utraq; ſed bina ex albolino hinc: quaterna e ſcirpo illīc: quorū quidē retinaculorum craſſitudo hæc erat & ſpecies ſed proportione quæ e lino robuſtiora erāt: Cuius cubitus talēto appendebatur. Iuncto pontibus traiecti codices lignorum diſciſos & ad latitudinem ratis adæquatos apte inſtrauerunt ſuper armamenta intenta. Hos ubi gradatim diſpoſuerūt: tum uero rurſus deſuper inuexuerunt. Quod poſteaq̄ fecerē materiam attulerunt concinneq; impoſuerūt. Deinde ſuper materiam aggerē cōportarūt quo iniecto ſemp hīc atq; hinc

ne maris aſpectu iumenta & equi tererẽtur prætẽderunt. Perfectis his quæ ad pontes pertinent: & item circa athon aggeribus ad fauces foſſæ propter æſtuaria maris ne ipſæ fauces aluei abſtrueréť: Xerxes nũciato ſibi prorſus alueo abſoluto ſardibus ubi hybernauerat ineunte uere iſtructo cũ exercitu profectus eſt abydum uerſus: Cui mouẽti Sol ſuam in cælo ſedem relinquens apparere deſiit: cum nullæ nubes uerum ſereniſſimus aer eſſet: & pro die nox extitit. Id aĩmaduertẽti cura inceſſit perconctandi magos: quid oſtentum id uellet portendere. Illi reſpondẽt deum ſignificare græcis ciuitatũ defectionem q̃ dicerẽt Solem græcorum: Lunam ipſorum eé præſidem. Ea re audita Xerxes maiorem in modum lætatus ire pergebat. Quem procedentẽ adiens Pythius lydus cæleſti oſtento perterritus elato animo propter munera his uerbis allocutus eſt. Domine indulgebis ne quiddam quod impetrare cupio tibi leue conceſſu: ſed mihi pro magno futuꝝ? Xerxes nihil non potius illum q̃ quod petebat petiturum ratus ſe indulturum reſpondit & peteret proloqui iuſſit. Pythius ubi hoc audiuit ſumpta fiducia: Domine inquit quiq; mihi liberi ſunt quos omnes contingit in militiam tecũ ire aduerſus græciã. Horum uni tu quæſo rex miſertus mei qui huc proceſſi ætatis indulge militiæ uacationem ei qui natu ẽ maximus: ut & mei ipſius & cenſus curam gerat: quatuor tecum una ducas: ita cõfectis quæ in animo habes curſus reuertaris. Rex ob id admodũ indignatus his uerbis reſpõdit. Homo improbe tu ne cum ego ipſe in expeditiõem eam aduerſus græciam filioſq; meos & fratres & domeſticos & amicos ducam: auſus es mẽtionem filii tui facere: qui meus es ſeruus: quem oportebat cum omni familia & uxore me comitari? Probe nunc diſcito hoc animum in hominum habitare auribus. Qui bñ audit: eius corpus uoluptate perfũditᵉ: qui uero malevs exacerbatur. Tu itaq; cum bene feciſti: & alia eiuſdem generis promiſiſti non gloriaris te ſupergreſſu eſſe regem munificentia. Poſtea uero q̃ ad impudentiora conuerſus es: non tu quidem pro merito: ſed minora q̃

pro merito accipies. Nam te & quatuor liberos liberant tua munera. Vnius autem quem præcipue complecteris damno mulctabere. Hæc cum respondisset subito imperauit his q̃ bus delegatum est ista exequi ut maximum natu filiorum Pythii inuentum discinderent medium: eiusq; discissi dimidium ad dexteram uiæ & dimidium ad sinistram disponerēt: & illac transiret exercitus. Hoc illi ubi executi: illac exercitus pertransiuit. In quo præcedebant ii qui sarcinas portabant & impedimenta. Post hos omnigenarum gentium non distinctæ sed promiscuæ copiæ numero ultra dimidium exercitus. Post has intercedebat ĩteruallum neq; enim cum rege miscebantur: quarum principes erāt mille equites e persis omībus delecti. Secundum totidem hastati: & ii delecti ex omnibus uersis deorsum in terrā spiculis. Post hos equi decem q̃pulcherrime ornati q̃ nisæi dicuntur: ideo sic dicti q̃ est ingens medicæ regionis cāpus nomine nisæus q̃ grandes fert equos. Hos decem equos sequebatur sacer Iouis currus: quem octo equi albi trahebant pone auriga comitante: qui pedibus ingrediens habenas tenebat. Hanc enim sellam nemo mortaliū inscendit. Post quem ipse Xerxes uehebatur curru equorum nisæorum præcedente auriga: cui nomē erat Patiramphi Otanis filio uiri persæ. Hunc quidem in modum sardibus p̃cessit Xerxes: sed e curru quotiens ratio exigebat in essedum transcendebat. Eum sequebantur hastati persarum optimi ac nobilissimi mille e more pila gestantes. Post hos alius delectus equitatus mille persarum. Dehinc e cæteris persis decē milia peditum delecta: quorum mille in lanceis pro coronis gestabant mala punica argentea: gerebant item aurea & ii q̃ in terram uersus spectantia spicula habebant etiam mala ii q̃ Xerxem proxime sequebātur. Hæc decem milia ordine subsequebat equitatus decem milibus persarum: relicta post hos duorum stadiorum intercapedine: mox ibat cætera multitudo promiscua. Ita exercitus e lydia perrexit ad flumen caicum & regionem mysiam a caico autem a leua habēs montē canem per atarnem ad urbem carinam. Ab hac per campum

thebanum ad urbem atramytrum & antandrum pelasgidem prætergrediens & idã ad sinistram manum stringens ad terrã ilienſem peruenit : Cui primum sub ida noctem agenti tonitrua & fulgura ingruerũt:& complures ex eo exercitu exanimauerunt . Deinde ad scamandrum est uentum qui fluuiorum omnium primus ex quo iter e sardibus fieri cœptum est. Hunc profluentem sua aqua destituit:nec hominibus iumẽtisq; potantibus suffecit . Eo Xerxes postq̃ peruenit Priami pergamum ascendit loci uisendi cupidus . Quod ubi contẽplatus est:& singula quæq; eoꝝ audiuit:Mineruæ iliadi mille boues immolant : quarum libamine magi heroibus parentauerunt . His actis terror per noctem exercitum inuasit simul atq; illuxit illinc mouerunt a leua stringentes rhœtion urbẽ & ophrynion & dardanon:quæ abydo contermina est:a dextra gergitas & teucros. Vbi abydõ uenerunt Xerxi inceſſit cupido omnem exercitum oculis subiiciendi . Itaq; in prætorio quodã quod ei abideni prius ab illo iussi e candido lapide i tumulo regia pro dignitate extruxerant residens prospiciebat littus & illic terrestres copias atque classem: quam dum intuetur subiit eum cupiditas spectandi illius certamen. Id certamen postq̃ commissum est in quo sidonii uicer: uoluptatẽ Xerxes cepit cum certaminis :tum copiarum spectaculo . Et cum intueretur omnem hellespontum nauibus obductum omnia littora atq; abydenorum plana hominibus referta:ibi se beatum esse iactauit : & post hæc lachrymas fudit . Quod animaduertens Artabanus eius patruus qui libere sentiens dissuaserat bellum græciæ inferẽdum his uerbis interrogauit . Quã diuersa rex inter se nunc facis & dudum dixisti ; qui te beatum esse dixeras:nunc lachrymas fundis .Et ille reputanté me ĩquit q̃ breuis est omnis humana uita : subiit horum miseratio quorum cum tot sint: nemo ad centesimum annum supererit . Excipiens Artabanus atqui inquit alia q̃ istud est uiuendo miserabiliora patimur. Ita tam breui uita nullus hominum adeo felix extitit neque horum neque aliorum: cui non crebro nẽ dum semel subeat animo moriendi uoluntas

potiuſq̃ uiuendi. Nam incidentes calamitates & morbi uitam perturbant: efficiuntq; ut cum breuis ſit: tamen perlonga uideatur. Ita mors optatiſſimum eſt perfugium erumnoſæ uitæ: quã deus dulci guſtu aſpergẽs ob id inuidus fuiſſe deprehẽditur. Cui Xerxes Artabane inquit quoniam humanæ uitæ conditio talis eſt qualem tu exponis: eam cõmorari ſuperſedeamus: neque triſtum faciamus mentionem: cum iocunda in manibus habeamus. Hoc mihi potius ediſſere. Niſi tibi ita euidens inſomnii uiſio fuiſſet oblata perſtareſne adhuc in priore ſententia diſſuadens mihi aduerſus græciam bellum: an in ea perſiſteres? Agedum aperte hoc mihi dicito. Ei reſpondens Artabanus. Viſio inquit rex quæ ĩ ſomnis obiecta eſt: ad uotum ſuccedat amborum. Ego tamen adhuc metuo & adeo metu perculſus ſum ut non ſim apud me. Nam mecum reputans cum alia multa: tum uero duo & ea omnium maxima uideo tibi eſſe hoſtiliſſima. Ad hæc Xerxes dæmonie uirorum ĩquit quænã iſta ais mihi hoſtiliſſima eſſe? Vtrum horum tibi improbandum uidetur tanq̃ non ſatis copioſum? Terreſtris ne exercitus quaſi multo numeroſior ille græcus futurus eſſe uideat? an claſſis tãq̃ illorum claſſe inferior: an hæc ambo? Nam ſi ob hoc imbecilliores tibi uidentur noſtræ res celerrime alterum quis exercitum comparet? Reſpõdit Artabanus neq; hunc rex exercitũ improbauerit quiſq̃ qui ſit mentis compos: neq; hanc nauiũ multitudinem etiam ſi plures coegeris. Quæ autem duo dico eſſe tibi multo hoſtiliora: ea uero hæc ſunt terra & mare. Neq; enim uſq̃ maris portus eſt eiuſmodi ut ego coniecto q ſurgente tempeſtate ſit capax huius tuæ claſſis idoneuſque ad eam tutãdam: neq; uero unum tibi portum eſſe oportet: ſed uniuerſam continentem eſſe portum: quo ſe recipiant naues. Itaq; cum portus tibi opportuni deſint: intellige homines in arbitrio fortuitorium: non fortuita in arbitrio hominum e duobus uno expoſito pergam dicere alterum. Terra cum ob alia tibi hoſtilis ẽ: cum eo hoſtilior: ſi nihil obſtiterit quo longius proceſſeris aſſidue ulteriora ſurripiens. Nulla ẽ

hominibus rei bene gerendæ ſatietas. Vnde etiam ut nemo tibi occurrat dico regionem maiori in tempore maiorem fa/mem eſſe allaturam. At uir ita demum fuerit optimus ſi in deliberando quidem omnem rem quancunq; pati poſſet re/putans extimeſcit: In re autem agenda eſt audax. Cui Xer/xes Artabane inquit merito tu quidem horum ſingula com/memoraſti. Tamē non eſt ut omnia reformides: omniaque peræque conſideres. Nam ſi uelis in rei cōſultatione ſemper omnia perinde conſiderare: nunq̄ aliquid efficias. Satius eſt omnia alacriter aggredientem dimidium erumnarum pati: q̄ omni in re præſūpto metu nihil omnino pati. Quod ſi re/pugnādo omnibus quæ dicuntur nō uis committere ut quod firmum eſt infirmetur: perinde peccas atq; is qui contraria iſtis dicat. Et hoc æqualiter ſi habet. Scire uero aliquem cū ſit homo qua ratione quid firmum eſſe oporteat: nequaq̄ ar/bitror. At iis q̄ facerī quid uolunt conſueuit plerūq; ſuccederī emolumentum: raro autem iis qui penſant omnia & quos agere piget. Cernis quo res perſica potentiæ proceſſit: quo nunq̄ progreſſam uideres: ſi ii qui ante me extitere reges: iſtiuſmodi conſiliis quibus tu uſi fuiſſent: aut utentes iſtis ſententiis non alios ſuaſores tales habuiſſent: nunc pericula contemnentes tantopere ſtatum ſuum prouexere. Magna.n. negocia magnis cum periculis ſuſcipi uolunt. Quare nos il/lorum facta æmulantes optimo anni tempore ingredimur: ſubactaq; omni europa rurſus reuertemur: nullam uſq̄ neq; famem neq; rem triſtem paſſi. Nam & commeatus affatī ipſi nobiſcum portamus: & ad quancunq; uel regionem uel gētē ueniemus: eius re frumentaria potiemur. Nam aratoribus uiris non paſtoribus inferemus bellum. Poſt hæc Artabanus quandoquidem inquit non ſinis ullam rem formidari & ta/men mecum admittis conſilium: neceſſe eſt enim de multis negotiis in longius extrahi orationem. Cyrus Cambyſe geni/tus omnē præter athenas ioniam perſis tributariam reddidit. Quare ſuadeo ne quo pacto hos uiros aduerſus patres ſuos ducas. Nam ſine Ionibus ſatis ſuperq; ſufficimus hoſtem

ſuperare quos neceſſe eſt aut iniuſtiſſimos eſſe ſi metropolī ſuam in ſeruitutem redigant: aut iuſtiſſimos ſi illius libertatem adiuuent. Si iniuſtiſſimi erunt nullo modo certe nobis magno uſui futuri. Sin iuſtiſſimi magnam poterunt ſuo exercitu afferre perniciem. Itaq; hoc uetus dictum tanq̄ probum rex in mente habe: non ſtatim ab initio exitum omnē eſſe manifeſtum. Ad hæc excipiens Xerxes: Artabane inquit ſententiaꝫ quas dixiſti in hac præcipue falleris qui Iones metuis ne immutentur: quorum maximum habemus commilitium: quorum & tu teſtis es & alii qui ſub Dario aduerſus ſcythas militauerunt: cum in eorum eſſet poteſtate ſitū uniuerſas perſarum copias & perdere & ſeruare: fidem tamē iuſtitiamq; præſtitiſſe: nec quicq̄ nos læſiſſe. Præterea cum liberos ſuos atq; uxores in noſtra terra reliquerint: non eſt cauſa cur eos aliquid rerum nouarum moliri ſuſpicemur. Quare ne hoc quidem extimeſcas: ſed bonum habens animum tutare meam domum atq; tyrannidem. Tibi enim ſoli ego ſceptra mea permitto. Hæc locutus Xerxes Artabanum ſuſa dimiſit. Iterumq; illuſtriſſimos quoſq; perſarum accerſit: qui poſteaq̄ præſto fuere: his eos uerbis allocutus eſt. Perſæ ego uos quorum opera mihi opus eſt contraxi ut uiri præſtantes exiſtatis: neue res hactenus geſtas a perſis magnas præclaraſque delectetis: ſed cum ſinguli tum uniuerſi exhibeamus nos alacres: commune enim hoc omnibus bonum eſt ſtrennuos eſſe. Eaque de re uos cenſui præmonendos ad bellum conſtanter tolerandum. Nam ut ego audio aduerſus uiros egregios ten limus: quos ſi ſuperauerimus nullus unq̄ nobis alius exercitus obſtabit. Nunc igitur deos præſides terræ perſidis precati tranſeamus. Atque eodum quidem die ſeſe ad tranſeundum parauerunt. Poſtero autem tantiſper morati ſunt dum ſolem exorientem cernerēt omnifarios odores in pontibus congerentes ac myrto iter conſternentes. Vbi Sol exortus eſt ex aurea phiala Xerxes libans ī mar apud Solem uota concepit ne quid ſibi aduerſi contingeret: quo prius deſiſteret europam ſubigere: q̄ ad illius terminos per-

ueniſſet. Hac precatus phialam in helleſpontum abiecit; aureumque craterem ac gladium perſicum: quem acinacem uocant. Hoc pro comperto diiudicare non poſſum utrum Soli dedicans gladium demiſerit in pelagus: An helleſpontum ꝙ eum flagellaſſe pœniteret in compenſationem gladium donauerit. His actis per alterum pontium qui uergebat in pontum peditatus omnis equitatuſque tranſiuit: per alterum qui uergebat in ægæum iumenta atque ſeruitia præcedentibus decem milibus perſarum coronatis omnibus: quos promiſcuus omnium nationum ſequebatur exercitus. Et hi quidem eo die. In ſequenti autem primi tranſiere equites: quiq; ſpicula deorſum uerſa geſtabant: & ii etiam coronati. Dehinc equi ſacri ac ſacer currus. Tum ipſe Xerxes. Poſt haſtati & mille equites & præterea alius exercitus. Quin etiam naues pariter ad ulteriora littora agebantur. q̄q̄ hoc etiam audiui poſtremum omnium pertranſiſſe regem. Xerxes poſteaq̄ in europam traiecit: conſpicabatur exercitum ſub uiberibus tranſeuntem. Tranſiuit autem eius exercitus ſeptē per dies totidemque noctes nullo tempore intermiſſo. Ibi iam tranſgreſſo helleſpontum Xerxe: fertur quidam uir helleſpōtius dixiſſe: O Iuppiter quidnam tu ſub ſpecie uiri pſæ & accepto Xerxis pro Iouis nomine græciam e ſedibus ſuis exigere uis omnes homines ducens: cum etiam citra hoc tibi liceret facere id. Tranſgreſſis omnibus & iter ingredientibus ingens prodigium oblatum eſt: quod Xerxes nihili fecit: & ſi coniectura diſcutiendum. Siquidem equa leporem enixa ē: quod facile erat ad coniectandum. Fore enim ut Xerxes exercitum aduerſus græciam cum maximo ſtrepitu & ambitiſſiſſime duceret: rurſuſq; pro ſeipſo ſollicitus ad eūdem locū fuga recurreret. Alterum quoq; ei prodigium dum ſardibus foret exhibitum eſt. Mula enim mulum edidit ancipitia genitalia habētem maris & fœminæ ſed maris ſuperiora. Quorum prodigiorum utrunque pro nihilo habens ire pergebat comitantibus enim terreſtribus copiis nauticis extra helleſpontum nauigantibus ac terram legentibus: & e diuerſo

atq; terreſtres agentibus. Nam ipſi quidem ueſperum uerſus ad promõtorium Sarpedonis nauigabãt: quo cum peruenissent: iuſſi erant permanere. Illi uero ad aurorã & Solis exortum iter faciebãt per cherſonneſum dextrorſum habẽtes ſepulchrum Helles filiæ Athamantis ſiniſtrorſum cardiam urbem per medium oppidi: cui nomẽ eſt agora ideſt forum. Illinc deflectentibus ad ſinum nomine melana hoc eſt nigra: fluuius cui idem eſt nomen non ſuffecit: ſed alueum ſuum deſeruit. Hoc fluuio tranſmiſſo a quo ſinus hic cognominatur ad ueſperum uerſus contenderunt: ænon urbem æolidem & lacum ſtentoridem prætereuntes dum ad doriſcon peruentum eſt. Eſt autem doriſcus thraciæ littus pariter & campus ingens: quem grande flumen hebrus interfluit: ubi extructus eſt is murus qui doriſcus appellatur: cui impoſitum eſt perſarum præſidium a Dario iam indè cum ſcythis inferebat bellum. Cum igitur locus digerendis recenſendiſq; copiis idoneus ſibi uideretur: Xerxes ita ſibi faciendum putauit. Eius iuſſu nauarchi cum eo appuliſſent omnes naues ad littus doriſco contiguum receperunt: ubi ſala urbs ſamothracia & zona ſitæ ſunt: cuius ultimum promontorium ſerrium: qui locus quondam fuerat ciconum. In hoc littus appulſa claſſe ac ſubducta qui in ea ſubducenda laborauerãt reſpirauere. Per hoc tempus apud doriſcum Xerxes luſtrabat exercitum. Equidem quantum ſinguli attulerint copiarum pro certo affirmare non poſſum: quoniam a nullis prorſus hominibus id refertur. Conſtat autem terreſtrium copiarum numerum fuiſſe centum ſeptuaginta myriades: id eſt decies ſepties cẽtena milia: quorum numerum hoc modo inierunt: contraxerunt unum in locum myriadem quæ ſunt decem milia hominum: qua coartata q̃ maxime potuerant circulum extrinſecus deſcripſerunt loco circumſcripto: emiſſaq; illinc myriade ſepem circundederunt: Eatenus exiſtantes ut umbilico tenus pertingeret. Eam ubi fecere aliam ſubinde atq; aliam myriadem introduxerunt: donec omnes connumerauerunt. Cõnumeratos autem nationatim diggeſ-

ſerunt . Ex quibus qui militabant hi erant perſæ hunc in modum ornati circa capita geſtabant pilea : quos uocant tiaras impenetrabilia : circa corpus tunicas uariis ſquammis e ferro conſertas in ſimilitudinem piſcium . Femoralia circa crura pro clipeis gerra ideſt cetra pharetris ſupter pendentibus . Haſtas breues : arcus grandes : ſagittas arundineas . Ad dextrum femur pugiones e balteo ſuſpenſos . Hi ducem habebant Otanem patrem Amaſtris : quæ erat uxor Xerxis . Vocabantur autem quondam perſæ a græcis cephenes: a ſe uero ipſis atque ab accolis artæi . Verum poſteaq̃ Perſeus Danaes & Iouis filius ad Cepheum Beli filium commeauit : & Andromedam eius filiam duxit uxorem : tulit ex ea filium: quem Perſen appellauit : eumque illic reliquit : a quo(nam Cepheus carebat uirili prole)cognomen ſortiti ſũt perſæ . Medi eodem ornatu inſtructi militabant . Nam hæc armatura medica eſt : non perſica . Habebant autem ducem Tigranem Achæmenidem . Ii quondam ab omnibus uocabantur arii : ſed ubi ad eos conceſſit ex athenis Medea colchis : immutauerunt & ipſi nomen: ita de ſeipſis medi commemorant . Ciſſii in militia cætero ornatu & perſæ ſunt armati : ſed pro pileis mitras ferunt . Eis dux erat Anaphanes Otanis filius . Hircani quoque perſica armatura ornati ducem habebant Megapanum :qui poſtea babylonis procurator fuit . Aſſyrii qui militabant hunc habebant ornatum ferreas in capitibus galeas barbarico quodam modo conſertas non facile penetrabiles : Clipeos: haſtas : pugiones ægyptiaticis aſſimiles : & præterea ligneas clauas ferro inductas ac lineos thoraces . Iſti a græcis ſyri uocabantur :ſed a barbaris aſſyrii ſunt uocati . Inter quos chaldæi ſunt . Iis præerat Hotaſpes Artachæi bactrii capitis ornatu ĩ acie ſimillimo illi medico muniti erãt: ſed moſ gentis arundineis arcubus & haſtis breuibus . Sacæ qui ſcythæ ſunt criſtatas in capitibus caſſides geſtabant in acutum erectas:atque compactiles: induti femoralibus nec non arcus gentiles atque pugiones : ad hoc dolabras ac bipennes . Hos cum ſint ſcythæ amyrgii ſacas

appellabant: q; cunctos ſcythas perſæ ſacas appellant. Bactriis & ſacis præerat Hyſtaſpes Darii filius: & Aſſyrios Cyri filiæ. Indi ueſtiti erant amictu e lignis confecto: arcus arundineos geſtabant: Itemq; arundineas ſagittas ferro præfixas. Ita inſtructi indi erant ſub duce Pharnazatre Artabatis filio. Arii medicis arcubus muniti erant cæteri quemadmodum bactrii. Iis præerat Siſamnes Hydarnis filius. Parthi & choraſmii & ſogdi: & ſandaurii: & dadicæ eandem in acie quam bactrii armaturam geſtabant. Quorum parthis & choraſmiis præerat Artabaſus Pharnacis: Sogdis Arianes artæi: Sandauriis & dadicis Artybius Artabani filius. Caſpii piſyrnis: quod eſt genus penulæ iduti: arcus gentili more arundineos geſtabant & acinaces: ducem ſui agminis habentes Ariomardum Artybii germanum. Sarangæ indumenta geſtantes uerſicoloria decori erant: Caligaſq; genuum tenus extẽtas arma habebant arcus lanceaſq; medicas duce Pherendate Megabazi filio. Pactyes & ipſi piſyrnas ferebãt & uernaculos arcus atq; pugiones: quorum dux erat Artayctes Itramytis filius. Vtii & myci & paricanii eodem quo pactyes armati erant. Sub his ducibus utii quidem & myci ſub Arſamene Darii. Paricanii uero ſub Siromitre Oebazi filio. Arabes ſuccincti erant ziras amiculi genus arcus recuruos habileſq; geſtabant. Aethiopes pardorum pellibus leonumq; amicti arcus e palmarum ſpathis factos gerebant quatuor nõ minus cubitis longos & itẽ prælongas ex arundine ſagittas pro ferro præfixas eo lapide acuminato & clauas præferratas. Ii cum eſſent in pugnam dimidiatum corpus gypſo dimidiatum minio illinũt. Arabũ æthiopumq; q trans ægyptum ĩcolũt: dux erat Arſanes Darii filius: & Artyſtõæ Cyri filiæ quã Darius ex uxoribus maxime adamans: cum talari ex auro tunica effinxit. Arſanes quidem æthiopibus qui ſunt trans ægyptum atq; arabibus præerat. Ii autem æthiopes qui ſunt ab ortu ſolis (nam bifariam militabant) cenſebãt cum indis ſpecie nihil admodũ a cæteris differentes: ſed ſono uocis duntaxat atque capillatura. Nam æthiopes qui ab ortu Solis ſũt promiſſos crines:

qui ex aphrica criſpiſſimos inter omnes homines habent. Aethiopes qui ex aſia ſunt pleraque arma quæ indi geſtabant pelleſque frontium equinarum cum auribus atque iubis in capitibus ut ipſæ iubæ pro criſtis eſſent & hirtæ aures equinæ rigerent: in locum clipeorum pelles gruum prætendebant. Pœni corio armati iere ac iaculis præuſtis duce Maſſange Aorizi filio. Paphlagones capitibus gerebant compactiles caſſides ſcuta exigua haſtas haud longas. Præterea iacula pugioneſq; pedibus caligas more gētis ad media crura ſuptētas. Eandem quam paphlagones armaturam geſtabant. Ligyes & macieni: & mariandyni: & ſyri. Iſti ſyri a perſis cappadoces uocātur. Paphlagonum & macienorum dux erat Dotus Megaſidi filius: Mariādynorum & ligyum & ſyrorum Gobryes Darii filius: & Artyſtonæ. Phryges proximam paphlagonicæ armaturam gerunt paulum differentes: qui ut macedones aiunt tam diu uocati ſunt bryges q̄ diu europæi fuerūt macedonum accolæ. Tranſgreſſiq; in aſiam una cum loco immutauere in phryges. Armenii horum cultu armati erant utique phrygum coloni. His utriſque præerat Artochmes: qui Darii filiam in matrimonio habebat. Lydi proxime ad græcorum armaturam accedebant: Olim meones uocati: priſtinoq; nomine ſublato ab Lydo Atyis cognomē acceperunt. Myſi ſuper capita gentiles galeas ferebant. Scutula quoque ac præuſta iacula. Sunt autem lydorum coloni a monte olympo olympieni nominati. Horum utriſque præerat Artaphernes illius Artaphernis filius: qui collega Date apud marathonem conflixit. Thraces e pelle uulpina caſſides geſtabant tunicis induti & inſuper circundatis uariis ſagulis: pedibus ac tibiis īductis caliga e pellibus hinnulorum: ferētes præterea iacula & peltas & pugiunculos. Iſti tranſgreſſi in aſiam uocati ſunt bithyni: prius appellati (ut ipſi aiūt) ſtrymonii q̄ ſtrymonem accolerēt: a ſuiſque ſedibus exacti. Teucris & myſis thracibus: qui aſiam incolunt præerat Bagaſſaces Artabani filius geſtantibus breuia e corio ſcuta & bina ſingulis ueruta ad lupos conficiendos apta in capitibus æreas caſ-

ſides & ſuper caſſides ex ære factas aures bouis & cornua im-
poſitis etiã criſtis cruribus panno phœniceo inductis. Martis
oraculum apud hos uiros eſt. Camelees meones qui laſiaii
uocantur eundem cultum geſtabant: quem cilices: quẽ ego
dum ordine ad cilices ueniam indicabo. Minyæ lanceolas ge-
rebãt & ueſtes fibulis ſubſtrictas: & eorum non nulli lycios
arcus in capitibus galeas e pellibus factas. Horum omni-
um præfectus erat Badres Hyſtanis filius. Moſchi lineas circa
capita caſſides gerebant: ſcutaque ac haſtilia breuia ſed lon-
ga ĩ haſtilibus ſpicula. Eodem quo moſchi ornatu militabãt
tibareni & macrones & moſynœci quos hi regebant moſchos
& tibarenos Ariobardus Darii filius & Parmyis filiæ Smerdis
Cyri. Macrões & moſynœcos Autarces Choraſmiis filius: qui
ſeſti in helleſponto præſes erat. Mares in capitibus ligneas
galeas gerebant: ſcutulaq; e crudo bouis tergore: atq; lanceo-
las præterea machæras quibus atq; colchis præerat Pherẽda-
tes Theaſpis filius. Alarodii & aſpires eodem quo colchi or-
natu militabant duce Maſiſtio Sirometis. Inſulanæ gẽtes
quæ rubro e mari ſecutæ ſũt ex iis inſulis ad quas trãſportaſ
rex ſolet quos e ſuis locis ſummouet gerebant proxĩa medis
& ueſtimenta & arma: quibus præerat Mardontes Bagæi: qui
apud micalem dux altero anno in pugna oppetiit. Hæ erãt
nationes quæ per continentem ibant: ex quibus conſtabat
pedeſter exercitus quibus ii præerant qui commemorati ſunt:
quique ordinarant milites: connumerauerantque & chiliar-
chas ideſt tribunos qui mille: & myriarchas qui decem mili-
bus præſunt delegerant. Nam myriarchæ centuriones de
canoſq; creauerant. Erant & alii agminum ac gẽtium præ-
tores. Verum ii qui nominati ſunt duces. Horum tamen
& totius exercitus imperatores Mardonius Gobryis filius:
& Tritantæchmes filius Artabani: qui diſſuaſerat bellum
græciæ inferendum: & Smerdomenes Otanis filius ambo
hi fratrum Darii filii: Xerxis patrueles & Maſſyſtes Dario
& Atoſſa genitus: & Gerges Ariagi: & Megabizus Zopy-
ri filius. Hi erant imperatores omnium copiarum præter

delecta perſarum decem milia: quibus præerat Hydarnes Hydarnis filius: qui uocabãtur immortales: ob hoc q̃ ſi quis eorum aut neceam morbo numerum imminueret alius ſufficiebatur: nec unq̃ plures erant pauciores ue decem milibus præcipuo inter omnes cultu decori: & iidem præſtantiſſimi omnium ut dictum eſt: & præterea immenſo auro conſpicui ducentes una carrucas cum pallacibus ac familia permulta eaque belle ornata: nec non camelos ac iumenta præter cæteros milites: quæ commeatum ſupportabant. Equitant autem hæ nationes: ſed non omnes habebant equos uerum hæ ſolæ. Perſæ qui eadem erant qua peditatus armatura ornati: niſi q̃ quidam ſingulares in capitibus opera ex ære ferroque ductilia. Sunt quidam nomades homines qui ſargacii appellantur & gente & uoce perſæ: ſed cultu inter perſicum & pactyicum qui attulere equitatum octo milium equitum armaturam neque æneam neque ferream aſſueti ferre præter pugiones utentes reſte e loris conſerta: qua freti in prælium eunt. Eſt autem prælium eorum uirorum huiuſmodi. Vbi cum hoſte congreſſi ſunt iniiciunt eas reſtes in ſummum laqueos habentes: qui laqueus cum aut equum aut hominem adeptus eſt: eum ad ſe trahunt. Ita illi illaqueati conficiuntur. Talis horum pugna eſt: iidemque inter perſas cenſentur. Medi eandem equites quam pedites armaturam gerunt: & item ciſſii. Indi quoq; eandem quam peditatus ſuus geſtant armaturam. Cæterũ equos dei ultorios agebant & currus: quibus curribus ſuberant & equi & aſini agreſtes. Bactrii eodem ornatu inſtructi erant equites quo pedites: & item caſpii. Pœni & ipſi eãdem quam pedites armaturam gerebant: curruum quoq; cuncti agitatores. Itidẽ & caſpii & paricanii atq; ſuus peditatus inſtructi erant. Nec non arabes eo quo pedites ornati cultu agitabant camelos nihilo inferiores equis pernicitate. Hæ ſolæ gentes erãt equeſtres. Fuitq; numerus equitum octo myriadum ideſt octoginta milium præter camelos & currus. Et alii quidẽ eqtes i ordinem redacti erant. Arabes autem in ultimo locãti ob

id poſtremi ne equitatus conſternaretur equis camelos non tolerantibus. Equitatus præfecti erant Harmamithres & Pithæus filii Datis. Tertius horum collega Pharnuches ſardibus erat relictus ægrotus. Nam cum ſardibus proficiſceretur in calamitatem incidit inſciens. Equitante enim eo canis ſub pedes equi intercurrit: quo equus impræuiſo deterritus atque erectum ſeſe attollens Pharnuchem excuſſit. Hic collapſus ſanguinem euomuit: nactuſque morbum q in phthiſin ideſt tabem euaſit. Equo autem a caſu ſtatim domini fecerunt famuli ut ille tulſerat. Abducto namque in eum locum ubi dominum ſtrauerat crura cum genibus abſciderunt. Itaque Pharnuches a præfectura ſummotus é. Triremes inito numero fuere mille ducentæ & octo: quas hi attulere phœnices cum ſyris qui palæſtinam incolunt tectas hunc in modum ornati: circa capita galeas græcanicis proximas gerunt induti thoracibus lineis cum ſcutis umbone carentibus cumque iaculis. Hi phœnices (ut ipſi memorant) quondam mare rubrum accolebant: illinc tranſgreſſi maritima ſyriæ habitant. Is tractus ſyriæ & quicquid ægypto tenus eſt: palæſtina uocitatur. Hi circa capita caſſides forcipiculatas gerunt conuexa ſcuta magnis umbonibus prædita ac grandia pila nautica & grandes oppennes. Eorum turba thoraces gerebat ac magnas machæras. Hunc in modum iſti armati erant. Cypriī centum quinquaginta naues hoc modo armati reges eorum mitris redimiti erant. Reliqui tunicas geſtabant cætera ut græci. Quorum gentes ſunt partim a ſalamine & athenienſibus: partim ab arcadia: partim a Cythno: partim a phœnice: partim ab æthiopia oriundi: ut ipſi cypriī aiunt. Cilices centum naues. Hi circa capita ferebant gentiles galeas pro ſcutis paruulas e crudo bouis corio factas laneis ueſtibus induti: bina ſinguli iacula geſtantes enſem machæræ ægyptiacæ perſimilem: quondam Hypachæi appellati: ſed a Cilice phœnice Agenoris filio ita cognominati. Pamphilii triginta naues

græcanicis armis ornati : ab illis originem ducentes : qui cum Amphilocho & Calchante e troia diſſecti fuerant . Lycii præbuerunt naues quinquaginta thoracibus ocreiſque armati: arcubus quoque e cornu factis & arundineis ſagittis ſine pennis atque iaculis gerentes ex humeris ſuſpenſas caprarum pelles : & in capitibus pilea pinnis coronata: quin etiam pugiones & falces : e creta oriundi quondam termilæ nominati : ſed a Lyco uiro athenienſi Pandionis filio Lycii cognominati . Dores qui ſunt ex aſia naues triginta . Ii græca gerebant arma uti e peloponneſo propagati. Cares ſeptuaginta naues . Cætera græco more ornati : ſed & falces & pugiones gerebãt: quos prius appellatos fuiſſe hoetines in ſuperioribus libris dictum eſt. Iones centum naues armati græco ritu: qui q̃ diu in pelopõneſo regionẽ quæ uocatur achaia ĩcoluerũt . & ante aduentum Danai & Xuthi in pelopõneſũ ut græci aiunt uocabantur pelaſgi ægialees ideſt littorales : ſed ab Ione Xuthi filio iones ſunt appellati . Inſulani naues decem & ſeptem armati ut græci & ipſi pelaſgica gens : ſed mox ionica ob eandem cauſam : ob quam & duodecim oppida ſunt Ionica ab athenienſibus appellata . Aeoles ſexaginta naues ritu græco armati olim pelaſgi ut apud græcos fertur uocati . Helleſpontii centum naues præter abydenos quibus mandatum erat ab rege ut circa locum manerent ad pontes cuſtodiendos . Cæteri e ponto erant græco more armati : Ionum ac dorum coloni . In omnibus autem nauibus epibatæ erant perſæ & medi & ſacæ . Quæ uelociſſimas attulere phœnices & inter phœnices optimas ſidonii. Harum ſingulis & item pedeſtribus eorum copiis præfecti erant uernaculi duces : quorum ego quia ratio hiſtoriæ non exigit neceſſario non faciam mentionem. Neque enim ſingularum nationum duces digni memoria fuere . Quarum quot urbes tot duces extitere : ſed non ut ductores uerũ ut ſerui quemadmodũ alii qui ducebantur in militiam uenere : quoniã duces penes quos ſũma imperii erat ut ſingularum gẽtium principes quinam eorũ perſæ fuerint a me

commemoratum eſt. Nauticis hi præfuere Ariabignes Darii & Prexaſpes Aſpathēis & Megabazus Megabatis & Achæmenes Darii filius. Iadicæ quidem claſſi & cariæ Ariabignes ex Dario & filia Gobryis gēitus: Aegyptiacæ autem Achæmenes Xerxis ex utroque parente germanus. Reliquæ autem claſſi reliqui duo. Porro biremes lembos quinquaginta aut triginta remorum: & actuaria nauigia & alia minuta cum hippagogis quæ equos uehunt contracta conſtat ad trium milium peruenisſe. Eorum qui in claſſe erant ſecundum duces illuſtriſſimi fuere Sidonius Tetramneſtus Alleſi filius: & Tyrius Mapteni Sironi: & Aridius Merbalus Arbali: & Cilix Syēneſis Horomedōtis: & Lycius Ciberniſcus Sica. Cyprii autem Gorgus Cherſis: & Timonas Timagoræ. Cariorum uero Hiſtiæus Tymnis & Pigreſſus Seldomi: & Damaſithymus Cādaulis filius. Alios nunc præfectorum mentionem facere ſuperſedeo tanq̄ non neceſſe habēs. Verum Artemiſiæ præcipua me tenet admiratio mulieris expeditionem aduerſus græciam ſecutæ: quæ defuncto uiro ac pupilli filii tyranniden optinens nulla adacta neceſſitate: ſed præſtantia animi atq; uirilitate in militiam conceſſit. Nomē ei erat Artemiſiæ Lygdamis filiæ paternum genus ex halicarnaſo: maternum e creta imperans hæc halicarnaſeis & cois & niſyriis & calydnis quinque cum nauibus uenit omnia copia inſtructis. Ita poſt ſidonias hæ naues fuerunt illuſtriſſimæ. Eadem apud regem optimas inter omnes ſocios ſententias dixit. Quas ciuitates recenſui ſub illius imperio fuiſſe: earum uniuerſam gentem aio doricam eſſe. Halicarnaſeorum quidem troezeniam: cæterorum autem epidauriam. Hactenus de nautico exercitu. Xerxes inito copiarum numero militibus inſtructis concupiuit illos luſtrando oculis obire quemadmodum & fecit. Itaque inſcenſo curru ſingulas nationes luſtrans quænam eſſent perconctabatur: quarum profeſſionem ſcribæ excipiebāt donec ad extremos eqtū peditumq; puentū ē. Hoc pfecto & nauibus in mare deductis Xerxes e curru ī nauim ſidōiā trāſcēdit: iſidēſq; ſub aureo tabernaculo

Præteruehenſque nauium proras ſciſcitabatur de ſingulis itidem ut de terreſtri exercitu fecerat: deſcribiq; iubebat. Enim uero nauarchi productas a littore quatuor fere iugerum ſpacio naues ſtabilierant conuerſis ad terram proris & in unã frontem diggeſtis: Epibatis quoque ideſt propugnatoribus tanq̃ ad bellum armatis: Quos Xerxes inter proras & littus nauigans conſpicabatur. Vbi autem & claſſem luſtrauit egreſſus naui accerſit Demaratum Anſtonis comitem aduerſus græciam expeditionis: eique accerſito ita inquit. Demarate iuuat nunc me quæ cupio abs te interrogare: qui & græcus es & non ex minima ciuitate ut audio tam ex te q̃ ex aliis græcis: qui me alloquendi gratia adeunt. Nunc igitur hoc mihi expone nunquid græci ſuſtinebunt manus contra me leuare? Nam ut ego opinor ne omnes quidem græci ac cæteri mortales qui ad heſperum incolunt ſi congregentur pares eſſent noſtris armis: nec me inuadentem expectarẽt: cum hoc ſint inter ſe concordes: libet tamen mihi abs te audire quid de hoc dicas. His uerbis interrogauit: Demaratus excipiens utra inquit apud te rex utar ueritate ne an iocunditate. Ille ut ueritate uteretur iubere. Neque enim ſibi ob id eum minus iocũdum fore q̃ antea fuiſſet. Hoc ubi Demaratus audiuit quoniam inquit me iubes rex omnino ueritatem proloqui: ea dicam quæ nemo niſi mentiens apud te poſtea carpes. Græcia ſemper alumna fuit paupertatis: hoſpes uirtutis: quam a ſapientia aſciuit & a ſeuera diſciplina: quam uſurpans græcia & paupertatem tuetur & dominatum. Ita laudo quidem omnes græcos qui dorica illa loca uel circa incolunt: ſed non de cunctis eis uerba faciam. Verum de lacedæmoniis ſolis: Iam primum nego fieri poſſe ut tuam orationem admittant afferentem græciæ ſeruitutem. Deinde aio uenturos tibi obuiam ad pugnandum etiam ſi cæteri græci omnes ſentiant tecũ. Neq; uero de numero eorũ quæras quot illi ſũt q hoc facerẽ poſſit. Nã ſi ĩ exercitu eorũ mille fuerĩt: ii tecũ cõgrediẽt: & itẽ ſiue paucioꝛ ſiue pluꝛ. Hæc cũ audiſſet Xerxes ſublato cachĩno iqt Demarate quodnã

extuliſti uerbum: mille omnino uiros cum tanto exercitu congreſſuros? Agedum dic mihi non ne te ipſum ais iſtorū uirorum fuiſſe regem? Vis ne igitur ſine mora tu cum decem uiris dimicare? Quod ſi ueſtri populares ōnes tales ſunt quales tu prædicas: profecto ſecundum ueſtra inſtituta debes tu qui illorum es rex duplum præſtare q̄ ſinguli eorum: qui ſi denis e meo exercitu pares ſint: iure abs te poſco ut uiginti ſis par. Ita uerba quæ dixiſti comprobabūtur. Atq; ſi tales ſunt illi ac tanta ſtatura qualis quantuſq; tu ac cæteri græci q̄ in colloquium meum uenerunt: uidete ne cum tantopere gloriamini fruſtra id inſoleanterq; faciatis. Nam age intelligam quocunq; argumento unde fieri queat ut mille aut decē milia atq; quinquaginta milia hominum qui præſertim ſint omnes liberi nec unius imperio ſubiecti tanto exercitu obſiſterēt: cum ſimus non plures q̄ milleni ad ſingulos eorum ſi fuerīt qnq; milia. Nā ſub uno quēadmodū apud nos fit īpatore milites illius metu etiam contra ſuam ipſorum naturā meliores efficiuntur: adactiq; uerberibus uel pauciores aduerſus plures eunt. Idem remiſſo libero ſibi arbitrio neutrum horum facerent. Adeo opinor græcos etiam pares numero perſis ægre cum eis ſolis certaturos. Quinimmo iſtud apud nos ſolos eſt quod ais: Verum non ita multum ſed rarę. Sūt enim e perſis meis ſatellitibus qui uelint cum ternis græcis pariter dimicare: Quorum tu expertus multa blateras. Ad hæc Demaratus intelligebam īquit rex ab initio me uera dicentem non iocundum tibi futurum. Sed quia tu dicere me ueriſſima coegiſti: Dixi quæ erant e dignitate ſpartanorum. Quanq̄ ipſe optime intelligis quātopere nūc illos ego amē: qui me honoī & dignatione paterna exutum extorrem profugumque fecerunt: quem pater tuus exceptum uictu ac domicilio donauit. Quare nō eſt credibile uirum prudētem reſpuere beniuolentiam exploratam: ſed maxime obſeruare. Ego enim cum decem promittam me poſſe dimicare neq; cum duobus ac ne ſingulari quidem certamine uolens certaueri. At ſi neceſſe fuerit: aut uehemens diſcrim̄ inſtiterit:

libentiſſime cum uno quolibet iſtorum omiũm dimicarem: qui ſe ſingũlos aiunt idoneos ac certandis cum trinis græcorum. Etenim lacedæmonii pugnando cum ſinguli non ſunt illi quidem cæteris deteriores uiris: At conferti cunctorum uirorum ſunt excellentiſſimi. Nam licet liberi non tamen ſunt uſq; quaq; liberi: quippe quibus præeſt domina lex: q̃ multomagis metuunt q̃ tui te. Faciunt ergo quæcunq; illa cogit. Cogit autem idem ſemper uetans ſemper eos ex acie fugere quantamuis hominum multitudinem: ſed iubens ut ordinem non deſerentes aut uincant aut occumbant. Hæc ego loquẽs ſi tibi blaterare uideor: uolo poſthac in cæteris ſilentium agere. Hactenus loqui coactus tibi uero ex ſentẽtia contingat rex. Hæc locuto Demarato Xerxes ad riſum uerſus nulla indignatione permotus eſt: ſed comiter hominem remiſit. Poſt Demarati colloquiũ ubi doriſco præfecit prætorem Maſcamẽ Megaloſtis filium amoto eo quem Darius præfecerat: ire cum exercitu aduerſus græciam pergit. Huic Maſcami quem illic reliquit Xerxes uni tanq̃ omnium prætorum præſtantiſſimo quos aut ipſe aut Darius conſtituiſſet dona quot annis miſit: & item eius poſteris Artaxerxes filius Xerxis. Etenim ante hanc expeditionem in thracia & ubiq; helleſponto prætores fuerant: qui omnes poſt eandem expeditionem a græcis eiecti ſũt: & e thracia & ex helleſpõto præterq̃ e doriſco. Vnde Maſcamẽ græci permulta conati ĩ eiicere nequierũt. Ob id huic ab eo qui in perſis regnat ſemp dona mittũt. Eorum uero qui a græcis expulſi ſunt neminẽ rex Xerxes uiũ egregiũ eſſe duxit præter unũ Bogẽ exeione: quem laudare nõ deſinebat: eiuſq; qui ſuperfuer liberos maximo inter perſas honore proſequebatur. Siquidẽ magnis ferri laudibus Boges meruit: qui cum ab athenienſibus & Cimone Miltiadis filio obſideretur: liceretq; ei accepta fide egredi & in aſiã remeare: tamen abnuit ne regi præ metu ſup fuiſſe uideret: ſed ad extremũ uſq; perſtitit. Atq; ubi nihil ĩ mœnibus cõmeatus reliquũ fuit: accẽſo ĩgẽti rogo ĩteremit liberos cõiugẽ cõcubĩas familiã; eoſq; in rogũ deiecit. Dehinc

omne aurum urbis atq; argentum e muris diſperſit in ſtry-
monẽ. His actis ſemet ipſe coniecit in rogum. Ita hic merito
a perſis ad hoc uſq; tempus præconio celebratur. Xerxes e do-
riſco in græciam tendens ut quoſq; populos adibat ſecum
militare cogebat. Erat autem ut ſuperius a me expoſitum
eſt omīs ad theſſaliam uſq; tractus in ditionem redactus eſt:
& regi tributarius effectus a Megabazo: & mox a Mardonio.
Digreſſus a doriſco præteriit primū ſāothraces muros: quos
ultimum oppidum ad ueſperam ſitum eſt nomine meſam-
bria: cui uicinum eſt oppidum thaſiorum ſtrymma: quæ op-
pida interfluit ānis liſus: cuius aqua tunc non ſuffecit copiis
Xerxis ſed defecit. Hæc olim regio uocabatur gallaica: nunc
autem briantica: quæ tamen optimo iure ciconum eſt. Trā-
miſſo profluente liſi arefacto Xerxes has græcas urbes præter-
greſſus eſt maroneam: dicæā: abdera: & hos qui iuxta eas ſūt
famoſiſſimos lacus Iſmaridem: qui maroneam ſtrymmamq;
interiacet: Biſtonidem dicææ contiguum: in quem duo fluia
ingrediūtur trauus & copſantus: qui iuxta abderē ſit. Nullū
nobilem lacum præterit Xerxes: ſed fluuium neſtum mare
ſubeuntem. Poſt has rēgiones perrexit mediteraneas uerſus
urbes. In quarum una eſt lacus triginta ferme ſtadiorum in
circuitu piſcoſus & admodum ſalſus: quem ſola iumenta cū
aquarentur exiccauere. Huic urbi nomen eſt piſyrus. Has
urbes: & maritimas & græcas ſiniſtrorſum relinquens præte-
riit Xerxes: per quas autem gētes thraciæ prouinciæ iter fecit
hæ ſunt pæti: cicones: biſtones: ſapæi: derſæi: hedoni: ſatræ.
Quorum qui maritimi erant nauibus ſecuti ſunt. qui uero
mediterranei a me ſunt commemorati: præter ſatras. Cæ-
teri omnes terreſtri itinere ſequi coacti ſunt. Satræ nulli o-
lim hominum quantū nos ſcimus fuere ſubiecti: ſed ſoli
e thracibus ad meam memoriam liberi ſemper perſtitere.
Editos enim montes incolunt omnigenis arboribus ac ni-
uibus obſitos uiri in re bellica eximii: apud quos oraculum
eſt Dionyſi idq; in editiſſimis montibus. Eorum qui in illo
templo prophetāt id eſt uaticinant ſunt biſſi. Antiſtes uero

quæ reddit reſpõſa quemadmodum delphis & nihilo magis uariæ. Peragrata quam dixi regione Xerxes ſecundo loco trã/ſiit muros pierum quorum uni nomen eſt niphagri: alteri pe/gamo. Hac iter præter eos montes faciebat a manu dextra re/linquens montem pangæum magnum atq; excelſum: in quo aurea ſint & argentea metalla: quem cum pieres & hodomãti tum præcipue ſatræ exercent: ſuper pangæum ad aquilonem habitantes pæões: doberes: & pæoples prætergreſſus Xerxes ad ueſperã uerſus contendit: donec ad flumen ſtrymonem pe/uenit & urbem eionem: cuius pretor Boges: de quo pauloante fecimus mentionem adhuc uiuebat. Regio pangæo monti circumiecta nominatur phyllis. Hinc ueſperum uerſus por/recta ad flumen angitem quod ſtrymonem ſubit. Hinc me/ridiem uerſus ad ipſum ſtrymonem ad quem magi mactatis equis candidis litauerũt. His & aliis cõplutibus medicamẽtis in flumẽ factis per nouem uias hedonorum iere: iuxta quas ſtrymonem pontibus iunctum inuenere. Audientes autem eum locum nouem uias hedonoꝝ appellari totidem illic pu/eros ac uirgines puellarum indigenarũ filios uiuos defoderẽt. Perſicum enim defodere uiuentes. Nam & Ameſtrin Xerxis uxorem iam prouectæ ætatis audio bis ſeptẽ illuſtrium pſaꝝ liberos defodiſſe ad referendam pro ſe gratiam deo qui ſub terra eſſe fertur. Vbi a ſtrymone progreſſus eſt exercitus illic ad Solis occaſum uerſus eſt littus: in quo ſitam urbem græcã nomine argilium præteriit. Hæc & quæ ſuper eam eſt regio uocatur biſaltia. Illic ſinũ neptunni templi a leua manu ha/bens perrexit ad campum nomine ſyleum præteriens ſtagirũ græcam urbẽ: peruenitq; acanthum ducens una ſingulas ha/gentium & item accolas montis pangæi: & earum quas ſu/perius commemoraui. Iis qui maritimi erãt claſſe: qui pcul a mari aberant terreſtri itinere ſequentibus. Hanc uiam qua Xerxes duxit exercitum thraces neq; confundunt neq; ſerũt: ſed ad mea uſq; tempora magnopere uenerantur. Poſteaq; acãthum peruenit Xerxes: præcepit acanthiis ut hoſpitalitatẽ exhiberẽt: eoſque medica ueſte donauit: laudanſq; q alacres

cerneret esse ad bellum: qq; audiret fossam esse absolutam. Xerxe apud acanthum agente contigit ut Artachæes qui fossæ faciundæ præfuerat morbo decederet uir Xerxi spectatus genere achæmenides statura inter persas proceriſſima. Quippe cui quatuor omnino digiti deerant a longitudine quinq; regiorum cubitorum. Xerxes magno dāno ducens maximū hominum fato functū: apparatiſſime eū funerauit exhibito etiam epulo: eiusq; tumulum omnis exercitus extruxit: cui tanq̄ heroi ex oraculo acanthii sacrificant nomine eum nuncupantes. Et rex quidem Xerxes amisso Artachæ iacturam se feciſſe existimabat. At ii græci qui exercitum excipiebant cum Xerxi cœnam præberent in omnem miseriam deuenere: adeo quidem ut suis laribus efficerentur extorres. Dum thasii pro suis quæ ī continēte sūt urbes xerxianas accipiunt copias: Antipater Orgis filius elatus animo uir inter populares illustris erogauit in cœnam quadringēta argenti perfecti talenta. Eam rem ubi accepere qui præerant aliis circa urbibus (tale enim conuiuium iampridem indictum fuerat & diu celebratum) hoc ubi accepere præsertim præconibus passī prædicantibus: Tunc uero oppidani frumentū quod in urbibus erat inter se distributum molebant: farinamq; triticeam ordeaceamq; in cōplures menses faciebant. Ad hæc excogitauer ob precium optīa quæq; pecora saginare: & altiles aues hēre terrestres paluſtresq; in cortibus & in uiuariis ad accipiendū exercitum. Quin etiam aurea argenteaq; pocula & crateres faciebant & cætera quæ mēsæ imponuntur. Hæc omnia ipsi regi & iis qui cum illo uescebantur fiebant. Cætero autem exercitui quæ ad esum duntaxat præcepta erant. Sub aduētum exercitus tabernaculum ubi exercitus maneret statuebatur: reliqui sub dio agebant. Vbi tempus cœnæ aderat: tūc conuiuatores laborem sustinebant. Isti cum expleti noctem illic exegerant postero die reuulso tentorio & omni apparatu sumpto ita abscedebant nihil relinquentes omnibus aspectatis. Vnde Megacreotis uiri abderitæ elegans dictum extitit: qui suasit abderitis ut uniuersi mas pariter ac fœminæ sua

delubra adirent: ſuppliciterq; diis aſſidentes precarentur ut poſthac dimidium futurorum malorum a ſe propulſarent. Nam de præteritis magnam ſe gratiam illis habēr q; rex Xerxes non bis quotidie cibum capere conſueſſet. Fore enim ut abderitæ ſi iuberetur etiam prandium non ſolum cœnam inſtruere aut non præſtolarentur Xerxem aduenientem: aut præſtolati peſſime inter omnes homines affligerentur. Et iſti quidem q̄q̄ grauate: tamen quod ſibi imponebatur: exequebantur. Xerxes uero ex acantho duces claſſis a ſe dimiſit iuſſos ad thermam cum claſſe ſe opperiri. Eſt autem therma in thermæo ſinu ſita: a qua ipſe ſinus habet cognomen. Hac enim compendiariam magis uiam eſſe audiebat. Nam e doriſco ad acanthum uſq; ita inſtructus exercitus iter fecerat tripartito diuiſus omnis iuſſu Xerxis ut una pars ſecundum mare iret pariter cum claſſe: cui parti præerant Mardonius & Maſſiſtes: altera per mediterranea cui præerant Tritantæchmes & Gergis. Tertia inter has media cum qua Xerxes ipſe incedebat ducibus Smerdiomene & Megabyzo. Nauticus exercitus ubi a Xerxe diſceſſit foſſam enauigauit in atho depreſſam ac perductam ad ſiccum in quo aſſa & pilorus & ſingus & ſarga urbes ſitæ ſint. Ex quibus ſumpto commilitio pergit ire ad ſinum thermæum: circumuectuſque ampelon promontorium toronæum pernauigauit has græcas urbes: unde & naues & commilitium ſumpſit: Toroām: galepſum: ſermylam: mecybernam: olynthum: quæ regio nunc ſithonia nominatur. Ab eo promontorio ampeli præcidens mare uſque ad promontorium canaſtreum totam fere pallenem præteruectus eſt. Illinc quoq; & naues & commilitium ſumpſit ex potidæa: ex amphyſtie e noua urbe: ex ægea: ex therambo: ex ſciona: ex menda: ex ſana. Hæ ſunt urbes ſitæ in pallena phlegra prius appellata. Pernauigata hac regione ad præſtitutum locum peruenit ſumptis etiam militibus e uicinis pallenæ urbibus ac thermæo ſinu conterminis: quibus hæc nomina ſūt lipaxius: combrea: liſæ: gigonus: campſa: ſmila ænea:

ænea: quarum regio adhuc croſſæa nominatur. Ab ænea in qua finis enumerandarũ urbium mihi ẽ factus: Iam ad ipſũ thermæum ſinum curſus claſſis extitit: & ad terram mygdoniam donec ad thermam quo præceptum erat peruentum eſt ad urbem ſindum: & ad chaleſtram ſuper axium ſitam flumen: quod mygdoniam terram dirimit a botteide: cuius terræ botteidis arctum ad mare locum optinent urbes ichnæ & pelles. Hic nauales copiæ circa flumen axium & urbem thermam & alias in medio horum urbes ſtatiua habuere regem opperientes. Huc peruenire uolens Xerxes acantho profectus cum terreſtribus copiis mediterranea præcidebat peragrans pæonium agrum atq; creſtonicum ſuper amnem chidorum: qui e creſtonæis initio ſumpto per terram mygdoniam fluens in palludem quæ eſt ſuper axium euoluitur. Hac iter faciente Xerxe leones impetum dederunt in camelos qui commeatum portabant. Sub noctem enim relictis locis conſuetis eo deſcenderunt: nulloque alio neq; iumento neq; homine tacto in camelos graſſati ſunt. Cuius rei cauſam admiror q; leones quotiens aliunde eis eſt quo indigent abſtinent ab inuadendis camelis: quod animal nunq̃ antea nec experti fuerant illic nec uiderant. Sunt autem per ea loca leones multi & boues agreſtes prægrandibus cornibus quæ ad græcos ueniunt leonum terminus eſt abderorum flumen neſtus: & achelous: qui per acarnaniam fluit. Nam nemo aut ad auroram trans neſtum uſq̃ gentium uiſerit leonem in europa: aut trans acheloum ad heſperum in reliqua continente: ſed in horum fluuiorum medio leones gignuntur. Poſtq̃ thermam uenit Xerxes: ibi ſubſtitit tantum maritimi ſpacii occupantibus caſtris quantum eſt ab urbe therma & mygdonia uſque ad confluentem lydiei & haliacmonis: ubi agrum bottiæidem: macedonicumque diſterminant. In his locis ſtatiua habuere barbari: quibus potantibus ſolus ex iis qui commemorati ſunt amnibus: echidorus e creſtonæis fluens non ſuppetiit: ſed defecit. Xerxes e therma proſpiciens

theſſalicos mõtes olympum & oſſam præcelſæ magnitudinis: audienſq; in medio eorum anfractum anguſtum eſſe per quem fluit peneus & illic uiam eſſe quæ ī theſſaliam fert cupidine captus eſt nauigandi ad oſtium penei inſpiciundum: quia ſuperiorē uiam tenenti erat eundum per macedones ſuperne habitantes ab perrhæbos præter gonum urbē. Nam hac tutiſſimum iter eſſe audiebat. Atque ut concupiuit ita & fecit. Itaq; conſcenſa naui ſidonia quam ſemper conſcendebat quotiēs ei tale aliquid facere libebat extulit ſignum cæteris nauibus proficiſcendi relictis illic terreſtribus copiis. Eo poſtq̄ peruenit oſtia penei contemplantem ingens admiratio cum ſubiret accitos uiæ ductores interrogauit nunquid flumen poſſet auerti ut alibi mare ingrederet. Narratur autem theſſalia quondam lacus fuiſſe utpote concluſa undique prælatis montibus. Nam quod theſſaliæ ad auroram ſpectat: id pelion & oſſa iunctis inter ſe radicibus præcludunt. Quod ad uētum aquilonem: id olympus. Quod ad heſperum: id pindus. Quod ad meridiem & uentum auſtrum: Id othrys. Quod inter hos montes medium id theſſalia eſt ita deuexa ut cum alii frequentes amnes in eam defluant: tum ii quinque præcipue Peneus: Apidanus: Onochorus: Enipeus: Pamiſus: qui e montibus theſſaliam cingentibus in eam planiciem confluentes per unum anfractum & eum arctum in mare euadunt in unam aquam omnes redacti qui ſimul ac confluentem fecerunt. Peneus retento ſuo nomine cæteros innominatos reddit. Fertur quondam cum nondum eſſet hic anfractus per quem flumina mearent hos fluuios & præterea lacum boebeidem non fuiſſe nominatos quemadmodum nunc: & tamen non minus q̄ nunc fluxiſſe: ſed ſuis fluentis omnem theſſaliam effeciſſe pelagus. Ipſi quidem theſſali memorant Neptunnū feciſſe conuallem: per quam meat peneus haud abſurde ſentientes. Qui enim arbitratur Neptunnū terram quatere & quæ terræmotu diſcuſſa ſunt: huius dei eſſe opera: ei cernenti hunc locum uidetur Neptunnus id

feciſſe. Nanque diductio illa montium (ut mihi uidetur) terræmotus eſt opus. Xerxi interroganti nunquid alibi eſſent in mare oſtia penei Productores ſui rem compertam habentes: Rex inquiunt nulli ſunt huic flumini alibi in mare tendentes exitus q̃ iſte hic. Cuncta enim undique montibus redimita theſſalia eſt. Ad hoc Xerxes dixiſſe fertur. Sollertes ſunt uiri theſſali: qui ſuæ ſibi imbecillitatis conſcii iampridem cum alia, præuiderunt: Tum uero hoc ꝙ regionem habeant facilem occupatu & mature expugnabilem. Solum enim hoc eſſe negocium ut flumen obſtructo anfractu auerſoque alueo per quem meat in eorum terram inducatur: a quo omnis theſſalia præter montes aquis obduceretur. Hæc ita ſe habere Xerxes apud filios Alei dixit: Quoniam theſſali e græcis principes regi ſeſe tradiderant ratus id illos per totam nationem diuulgaturos. Hoc locutus & locum contemplatus thermam renauigauit. Vbi complures dies circa pieriam eſt commoratus. Nam montem macedonicũ ut illac in perræbos omnis tranſiret exercitus: Tertia eius pars repurgabat. Eodem legati qui dimiſſi in græciam fuerant ad terram petendam regreſſi ſunt partim inanes: partim terram & aquam afferentes. Quam qui dederunt eorum hi fuere. Theſſali: Dolopes: Aenienſes: Perræbi: Locri: Magnetes: Melienſes: Achæi: Phtiotæ: & Thebani: cæterique Boetii præter Theſpienſes & Plataenſes: cum quibus ii græci percuſſerant fœdus: qui bellum aduerſus barbarum ſumpſerant. Fœdus autem ita habebat. Quicunque græci ſeſe dediſſent perſæ: non adacti neceſſitate eorum decimum quenque rebus bene conſtitutis ſe deo qui delphis eſt deuoturos. Ita apud græcos iuſiurandum habebat. Xerxes neque athenas neque ſpartam legatos terram petitum miſerat: ob id quod quos ante Darius ad hoc ipſum miſiſſet: eorum alios iſti in barathrum: alios in puteum deiecerant: iubentes eos illinc terram & aquam ferre ad regem. Hac de cauſa Xerxes nullos illuc ad petendum miſit. Et athenienſibus quidem

q ita legatos tractarint quid triste contigerit non queo dicere: nisi q eorum solum cum urbe uastatum est: quod tamen ipsum non ea causa suspicor contigisse. Lacedæmoniis uero ira Talthybii qui fuit Agamemnonis præco incubuit. Est autem spartæ Talthybii templum cum eius posteris: qui talthybiadæ nominantur. Quibus honos legationis spartanorum semper tribuitur. Itaque post eam rem spartiatæ cum læta exta eis non essent: Idque diu contingeret pertesi huius calamitatis lacedæmoniorum cœtu frequenter coacto hoc edictum proposuere. Si quis lacedæmoniorum uelit pro sparta occumbere. Tunc Sparthius Aneristi & Bulis Nicolei filius uiri spartiatæ & natalibus & opibus inter primos ultro se optulerunt ad satisfaciendum sua pœna Xerxi Darii filio ob legatos apud spartam interemptos. Ita hoc spartiatæ tanq̃ mortem obituros miserunt ad medos. Digna admiratione cum audacia horum uirorum: tum uerba ab eis habita. Nam susa tendentes: ad Hydarnem persam asianæ oræ maritimæ præfectum uenerunt: qui eos hospitaliter munificeque acceptos his uerbis interrogauit. Viri lacedæmonii quid ita respuitis effici amici regis? Cernite enim ex me & meo statu q̃ scit honore prosequi rex uiros egregios uos itidem honoraturus si uos ipsos ei dederitis. Videamini modo apud eum esse uiri egregii: quoniam singuli uestrum rege donante principatum græciæ optinebit. Ad hæc illi respondentes Hydarnes inquiunt non ex æquo consilium tuum ad nos spectat atq; ad te: qui conditionis quam suades expertus es nostræ inexpertus. Nam quidem ea nosti: Libertatem autem nondum expertus es utrum sit dulcis an non. Quæ si tibi experta foret non ut hastis sed ut securibus pro ea dimicaremus: nobis suaderes. Hæc Hydarni responderunt. Dehinc ut ascenderunt susa & in conspectum regis uenerunt principio iubẽtibus satellitibus ac uim afferentibus ut procumbẽtes regem adorarent: & per capita eos ad id agendum impingentibus. Negauerunt se unq̃ id esse facturos: neque enim sibi esse con-

ſuetudinem hominem adorandi neq; ſe ad id uẽiſſe. Poſteaq̃ in hoc repugnauerant ſecundo loco hæc illis & his ſimilia dixere. Rex medorum nos miſerunt lacedæmonii ad luendam pœnam pro iis legatis qui ſpartæ interiere. Hæc iſtis dicẽtibus Xerxes præ magnanimitate negauit ſe ferre lacedæmoniis ſimilem. Illos enim interimendis legatis ius omnium hominum confudiſſe: ſe uero q̃ illis exprobraret id nõ eſſe facturum: neq; eos occidendo lacedæmonios culpa ſoluturum. Hac re per ſpartiatas geſta in præſens ira Talthybii ceſſauit: & ſi ſpartam reuerſus Sperchio & Bule longo tamẽ deinde tempore interiecto excitatum eſt inter peloponẽnenſes & athenienſes bellũ (ut lacedæmonii aiunt) quod mihi diuinitus maxime uidetur eſſe geſtum: quia ira Talthybii nuncios corripuerit: nec prius quieuerit. Quod autem ira inciderit in eorum qui ad regem aſcenderunt filios Nicolam Bulis & Aneriſtum Sperchii filium: qui piſcatores tirynthios ĩ naui oneraria plena uiris nauigantes cepit: manifeſtum eſt apud me diuinitus id factum eſſe ex ira dei q̃ nuncii qui in aſiam a lacedæmõiis mittebant: proditi a Sitalce, Terei thracum rege: & a Nymphodoro Pythei uiro abderita excepti ſũt iuxta biſanthem quæ eſt in helleſponto: & adducti in acticam ab athenienſibus necati ſũt: cumq; iis Ariſteas Adimanthi corinthius. Verum hæc multis poſt regis expeditionem annis geſta ſunt. Quæ expeditio ut ad ſuperiorem orationẽ redeam nomine quidem tendebant contra athenas: re tamẽ uera contra cunctam græciam. Eam diu antea græci cum audiſſent non proinde omnes affecti ſunt. Nam ii qui terram & aquam dederant perſæ fiduciam animo præſumebant tãq̃ nihil ingratum paſſuri a barbaro: qui non dederant magno in metu uerſabantur. Quippe cum nulla tanta claſſis eſſet ĩ græcia quæ poſſet excipere inuadentem præſertim pleriſq; bellum detrectantibus & libenter ad partes medorum inclinantibus. Hoc ego loco neceſſe habeo ferre ſentẽtiam apud multos quidem homines inuidioſam: non tamen quod mihi uidetur uerũ diſſimulabo an atheniẽſes formidãtes periculũ

quod impendebat patriam deſeruiſſent: an non deſerentes: ſed permanentes ſeſe dedidiſſent Xerxi nihil omnino aduerſus regem in mari facere conati: an nemo mari ſe oppoſuiſſet Xerxi: atq; hæc in continenti geſta eſſent: An etiam multæ loricæ eſſent muris inductæ a peloponnenſibus per iſthmum: an proditi a ſociis lacedæmonii iiſq; nõ uolũtariis ſed per urbes a claſſe barbara occupatis ac deſerti fuiſſent: deſertiq; & magna opera aggreſſi generoſe occubuiſſent: an hæc paſſi eſſent: An priuſq; uiderent alios græcos cum medis ſentientes cum Xerxe depacti eſſent: atq; ita utrinq; ſub perſis græcia fuiſſet. Nam murorum apud iſthmum loricatorum quænam utilitas fuiſſet rege mari potiẽte: a nemine qui audire. Nunc autem ſi quis athenienſes græciæ liberatores extitiſſe dicat: profecto non oberrauerit a uero. Nam utro ſe illi applicauiſſent hæ partes erant præponderaturæ. Cum uero prætulerint græciam præſtare liberam: nimirum ipſi fuere qui quicquid græciæ reliquum erat cum medis nõ ſentiẽtes erexerunt: quiq; ſecundum deos reppulerũt: ne oraculis quidem horrendis ac terribilibus quæ e delphis ueniebant inducti ad græciam deſerendam: ſed perſiſtentes conſtituerunt excipere hoſtem ſua inuadentem. Siquidem conſultoribus delphos miſſis uti oraculo uolebant. Nuncii factis apud templum quæ ritus poſtulabat ædem ingreſſi cõſederunt. Quibus Pythia cui nomen erat Ariſtonice ita reſpondit. Quid miſerande ſedes populus: fuge ad extima terræ: Aedibus & globidæ deſertis collibus urbis: Nam caput & corpus minie ſyncera manebunt. Extremi ue pedes poterũt ſupereſſe manuſue: ut medium ſed ea ignis edax deformia reddet. Et mars acer equis urgẽs aſiegene curru: Atq; alias pleraſq; tuas nõ ſolius arcer: Permultaſq; deum ſæuis dabit ignibus ædes: Quas ego præuidi iam nunc ſudore madẽtes Atq; metu tremere & de laquearibus altis Nigrantẽ cogente malo manare cruorem: Ite ſed ex adyto atq; malis effundite mentẽ. His auditis athenienſiũ conſultorẽs maximo ſunt mœrore affecti. Quibus inter ſeſe agitantibus tam triſte reſponſum Timon

Androbuli uir apud delphos illuſtris ſuaſit hæc fere ut ſumptis oleæ ramis deintegro reuerterentur ad cõſulendum ſupplíciter oraculum. Optemperantes ei athenienſes dixere. O princeps redde nobis oraculum melius de patria in honorem horum palmitum: quos geſtantes ad te uenimus: Alioquĩ hinc abs te non abituri: ſed in hoc adyto ad obitum uſque permanſuri: Hæc dicentibus antiſtes iterum hoc modo reſpondit. Pallas olympiacum multis hortatibus uſa: Et precibus blandita Iouem placare nequiuit. Hoc tibi fabor item reſponſum adamanti propinquans. Nam captis reliquis quæ limes cecropis oræ Intus habet: quodcũq; ſacer penetrale cithæron Iuppiter e ligno muris Tritonida donat: Qui ſoli inuicti tibi ſint natiſque ſaluti. Tu uero aduentum peditumq; equitumq; quietus: Terreſtreſq; acies ne præſtolaĩ: ſed hoſti Terga dato: uel ſi tibi fors erit obuius uſq̃ Diuĩa o ſalamis mulierum pignora pdes Vſq̃ uel Cerere ſparſa coeunte uel uſq̃. Hæc legati ut erant ita arbitrati prioribus mitiora poſtq̃ conſcripſerunt athenas rediere: reuerſiq; ad populum recitauere. Et cum aliæ multæ ſententiæ eſſent oraculum interpretantiũ & eæ plurimũ perplexæ: qdã e maioribus natu dixere uideri ſibi deum reſpondere ſaluam fore arcem. Olim enim athenienſium arcem præſeptam uallo fuiſſe. Et ii quidem interpretabantur uallum eſſe hunc ligneum murum: Alii uero dicebant deum ſignificare naues: eaſq; cæteris omiſſis ædificari iubebant: Verum hos qui aiebant naues eſſe ligneum murum fallebant uel cerere ſparſa coeunte uel uſq̃. Circa hos uerſus confundebatur eorum ſẽtentia: qui claſſem uolebant eſſe ligneum murum: Nam oraculum qui interpretabantur in eã ſentẽtiam accipiebant fore: ut ipſi inſtructa claſſe ad ſalaminem pugna nauali ſuccũberentur. Erat autem inter athenienſes quidã qui in primores recens peruenerat noĩe Themiſtocles Neoclis filius: q negabat interpretes omnia recta coniectare: q diceret ſi clades quæ prædicitur ad athenienſes ſpectaret: ullo modo non ita placide nobis deum fuiſſe reſponſurum. Sed ſic o ſalamis

miſera pro eo q̄ dixit O diuina Salamis: ſi circa eam ſui in-
colæ forent oppetituri. Sed rectę coniectantibus ſentiendum
a deo contra hoſtes editum eſſe oraculum non contra athe-
nienſes. Itaq; ſuadebat ut ſeſe inſtruerent tāq̄ prælio nauali
certaturi: & tanq̄ hic eſſet ligneus murus. Hanc Themi-
ſtoclis ſententiam athenienſes potiorem eſſe cenſuerunt: q̄
illorum qui interpretantes oraculum diſſuadebant appara-
tum pugnæ naualis: ſed hanc eſſe in ſumma ſententiam
dicebant non leuandam in hoſtem manum: ſed ex attica
regione demigrandum: & aliam incolendam. Extitit & alia
ante hanc Themiſtoclis ſententia ad tempus egregia. Cum
magna uis pecuniæ e prouentu metallorum quæ ſunt e la-
urio eſſet in ærario athenienſium: eq; diuidunda uiritim de-
nis in ſingulos puberes drachmis: Tunc Themiſtocles hanc
diſſuaſit atheniēſibus diſtributionem: ſed ex pecunia claſſem
ducentarum nauium compararent ad æginēticum bellum.
Hoc enim bellum conflatum græciæ ſalutem attulit cōgens
athenienſes nauticos fieri. Et q̄q̄ hæc claſſis in eum uſum
in quem comparata fuerat non uenit: tamen in utilitatem
græciæ ceſſit. Ipſa iam præparata cum præſto eſſet & alterā
exædificari oporteret: placuit athenienſibus inito poſt oracu-
lum cōſilio barbarū græciā inuadentē cum nauibus opperiri
uniuerſos deo obſequētes una cū græcoꝝ uolūtariis. Et hæc q̄
dē oracula athēiēſibus ſūt reddita. Coactis aūt ī eūdē locum
græcis q̄ p græciā melius ſentiebāt: ītercq; ſe collocutus inter-
poſita fide ibi cōſilio habito uiſū ē ante oīa miſſas faciēdum
pecunias debitas & inimicicias & hoſtilitates. Erāt autē cum
alia alioꝝ bella: tū uero maximū inter athenienſes & ægīetas.
Poſteaq̄ Xerxem cum exercitu ſardibus eſſe audiere: athēiēſes
decreuere cū aliquot in aſia mittendos ad res regis explorā-
das: tū nuncios partim argos ad contrahendam aduerſus p-
ſam belli ſocietatē: partī in ſiciliā ad Gelonē Dinomēis: par-
tim in corcyrā: partim in cretam iubentes opē græciæ ferri eo
animo ut ſi fieri poſſet omnis uis græca unum eſſet: & ad
idem agendum omnes incumberent tanq̄ calamitate cūctis

græcis impendente. Ferebantur autẽ res Gelonis magnæ esse: nec multo minores q̃ græcoꝝ. Vbi hæc eis placuer & in græciã iter se rediere: prĩcipio speculatores ĩ asiã tris uiros miser. Qui cum sardis uenissent in speculando regis exercitu deprehensi sũt: & a ducibus pedestrium copiarũ torti deducebant tanq̃ perituri lata in eos mortis sentẽtia. Id ubi Xerxes audiit reprehensa ducũ sententia mittit quosdã e satellitibus iubẽs ut si uiuos adipiscerent speculatores ad sese deducerent. Eos adhuc superstites adepti satellites prehensos in regis conspectum adduxer: sciscitatus rex qua de causa uenisset: præcepit satellitibus ut homines circunducerent peditatũ oẽm equitatumq; ostentantes & eos ubi contemplando illa expleti fuissent: sine noxa dimitterent quocunq; locorum ire libuisset. Hoc Xerxes ea ratiõe imperauit q̃ cogitabat fore ut si speculatores necati fuissent: neq; græci præsciscerent potentiam suã esse fama maiorem: neq; quippiam ipse læderet hostes tribus uiris interemptis: sed eisdẽ ĩ græciam regressis græci ut se opinari dicebat auditis rebus suis anteq̃ exercitum compararent propriã libertatem traderent: atq; ita non oporteret suscipe molest iam de exercitu in eos ducendo. Hæc sententia Xerxis cũ altera quadam congruit. Nam cum abydi ageret Xerxes: uidit naues cursum tenentes per hellespontum: quæ frumentum e ponto in æginam peloponnesumq; portabant. Quas ubi audiere eius assessores esse hostium: sese ad eas corripiendas accingebant intuẽtes in regem quando id agi præciperet: Xerxes eos interrogauit quoniam illæ tenderent: q̃ cum respondissent ad hos stes duos domine & frumẽto honustæ: Tunc Xerxes excipiens inquit nonne eodem quo isti & nos nauigamus tum rebus aliis: tum uero frumento instructi. Quid igitur hi officiunt nobis: quibus commeatum portant. Ita speculatores rebus inspectis dimissi in europam rediere. Post quorum reditum græci qui contra psam cõiurant nũcios iterum argos miserũt: Quibus argii respõderũt res suas ita habere audisse se iã inde ab initio barbaꝝ excitasse aduersus græciam bellum. & cum accepissent intellexissẽtq;

græcos ſeſe colligere tentaturos perſæ obſiſtere principes fu/
iſſe mittendi delphos :qui deum conſulerent quid ſibi optīe
facientibus eſſet euenturum. Nuper enim ſex milia ſuorum
fuiſſe interempta a lacedæmoniis:& Cleomene anaxandride.
Eaq; de cauſa ſe mittere. Et iis q̄ miſſi fuerant interroganti/
bus ſic Pythiam reſpondiſſe. Finitimis inuiſe deis dilecte be/
atis : Interius tutamen habens impune maneto . Et tutare
caput nam membra tuebitur illud .Hæc illis Pythia prius re/
ſponderat . Poſtea uero q̄ nuncii argos uenerunt: ſenatumq;
ingreſſi mandata rettulerunt : Argii reſponderunt ad ea quæ
dicebantur ſe promptos eſſe in triginta annos pacificare cum
lacedæmoniis percuſſo fœdere :ſed ea conditione imperii ut
dimidium imperii penes ſe eſſet : q̄q̄ ius imperandi ipſoꝝ ſit
tñ dimidiū imperii ſe eſſe contentos .Hoc aiebāt ſuum ſena/
tum reſpondere q̄uis diſſuadente oraculo ſocietatem contra/
here cum græcis q; &ſi formidarent: tamen properare ut fœ/
dus triginta annorum feriretur . Intra quos annos liberi ſui
in uirilem ætatem adoleſcerēt:hac uidelicet ratione ne ſi qua
calamitas ad ſuperiorem accederet ī bello perſico:niſi fœdera
forent in poſterum ſubiecti lacedæmoniis eſſent . His dictis
argiorum a ſenatu quidam e nunciis ſpartanorum ita reſpō/
dit . Quod ad fœdera quidem attineret ſe ad eos qui plures
eſſent relegare : quod autem ad īperium id uero ſibi deman/
datum eſſe ut reſponderet:diceretq; ſpartāis duos eſſe reges :
Argiis unum : ideo non poſſe fieri ut altero utro ſpartæ
regi abrogetur imperium . Et nihil obſtare quo minus
cum iis duobus rex argius parem dignitatem optineat .
Ibi argii negare ſe perpeſſuros inſolentiam: ſed præop/
tare a barbaro imperari ſibi q̄ lacedæmoniis cedere . Atque
ita edixerunt nunciis ut priuſq̄ occideret Sol : ex agro ar/
gio excederent : Alioquin hoſtium loco futuros . Hoc
ipſi argii ſe habere memorant . Aliter tamen per græ/
ciam narratur Xerxem ante q̄ bellum græciæ inferret miſiſ/
ſe argos per caduceatorem qui cum peruenit : ita ferē uerba
feciſſe. Viri argii Xerxes rex hæc nobis īqt . Nos arbitramur

Perſen ex quo nos progẽiti ſumus fuiſſe filiũ ꝙerſei Danaes filii ex Andromeda gẽitum: quæ fuit Cephei filia. Ita ex uobis oriundi ſumus. Quod cum ita ſit: nefas eſt & nos propugnatoribus noſtris inferre bellum : & uos alii opem ferẽdo nobis aduerſarios fieri : ſed potius domi ueſtræ uos cõſidentes ociũ tenere. Nam ſi mihi ex ſententia ſuccedit nullos pluriſq; nos faciam. Hæc argii cum audiſſent rem confeciſſe dicuntur : & a principio diſſimulantes quod actum eſſet nihil poſciſſe græcos : ſed cum ab illis deprehenderentur: tunc partem imperii poſciſſe gnari id lacedæmonios non conceſſuros : ut hoc prætextu ocium agerent: cui rei cõpetit ꝙ quidã græcorum multis poſtea annis geſtum fuiſſe memorant. Cum ſuſis memnoniis alterius negocii gratia eſſent athenienſium nuncii: Callias Hipponici & collegæ qui pariter aſcẽderant : contigit ut argii & ipſi per id tempus ſuſa mitterẽt nuncios : qui Antaxerxem filium Xerxis interrogarent an amicitiam quam cum Xerxe contraxiſſent putaret adhuc durare : an ab illo pro hoſtibus haberentur : quibus Antaxerxes immo uero maxime perdurare reſpondit : nullamq; ſibi ciuitatem amiciorem putare q̃ argos. Verum an caduceatorem Xerxes argos miſerit ad ea dicenda: & an argiorum nuncii qui ſuſa aſcẽderunt Antaxerxem de amicicia interrogauerĩt: pro comperto dicere nõ poſſum: nec ullã de his aliã proferre ſententiã : niſi quã argii proferũt. Id demũ ſcio ſi omẽs homines qui domeſtica mala in medium cõtuliſſent cũ uicinis mutare uolentes mala uicinorũ intuiti fuiſſent libenter: reportaturos rurſum ſingulos ea quæ ipſi attuliſſẽt. Ita non turpiſſime ab argiis actũ ẽ. Ego uero quæ dicũt dicẽ debeo: attamẽ non oĩno omnibus credere: quod in uniuerſũ á me dictũ ſit: quoniam & hoc narrat argios extitiſſe q̃ perſã ĩ græciã accerſierũt. Poſteaq; cũ lacedæmoniis male pugnaſſẽt pro dolore præſẽti q̃d uis præoptantes: Et de argiuis q̃dẽ dictũ ẽ. In ſiciliam autem ad agendum cum Gelone tũ alii nuncii a ſociis iere : Tum uero a lacedæmoniis Syagrus : huius Gelõis ꝓgẽitor fuit Oecetor: qui ĩ gela erat ex ĩſula telo: quæ epitri-

opo obiacet: qui dum gela conderetur a lindiis qui sunt e thodo & anthiophema assumptus non est. Interiecto tamē tempore posteri eius deorum inferorum sacerdotes illic per seuerauerunt oriundi a Teline uno ex ea familia: qui eos illic collocauit hunc in modum. Quidam uiri geloi per seditionem eiecti in mactorium urbem: quæ sita est super gelam profugerunt. Hos Telines gelam deduxit nullis uirorum copiis adiutus: sed horum deorum sacris quæ unde acceperit an ipse possederit: id uero dicere non possum. His sacris fretus eo deduxit illos ubi posteri sui deorum sacrificoli essent. Quæ res mihi admirationi fuit præter ea quæ audio tantum opus Telinē effeciſſe: qualia opera non a quocūq; uiro effici consueuerunt: sed ab eo qui sit casti ingenii robustæq; præstantiæ. Quanq̄ ut fertur ab incolis siciliæ fuisse natura effœminatum ac uiro molliorem. Hunc in modum ille dignitatem hanc adeptus est Cleandro patareo qui septem annos gelæ tyrannide potitus est uita functo: a Sabyllo autem uiro Geloo fuit interfectus. Ibi frater eius Hippocrates suscepit imperium. Quo tyrannidem optinēte erat illic Gelō prognatus Telinis uatis cum aliis multis: quorum usus erat Aenesidemus Patæci satelles Hippocratis. Hæc diu post ob uirtutem declaratus est totius equitatus præfectus. Nam quibus ī bellis Hippocrates & zanclæos & leontinos pugnauitq; cum syracusanis: & permultis barbarorum in iis bellis Gelō extitit uir præclarissimus adeo: ut nulla omnium quas rettuli ciuitatum effugerit Hippocratis dominationem præter syracusanos: quos pugna ad flumen elor̄ superatos corinthii corcyræiq; liberauerūt: sub hac tamē conditione ut syracusani camarinam quæ ipsorum quondā fuisset Hippocrati traderēt. Hippocrates cum totidem ānos quot frater Cleander tyrānidē optinuisset illato siculis bello ante urbē hyblæam periit. Ita Gelon per causam tuendi liberos Hippocratis Euclidem & Cleādrum ubi ciues q abūdarēt dicto amplius audiētes esse prælio uicit ipse geloor̄ imperiū adeptus est liberis Hippocratis domīatu fraudatis. Post hoc

commentum quoſdam ſyracuſanos qui gamori⁹ uocabantur a plebe ſuiſq; ſeruis qui cylliri nominabantur eiectos in patriam ex urbe caſmena reducendo potitus eſt etiam ipſis ſyracuſis. Nam ei uenienti plebs ſyracuſana & urbem et ſe ipſam dedidit. Quam Gelon ubi accepit: Gelam quam tenebat minoris faciens Hieroni fratri demandauit: ſibique ſyracuſas habuit: & quidem pro omnibus urbibus. Ideoq; ea ciuitas confeſtim excucurrit: atque propagata eſt. Nam deductis eo camarinæis Gelon ciuitatē dedit. Camarina euaſa dimidio & eo amplius geloorum itidem ut camarinæis fecit. Nec non megarenſium qui ſunt in ſicilia cum obſeſſi ad deditionem ueniſſent: locupletiſſimos quoſque qui bellum ei intulerant & ob id ſe interfectum iri putarent ſyracuſas traduxit: ac ciuitate donauit. Nam plebem megarenſem quæ belli mouendi fuerat expers: quæq; nihil mihi ſe paſſuram ſpectabat ſyracuſas adductam uenundedit: ex ſicilia abſportandam. Idem hoc fecit euboiis qui ſunt in ſicilia proceres a plebe diſtinguens. Hoc ideo de utriſq; fecit q; arbitraretur contubernium plebis rem eſſe moleſtiſſimam. Ea ratione magnus tyrannus effectus eſt Gelon. Ad quem legati græcorum poſteaq̄ ſyracuſas coramq; uenerunt ita locuti ſunt.

I Acedæmoniiq; pariter & athenienſes: eorūq; ſocii nos miſere ad te in ſocietatem aſſumendum aduerſus barbarum: quem audiſti prorſus bellum græciæ inferre iuncto pontibus helleſponto uirum perſam ſecum omnes eoas ex aſia copias ducentem per ſimulationem belli athenis inferendi nos inuadentem: cum in animo habeat omnē græciam redigere in ſuam poteſtatē. Tu igitur cui magna potentia adeſt: nec minima græciæ portio: Siciliæ prīceps ferto opē iis qui græciam a ſeruitute uīdicat: eāq; una cum illis liberato. Coacta enī cūcta græcia erimus magna manus pugnaq; pares īuadētibus nos. Quod ſi e nobis alii ꝓditoꝛs fuerīt: Id ſyncerꝫ quod ſupererit græciæ exiguum erit. Vnde periculū ē ne oīs

græcia peſſum eat. Neq; enim ſperaueris perſam ſi nos præ/lio ſuperauerit ad te non eſſe uenturum: quin immo hoc ante caueris. nobis nanq; opem ferendo temetipſum tutaris. Rei conſilio geſtæ lætus plerunq; eſt exitus. Hæc legati di/xere. Quibus reſpondens Gelon multus in hac oratione fuit.

u Iri græci inquit inſolentem habetis orationem: qui auſi eſtis me adire hortãtes ad ĩeundam aduerſus ba/barum ſocietatem: cum ipſi me orantem prius aduerſus ex/ercitum barbaricum recuſaueritis ſocium. Nam dum mihi erat cum carthaginenſibus certamen incumbenti ad ultionẽ necis doris Anaxandridæ de egeſtanis exigendam: offerebãq; me adiutorem ad liberanda emporia: unde uobis magna emonumenta atq; uoluptates prouenerant: uos uenire no/luiſtis: neq; mei adiuuandi gratia neq; ultionis de nece dori/ana exigendæ. Itaq; quantum in uobis eſt omnia hæc a bar/baris poſſidentur. Verum nobis hæc in melius reciderunt. Nunc quoniam circumuenit uos atq; attigit bellum: ita de/mum Gelonis memoria facta eſt. Sed contemptus a uobis non ero ueſtri ſimilis: ſed paratus ad opem ferendam ducẽ/tarum triremium & uiginti milium armatorum ac duum milium equitum: totidemque ferentariorum: totidemq; leuis armaturæ: totidem ſagittariorum: totidem fundito/rum: ac rei frumentariæ cunctis græciæ copiis ſuppeditatu/ræ donec fuerit debellatum. Nec me præſtitutum recipio: ſed ea lege polliceor ut ego ſim aduerſus barbarum græco/rum imperator. Aliter neque ipſe uenirem: neque alios mitterem.

e A Syagrus audiens non tulit: ſed o q̃ eiularet inquit pelopides Agamẽnõ ſi audiret ſpartiatas ĩperiũ ſubdi/diſſe Gelõi atq; ſyracuſanis. Tu uero ne feceris huius rei mẽ/tionẽ amplius. Sed ſi tibi animus eſt opẽ ferendi græciæ: eſto ſub imperio lacedæmõioꝝ. Si dedignaris ſubeẽ nõ hẽs aĩmũ opem ferendi. Ad hæc Gelõ ubi uidit uerba Syagri auerſa hãc

ad extremum protulit orationem:

h Oſpes ſpartiata contumeliæ homini factæ ſolent irritare indignationem: Verum tu contumelioſis in me uerbis inuehens non tamen induxiſti me ad uicem contumelioſe reddendam. Sed quando uos ita imperium amplecti bimini multo me magis q̃ uos decet illud amplecti: qui multo maiorum copiarum ac plurium nauium imperator ſum. Cæterum quoniam iſta oratio ueſtra in contrarium nititur: nos aliquantum a ſuperiore noſtra oratione decedemus. Si uos terreſtribus copiis præfueritis: ego nauticis præero. Sin uos mari imperitare iuuat: ego terreſtribus copiis imperitare uolo. Ex quo oportet uos aut alterutra harum rerum eſſe contentos: aut his ſociis deſtituros abſcedere. Hãc Gelon conditionem offerebat. Cui nuncius athenienſis lacedæmonios ante uertens ita reſpondit.

r Ex ſyracuſanorum græcia nos ad te miſit non imperatorum indiga: ſed exercitus. Tu uero præ te fers non miſſurum te exercitum niſi ſis græciæ imperator. Videlicet ut illi imperes affectas. Itaq; quantum ad eam partem pertinet q̃ cuncto græcorũ exercitui præeſſe poſtulas: ſuffecerit nobis athenienſibus ſilentium agere intelligentibus laconem fore idoneum ad reddendam pro utriſq; rationem. Quantum ad illud attinet quod poſcis ut uniuerſæ claſſi præſis ita habeto: nos etiam ut lacon permittat non eſſe permiſſuros præeſſe te claſſi noſtrum munus hoc niſi lacedæmonii id uelint quibus præeſſe claſſi uolentibus non contradiceremus: Alteri uero concederemus nemini. Nam alioquin fruſtra plus nauium q̃ cæteri græci poſſideremus. Si ſyracuſanis imperium crederemus qui ſumus athenienſes & antiquiſſimæ originis: ſoliq; græcorum qui nunq̃ ſolum uertimus: e quibus uirum inſtruendo ornandoq; exercitu aptiſſimum Homerus uerſificator ait Ilium iſſe: ut nõ ſit dedecus nobis iſta commemorare. His Gelon iſta reſpondit.

h Oſpes athenienſis apud uos qui præſint habetis: qui

ſubſint non habetis. Quocirca quum nihil cedere ſed to-
tum optinere uelitis: q̄celerrime hinc retro abſcedatis re-
nunciaturi græciæ uer ex āno illi exaruiſſe: cuius dicti ſenſus
hic eſt. Cum conſtet probatiſſimam anni partem eſſe uer
talem eſſe ſuum exercitum innuebat: quo græcia priuaretur:
quaſi quodam uere: quod illi exareſceret non inita ſecum
ſocietate. Hoc reſponſo Gelonis accepto nuncii græcorum
profecti ſunt. Poſt hæc Gelon timens quidem ille græcis ne
impares barbaro eſſent: tamen indignum atq; intolerandum
ſibi ratus ut profectus in peloponneſum ſubeſſet lacedæmo-
niis qui ſiciliæ tyrannus eſſet: omiſſa hac uia aliam iniit. Nā
ubi primum audiit perſam tranſmiſiſſe helleſpontum: mi-
ſit cum tribus biremibus Cadmū Scythei coum multa cum
pecunia ac placidis ad obſeruādum: quo caſura eſſet pugna
ut ſi barbarus uīcerer ei pecuniam traderet terramq; & aquā
eorum locorum quibus Gelon imperaret: ſin uincerent græ-
ci rurſus pecuniam reportaret. Hic Cadmus ante id tempus
cum tyrānidem coorum a patre accepiſſet ſatis ualidā nullo
aduerſo caſu ſed ob iuſticiam ſua ſponte eam in media ciui-
tate depoſuit: atq; in ſiciliam abiit. Vbi una cum ſamiis urbē
zanclam cuius nomen in meſſanam mutatum eſt tenuit atq;
incoluit. Hunc Cadmum atq; hunc in modum eo profectū
Gelon ob iuſticiam quam illi ex aliis rebus adeſſe nouerat
delphos miſit: cuius hominis inter alia quæ edidit opa iuſta
hoc non ī poſtremis reponitur: q̄ tantum pecuniæ a Gelone
commiſſum interuertēr cum poſſet noluit ſed poſteaq̄ græ-
ci pugna nauali ſuperiores extitere: Xerxeſq; cum exercitu
abiit: & ipſe in ſiciliam rediit cum omni pecunia. Fert' autē
& hoc ab iis qui ſiciliam incolunt Gelonem inducto ad ob-
temperandum lacedæmoniis animo fuiſſe laturum græcis
auxilia: niſi Terillus Crinippi eiectus ex himera ubi erat ty-
rānus a Terone Aeneſidemi agragantinorū monarcho acces-
ſiſſet per id tempus phœnicum & pœnorum & ibero-
rum & ligyorum & eliſycorum & ſardonum & cyrniorum
trecēta milia duce eo; Amilcare Amionis carthaginēſiū rege:

quos Terillus abduxerat cum pſuaſos hoſpitii neceſſitudīe: tum præcipue prompta animi uoluntate Anaxilei critenei thegini tyrāni :qui filios ſuos Amilcari obſides dedit ulciſcē di ſoceri cauſa. Habebat enim Anaxileus in matrimonio Terilli filiam nomine Cydippam. Ita Gelonem cum nequiret auxilia græcis ferre delphos miſiſſe pecuniam : præterea aiūt iidem contigiſſe ut eodem die Gelon & Teron, Amilcarem carthaginenſem in ſicilia ſuperarint : quo græci in ſalamine perſam. Quin etiam Amilcarem qui a patre quidem carthaginēſis: a matre uero ſyracuſanus erat. & ob uirturem carthaginenſium rex cū conflixiſſet prælio uictū e conſpectu, fuiſſe ablatum audio: nec uſq; gentium aut uiuum aut mortuum comparuiſſe. Omnia enim Gelonem indagādo colluſtraſſe. Apud ipſos autem carthaginenſes illius imaginem colentes hæc fama eſt dum barbari cum græcis in ſiciliam ab aurora ad crepuſculum ſine intermiſſione pugnarent tandiu enim extractum fuiſſe prælium. Interea Amilcarem in caſtris permanentem ſacrificaſſe atq; litaſſe ſolida corpora aggerentem in ingentem pyram : ſed conſpectis ſuis in fugam uerſis ut erat in faciēdis ſacris occupatus ſeſe in ignem miſiſſe: atq; ita combuſtum e conſpectu ſublatum. Cui ſiue hoc modo ut phœnices ſiue alio ut carthaginenſes & ſyracuſani memorāt ex oculis ablato nūc carthaginēſes ſacrificant extructis monumentis cum alibi in omnibus ſuis coloniis : tum præcipue in ipſa carthagine. Hactenus quæ ad ſiciliam attinet. Corcyræi aliud nunciis reſponderunt : aliud fecerunt. Nam cum eos idem nuncii qui in ſiciliam ierant adiſſent : & eiſdē quibus Gelonem uerbis allocuti fuiſſent, polliciti ſunt confeſtim ſe auxilia miſſuros ac præſidio futuros negantes ſibi græciam neglectui habendam ſalute periclitātem. Quæ ſi collaberetur nihil aliud ſibi ſupereſſe q̄ ut primo quoq; die ſeruirent. Ideoq; ſibi quoad poſſent illam eſſe adiuuandam. Hæc illi aſpectu ſpecioſa reſponderunt. At ubi ferre opē oportuit aliud habētes ī animo; ſexagīta naues inſtruxeī: ægreq; digreſſi peloponeſo applicauer ac circa pylō &

Tænaron oræ lacedæmoniorum naues in ſtatiõe ſtatuere obſeruantes & ipſi bellum quo caderet deſperãtes fore ut græci ſuperarent: ſed opinantes Xerxem multo ſuperiorem victæ græciæ imperaturum. Itaq; curauere ut hæc uerba apud perſam facerent adhortantibus nos græcis ad hoc bellũ rex quod nõ minimum & copiarum & nauium ſed plurimum ſecũdũ athenienſes habemus: tamen aduerſum te ire uolumus: aut quippiam tibi moleſtiæ facere. Hæc dicendo ſperauerunt ſe plus aliquid q̃ cæteros allaturos: quod etiam ut mihi uidetur contigiſſet. Ad græcos autem excuſationem parauere: qua etiam uſi ſunt. Accuſantibus enim græcis q̃ opem attuliſſẽt: dixere ſexaginta ſe triremes armauiſſe: ſed per uẽtos eteſias ſuperare maleam nequiſſe. Atq; ita ad ſalaminem ſe non cõtulere: nec ullius cladis pugnæ naualis participes fuerĩ. Et iſti quidem ita græcos a ſe ſummouerunt. Cretes poſtq̃ aditi ſũt ab iis græcis quibus hoc negocium datum erat hoc ſibi faciẽdum putarũt: ut certos homines publicitus delphos mitterẽt deum conſulturos nunquid ſibi ſatius foret græciam defendere. Quibus Pythia reſpondit. O ſtulte imputatis uobis quaſcunq; lachrymas ob defenſionem Menelai uobis Minos gemebundus immiſit. Quoniam illi quidem non ſunt ulti cædem Minois in camico factam. Vos autem ulti eſtis illis mulierem e ſparta a uiro barbaro raptam. Hæc cretes allata ubi audiere ab auxilio ferendo ſuperſedere. Siquidem fertur Minoem cum Dædalum ueſtigãs ĩ ſicaniam quæ nunc ſicilia dicitur perueniſſet: ui eius uitæ allata occubuiſſe. Interiecto deĩde tempore omnes cretes præter polichnitanos & præſios diuinitus inſtructos cum magna claſſe in ſicaniam traieciſſe: & quinquennio obſediſſe camicum: quã (ut mea fert opiuio) atragantini incolunt. Ad extremum cum neq; illam expugnare poſſent: neq; permanere fame euecti: ea relicta abiiſſe: & dum circa iapygiam curſum tenent ingenti eos tempeſtate adorta in terram fuiſſe eiectos: laceratiſq; nauibus cũ nullus in cretam receptus oſtenderetur: illic ſubſidentes urbẽ hyriã cõdidiſſe: & mutato nomine p cretibus Iapyges meſſapios

eſſe effectos :& pro inſulanis continẽticos & ab urbe hyria alias incoluiſſe. Quas diu poſt tarentini euertentes magnã in ruinam deuenere. Vt hæc maxima cædes omnium quas nouimus extiterit tum ipſorum tarẽtinorum tum rheginoꝝ quia Micytho chœri ad tria milia ciuium adacti opem ferre tarentinis interiere. Ita ipſorum tarentinorum qui cæſi ſũt numerus nõ eſt initus. Micythus qui Anaxilei famulus erat & procurator rhegii relictus ubi ex ea urbe excidit : tegeã arcadum incoluit : cõpluresq; ſtatuas in olympia conſecrauit. Sed mihi rheginorum & tarentinoꝝ exceſſus ab oratione factus. In cretam igitur deſolatam præſii aiunt cum alios hoĩes cum præcipue græcos ĩmigraſſe: Tertiaq; ab exceſſu Minois ætate res troianas fuiſſe :in quibus non deterrimos extitiſſe cretenſes Menelai defenſores: & ob id eos troia reuerſos una cum ſuis ouibus fame peſtilentiaq; correptos : Iterumq; deſolatam cretã cum reliquis nunc a tertiis cretẽſibus habitari. Harũm rerum memoriam refricando Pythia illos ad ferenda græcis auxilia animatos cohibuit. At theſſali neceſſitate ſubacti circa initia medorum partes fouerunt : cum expectarent non placere illis quæ aleuadæ excogitaſſent. Nam cum primum audiere perſam traiicere in europã: nuncios ad Iſthmũ mittunt ubi prouiſores græciæ delecti e ciuitatibus coacti erãt ad rebus græciæ proſpiciendum. Ad quos poſtq̃ uenere nũcii theſſalorum ita uerba fecere. Viri græci olympiacum ingreſſum cuſtodiri expedit : ut theſſaliæ pariter atq; omni græciæ ſit belli tutamen. Nos equidem ad cuſtodiendum præparati ſumus : ſed nos quoq; debetis multum illic mittere copiarũ: quas niſi mittatis ſcitote nos pactionem inituros eſſe cũ perſa. Neq; enim decet nos adeo ante cæteram græciam poſitos pro uobis ſolos occumbere. Quibus ferre opem ſi recuſatis: nullam poteſtis iniungere neceſſitatem. Nulla nanq; fortior neceſſitas eſt q̃ imbecillitatis. Itaq; per noſmet aliqua ratiõe ſalutem nobis comparare conabimur. Hæc theſſali. Ob quæ græci illuc mittẽdum decreuere exercitum pedeſtrem mari ad ingreſſum cuſtodiendum. Exercitus ubi coactus ẽ per euripũ

nauigauit: qui postq̃ ad algas achaiæ peruẽit egressus illic re-
lictis nauibus in thessaliã cõtẽdit: & ad tẽpe puẽit ad ingressũ
qui ab inferiore macedonia & thessaliam fert iuxta amnem
peneum inter olympum & ossam montes. Ibi castra posuere
græci ad decem milia armatorum coacti: quibus aderat thes-
salorum equitatus ducibus e lacedæmoniis quidem Eueneto
Carini delecto ex polemarchis: q̃q̃ non esset e regio genere. Ex
atheniẽsibus autem Themistocle Neoclis filio. Verum pau-
cos illic dies immorati sunt. Aduenerunt enim ab Alexãdro
Amyntæ uiro macedone nuncii suasum eis ut illinc decede-
rent ne in ingressu perstantes ab exercitu irrumpente procul-
carentur. Videlicet multitudinem terrestrem nauticamq; indicando. Horum consilio græci: (Nam & bene sibi con-
suli & bono erga ipsos animo macedo esse uidebatur) obtem-
perauerunt. Quanq̃ mihi uidentur metu quoq; id suasisse
q; audierãt alium etiam esse in thessaliam ingressum per per-
ræbos in superiori macedonia iuxta urbem gonnon: qua &
transiuit exercitus Xerxis. Ita græci ad naues regressi rursus
ad Isthmum se receperunt. Hæc fuit in thessaliam sumpta
expeditio dum rex in europam ex asia transiturus erat: sed
abydi iam agebat. Thessali a sociis deserti iam nihil ambigẽ-
tes ita prompti ad medos transiere: ut in rebus gerendis sese
regi præstiterint utilissimos. Græci ad Isthmum reuersi ob
ea quæ ab Alexandro dicta erant consultabant: & qua ratiõe
bellum gerendum statuerẽt: & quibus in locis. Euicitq; hæc
sententia ut præsidio aditum thermopylarum custodirent:
quippe qui uidebatur & angustior q̃ ille thessaliæ: & solus: &
ipsorum terræ propinquior. Nam semitam qua græci inter-
cepti postea fuere apud thermopylas haud nouerant prius q̃
quã ducibus trichiniis ad thermopylas hostis peruenit. Hũc
igitur aditum ut tuerentur decreuere ne barbarus transiret in
græciam utq; classis perueheretur histiæotidem oram su-
per artemisium. Hæc enim loca inter se uicina sunt ut audi-
ri utrinq; possint quæ apud alteros gerantur: quæ loca ita se
habent: Artemisium quidem a pelago thracio ex laxitate in

arctum cogitur traiectum: qui est inter insulam sciathum & continentem magnesiæ ab angustiis autem euboiæ iam artemisium excipit littus: in quo est Artemidis idest Dianæ templum. Ingressus uero in græciam per trichinum ubi artissimus dimidii iugeri ē: q̄q̄ ad dexteram regionem non est nec locus artissimus: sed ante postq; thermopylas. Iuxta alpenos a tergo sitos tātummodo ad agendum uehiculum patet anterius iuxta flumen phœnicem prope urbem anthelam solum agendo uehiculo sufficit. Thermopylarum quod mōtis ad hespe uergit īaccessū ē: & prælti præcipitii ptētū usq; ad oetā. quod aūt uiæ uergit ad aurorā id a mari excipitur ac uadosis. In hoc ingressu sunt therma lutra id est calida lauacra: quæ cythrus idest ollas indigenæ uocant: & desuper ara Herculi extructa. Ad hos ingressus murus est ædificatus super quē olim pylæ idest portæ erant. Eum autem ædificauerant phocenses metu thessalorum: ex quo illi ex thesprotis terram æolidem iere habitatum: quam nūc possident. Et quia thessali conabantur eos subigere: præsidio impositio tutabantur: aquamq; calidam īgressui induxere: ut esset lacunosus locus: omnia excogitantes ne in suam terram thessali incursarent. Hic tamen murus quondam extructus maiori ex parte iam uetustate erat collapsum: quo rursus excitato uisum est illis faciendum ut illinc barbarum arcerēt a græcia. Est autem proxime uiam uicus nomine Alpeni unde frumentari græci stabant. Et hæc quidem loca uisa sunt græcis opportuna. Cuncta enim rimati atq; rationati ut ubi barbari neq; multitudine neq; equitatu uti possent: ibi illos græciam inuadētes exciperent. Postea uero q̄ persam in pieria esse audiere: ex Isthmo digressi sunt peditatus ad thermopylas insidendas: Cæteri mare ad artemisium dum græci ut cuiq; præceptū erat propere ad succurrendum tendunt. Interea delphi deum cōsuluere de seipsis pariter & de græcia solliciti. His responsū est ut uentos precarētur: illos enim maximos fore græciæ auxiliatores. Delphi quod accepere oraculum cum iis primum græcis communicare quibus libertas cordi erat: quo nuncio

illos q barbarum magnopere timerent immortali beneficio demeruere. Deinde ſtatuta uentis ara in thya: ubi phanum Thyæ Cephiſi filiæ a qua & locus hic habet nomẽ hoſtias illis immolauere. Propter quod oraculum etiam tunc delphi uẽtos propiciãt. Nauticus Xerxis exercitus ex urbe therma mouens decem ex omnibus nauibus uelociſſimas recta dimiſit ĩ ſciathum: ubi erant tres præſidiariæ naues græcorum troezenia æginetica attica: quæ præuiſis barbarorum nauibus in fugam ſe proripuerunt. Sed ex iis troezeniam cui præerat Praxinus inſecuti barbari continuo excipiunt. Deinde ſtrẽnuiſſimum quenq; ppugnatorũ eius ad proram adductum deinceps mactant. Eorum qui capti mactatiq; ſunt & primo & ſtrennuiſſimo nomen erat Leoni: quo nomine non nihil fortaſſe gloriabatur. Aeginetica uero cuius triearchus erat Aſtonides nõ nihil tumultus hoſtibus præſtitit: q eius epibata erat Pytheus Iſchenoi uir eo die præſtãtiſſimus: qui capta naui tamen eo uſq; pugnando reſtitit donec totus dilaniatus eſt: quem collapſum non mortuum ſed ſpirantem perſæ q nauim ceperant admiratione uirtutis magnum opere pretium putauerunt ut ſeruarent uulnera Smyrna medentes: ſindoneq; byſſina & faſciis obligantes: ac rurſus in caſtra ſua reuerſi hominem uniuerſo exercitui oſtentabant admirabundi ac probe obſeruantes: cum alios quos in eadem iam naui ceperant tanq̃ mancipia aſſeruarent. Duabus nauibus interceptis tertia cui præerat Phormus uir athenienſis dum fugit ad hoſtia penei impacta eſt: qua ſine uiris barbari potiti ſunt. Nam athenienſes ſimul atq; nauem impegerunt: ab ea deſilientes iter in theſſaliam intenderunt: ſeq; athenas receperũt. Huius rei per ignes e ſciatho ẽditos facti certiores græci qui ad artemiſium caſtra habebant. & ob id perterriti illinc chalcidẽ conceſſerunt ad eunpum tutandum relictis per edita euboiæ loca diurnis ſpeculatoribus e decem barbaroꝝ nauibus tres ad herma quod eſt inter ſciathũ & magneſiã nomine myrmeca prouectæ ſunt: quem locum ubi tenuere barbari lapideum illic titulum impoſuere. Qui eſt therma ſoluerunt ubi littus

oculos effugit cum omni classe nauigabant undecim diebus: ex quo rex a therma discesserat iter se dissipatis: sed eos hiems ducebat quod erat in traiectu fere syrtis panimorũ. Hinc totum diem nauigantes barbari oram magnesiam tenuerunt super sepiadem & littus quod est inter urbem casthanæam & oram sepiadem. Ad hunc usq; locum atq; thermopylas exors malorum Xerxis exercitus fuit: & adhuc classis quemadmodum ego supputando inuenio mille ducentarum ac septem ex asia nauium: in quibus a principio e singulis nationibus & erãt milia ducenta & quadraginta unum ac quadringenti. Duce nos supputando uiros in singulis & præter indigenas propugnatores addendo persarum medorumq; ac sacorum tricenos epibatas. Reliquus autem hic exercitus constabat ex triginta sex milibus ducentisq; ac decem. Adiicia huic & superiori numero eos qui sunt ex biremibus: ĩ quaꝝ singulis plures fecerim octoginta potiusq̃ pauciores uiros. Quarum nauium summa ut superius dictum est trium milium fuit. Ita in eis fuerint uirorum uigenti quatuor myriades idest ducenta & quadragĩta milia. Hæc igitur erat classis ex asia unius & quĩquaginta myriadũ uiroꝝ in uniuersum: & præterea septem milia sexcẽti decem. Peditatus fuit decies septies centẽa milia. Equitatus octoginta milia: qbus addo arabes qui camelos & pœnos qui currus agitabant quæ facio uigĩti milia: quæ copiæ classiariæ & terrestres in summam redactæ fiũt ter & uicies centena & præterea decem & septem milia sexcẽti & decem. Has copias ex ipsa asia fuisse contractas dictum est præter seruitia quæ sequebant̃: & eos q in frumentariis uehebant̃. Huic omni enumerato exercitu adiiciendus est ille ductus ex europa: de quo exopinione dicere oportet. Ii græci q sunt e thracia ex insulis thraciæ obiacentibus attulerũt naues cẽtũ uiginti quaꝝ uiri fiũt triginta quatuor milia. Terrestres copias attulere thraces: & pæões & heordi & bottiæi & genus chalcidicum & brygi & pieres & macedones & perræbi & ænienses: & dolopes: & magnetes: & achæi: & q maritima thraciæ habitabãt. Has nationũ reor trecẽta milia hoĩnũ fuisse:

quæ myriades illis aſiaticis adiectæ fiunt in ſummam uirorū pugnantiū ducentæ ſexaginta quatuor & præterea mille ſexcenti ac decem. Hoc tanto pugnatorum numero non pauciora ſed plura fuiſſe arbitror quæ hos comitabāt ſeruitia & eos qui frumentariis in nauigiis erant & in aliis nauibus una cū militaribus uiris uehebātur: quos neq; plures neq; pauciores facio ſed totidem. Ita æquati numero pugnatorum explebūt totidem myriadas: fiētq; quingentæ & uiginti octo myriades & tria milia ducēti & uiginti uiri: quos Xerxes Darii duxit ad ſepiadem uſq; ad thermopylas. Hic uniuerſus copiarū Xerxis numerus. Nam mulierū pinſentiū & pallacū & eunuchorū numerū nemo pro comperto queat dicere: at ne impedimētorum quidē aliorūq; iumentorū ſarcinariorū neq; canum indicorū exercitum comitantum præ multitudīe qſq; inire numerū poſſit. Quo minus miror proditum eſſe fluenta quædā non ſuppeditauiſſe. Magis miror ūde tot myriadibus cibaria ſuppetierint. Nam ſubducta ratione comperio ſi ſinguli quotidie ſingulas frumēti chœnicas ideſt ſemodia non amplius accepiſſent abſumpta fuiſſe ſingulis diebus centū milia medimnorum & trecentos ac quadraginta medimnos: q ſinguli conſtant e ſenis modiis haud annumerando mulieres eunuchoſq; & iumenta atq; canes. In quo exercitu cū tot uirorū milia eſſēt: nemo aut ſpecie aut magnitudine corporis erat q cum Xerxe ipſo poſſet contendere tāq; dignior qui illud impiū optineret. Nauales copiæ poſtq; e ſtatiōe ſoluerūt ꝓuectæq; orā terræ magneſiæ tenuerūt quæ ē īter urbē caſthanæā & orā ſepiadem primæ quæq; naues ad terram habuere ſtationē: aliæ deinceps in anchoris ſtetere ad octauū uſq; ordinē intra mare ꝓcedentes utpote anguſtiore littore q̄ ut claſſem caperet: atq; ita p noctē ſteterē. Sub ipſum uero diluculum ex ſereno cælo & tranquillo cū marē efferueſceret: incidit in eā atrox tempeſtas: ac uehemēs uentus ſubſolanus quē helleſpontiam nuncupāt: qui circa illa loca habitabant. Eum uētū quicunq; augeſcere animaduerterunt & quibus p conditionē ſtationis licuit: ii tempeſtatē præuenerūt: reuulſiſq; nauibus

ſeſe atq; illas incolumes præſtiterunt. At quas naues uētus exteriores nactus é: earum alias ad loca quæ dicūt ipni id eſt furni: quæ ſūt in peleo extulit: alias in littus: alias ī ipſā ſepiadem illiſit: alias in urbē caſthanæā: alias in meliboeā expulit. Erat enim intoleranda uis eius. Enimuero ferunt athenienſes Boreā inuocaſſe ex oraculo alio quod eis redditū ē: ut genes ſuum ad ſibi opitulandum inuocarent. Habet autem ut apud græcos fertur Boreas in matrimonio Horithyiam atticā Erechthei filiam: Ex hoc coniugio (ut fama eſt) athenienſes inducti ſunt ad coniectandū Boream ſibi generū eſſe: & dū in chalcide pro europa excubarēt cum intelligerent auctū iri tēpeſtatē: inuocauerē Boream cui prius ſacrificauerāt & Horithyiā ut ſibi auxilio eſſent: & barbarorū naues corrumperent: quēadmodū prius fecerant circa athon. Num ob id Boreas īgruerit in barbaros apud ſtationē agētes nō queo dicere. Certe athenienſes aiunt & ante fuiſſe ſibi auxilio Boreā: & tunc illud effeciſſe: Atq; digreſſi illinc delubrū Boreæ extruxere ad amnē iliſſum. In hac qui pauciſſimas naues ii non pauciores quadringentis periſſe aiūt: uiros quoq; innumerabiles ac uī pecuniaq; immēſam: Vt Ammocli cratineo uiro magneti maiorē ī modū fuerit fructuoſū hoc naufragiū: q aliquāto poſt dū circa ſepiadē humū fodit multa pocula aurea erecta multa argentea præcepit: Theſaurosq; perſaq; inuenit affatiq; aliarū ex auro req; lucratus ē. & cū alioquī nō eſſet fortunatus e rebus repertitiis mirifice eſt ditatus. Nā fuit ei utilitas quædā ingrata ac doloris cauſa q erat filiis orbatus. Nauium autem onerariaq; aliorumq; nauigiorum quæ perierūt numerus inri non poteſt. Vnde præfecti claſſis ueriti ne ſibi poſt acceptā calamitatem theſſali incurſarēt: excelſum ſibi uallum e naufragiis circundederunt. Triduo enim tempeſtas perſtitit. Quarto tandem die magi inciſiones faciendo & ueneficiis incantando uentum ad hæc Theti at nereidibus ſacrificando tempeſtatem compeſcuerunt. Siue aliter tempeſtas ipſa ſua ſponte ceſſauit. Theti autem ideo magi ſacrificauere q ab Ionibus acceperant Thetim ex eo loco raptam fuiſſe a Peleo:

omnem eam oram ſepiadem illius eſſe aliarumq; nereidum. Et uentus quidem quarto die conquieuit. Atq; græcis diurni ſui ſpeculatores ex euboicis uerticibus decurrentes. Altero ab exorta tempeſtate die indicarunt omnia quæ circa naufragium contigerant. Quæ iſti ubi audiere fuſis prius liberatori Neptuno libamentis celerrime rurſus ad artemiſium reuehuntur ſperantes ſibi paucas aliquas naues fore contrarias. Ita ad artemiſium profecti iterum ſtationem habuere ad tẽplum Neptuni cognomine liberatoris: quod nomen ab illis inditum ad hoc uſq; tempus perdurat. Barbari poſteaq̃ uentus conquieuit & fluctus conſtrati ſunt reuulſis nauibus ad continentem enauigabant circumuehẽteſq; promontorium magneſiæ rectum curſum in ſinum qui ad pagaſæa fert tenebant. In hoc magneſiæ ſinu locus quidam eſt: in quo fertur Hercules cũ e naui argo aquatum miſſus eſſet derelictus fuiſſe ab Iaſone atq; a ſociis: dum ĩ terram colchidem ad uellus nauigarent. Illinc enim aquati in pelagus erant abituri: eaq; de re nomen loco fertur eſſe aphetæ ideſt dimiſſæ. Hoc in loco xerxianæ naues ſtationem habuerunt: quarum quindecim quæ longe ultimæ appellabantur: proſpectis græcorum ad artemiſium nauibus ratæ ſuas eſſe in medium earum & ad hoſtes delatæ ſunt: quarum dux erat Sãdoces Thamaſii Cumæ æolidis præfectus: quem ante Darius ob hanc cauſam captum cruce affecerat: q̃ cum e regiis iudicibus eſſet iniquã ſententiam ob pecuniam tulerat: Sed eius in cruce ſuſpenſi Darius reputãs plura peccatis eſſe beneficia in domum regiã collata. Hoc reperiens agnoſcenſq; properantius ſe q̃ prudẽtius egiſſe hominem ſoluit. Ita regem Darium elapſus ac uitæ reſtitutus tunc in græcos delatus nõ iterum erat elapſurus. Hos ad ſe curſum tenentes græci ubi uidere cognito hominum terrore aggreſſi repente cepere. In quarum nauium una captus eſt Aridolis alabandenſium qui ſunt in caria tyrannus: in altera Pẽthylus Demonoi dux paphius: qui e papho duodecim naues conduxiſſet: amiſſis earũ undecĩ tẽpeſtate quæ ad ſepiadẽ extiterat cũ una quæ ſupabat tẽdens ad

artemisium captus est. Hos græci quæ uolebant de Xerxis exercitu scisciti uinctos ad corinthiorum Isthmum dimisere. Cæteram barbarorum classis præter quindecim naues quibus præfuisse Sandocem dixi ad aphetas peruenit. Xerxes cū terrestribus copiis per thessaliam & achaiam iter faciens triduo euasit in melienses cum in thessalia certamen curule fecisset suas equas experiendi gratia: q illic optimas græcarum equas esse audiebat. In eo certamine multo inferiores græcæ. Fluuiorum qui sunt in thessalia solus Onochonus potanti exercitui non suffecit. Xerxi ad littoralia achaiæ tendenti perductores sui cuncta referre cupientes enarrabant id quod de templo Iouis laphystii ab indigenis enarratur. Athamantem Aeoli filium inito cum Ino consilio necem Phryxo machinatum. Deinde achæos ex oraculo tale certamen illius posteris proposuisse: ut qui eo genere maximus natu esset: huic aditu curiæ ideſt prytanei quam lectum achæi uocāt interdiceretur: ipsis excubias agentibus siquis adisset non prius adire posset q̄ mactatus esset. Ita multos cum iam mactandi essent: eo metu in aliam profugisse regionem. Interiecto deinde tempore cum reuersi essent & in prytaneum ingressi essent deprehensi toto corpore coronis cooperto & cum pompa eductos mactari consuesse. Hoc posteros Cytissori Phryxo gēiti ob id pœnas quod cum achæi expiationem loci facientes ex oraculo Athamantem Aeoli essent immolaturi: Cytissorus iste e terra colchide uenies illum liberauit. Eoq; facto posteris eius iram dei fuisse iniectam. Hæc cum audisset Xerxes ubi ad lucum affuit & ipse ab eo abstinuit & idē suis copiis imperauit. Domumq; item prognatorum Athamantis ac phanum uenerratus est. Hæc in thessalia achaiaq; a qbus locis pcessit Xerxes in melidem iuxta maris sinū circumiectus ē. Locus cāpester alibi spacioſus: alibi artus admodū. Et ipsi campo circūiecti mōtes editi atq; inaccessi omnem meliadem cīgētes regionem quæ petræ thachiniæ nominātur. Prima in sinu urbs ab achaia euntibus est anticyra: quam amnis sperchius præterlabens ex enienſibus ī mare defluit: A quo alter amnis

niginti ferme ſtadiis abeſt: cui nomen inditum eſt dyras: quę fama eſt emerſiſſe ad ferēdam ardenti Herculi opem. Ab hoc totidem ſtadiorum intercapedine alius amnis eſt qui uocatur melas: ideſt niger. Vnde urbs trechis quinq; ſtadia abeſt ſita in ampliſſimo regionis ſpacio a montibus ad mare utpote duobus & uiginti milibus iugerum planicie montis: qui terram trachiniam circundat. Ad trachinis meridiem amphractus eſt: per quem Aſopus circa radices montis defluit: ad cuius meridiem alius non magnus amnis eſt nomine phœnix ex his montibus in aſopum defluens. Iuxta phœnicem angustiſſimum uiæ ē: Quippe qua muro coartata modo plauſtrum agi poteſt a flumine phœnice ad thermopylas quindecim ſtadiorum eſt interuallum: in quo uicus eſt nomine anthela: quem præterfluens aſopus in mare euoluitur: & ei locus ſpacioſus ē circūiectus: ubi templum Cereris Amphyctionidis extructū uiſitur: & ſedilia amphictyōibus & ipſius Amphictyōis delubrum. Et Xerxes quidem in trachinia melidis caſtra habebat. Græci uero in tranſitu qui locus a plerisq; græcorum uocatur thermopylæ: ab indigenis autem atq; accolis pylæ. Hæc erāt utrorunq; caſtrorum loca Xerxe oībus quæ ad uentum Boream ſpectant uſq; ad trachinem potito græcis: quæ per hanc cōtinentem ad auſtrum & meridiem ferunt tenentibus. Qui hoc in loco perſam græci opperiebātur. Hi fuere ſpartanorum trecēti armati: Tegeitarum & mātineorum mille totidem ex utriſq;. Ex orchomeno arcadiæ centum uiginti: ex reliqua arcadia mille. Tot quidem ex arcadia. A corintho autem qnadringenti. A phliunte ducēti: & mycenorum octoginta. Hi e peloponneſo aderant a boetiis: Theſpienſes ſeptingenti: Thebani quadringenti. Præter hos euocati erant locrenſes opuncii cum omni copia & phocenſium mille. Ipſi enim græci eos euocauerant miſſis nūciis qui dicerēt ſe quidem præcurſores aliorum ueniſſe. Cæteros autem ſocios propediem expectari: tutelam uero malis eſſe ī athenienſium præſidio æginetasq;: & eorū quibus res naualis iniuncta eſſet: Nec ſibi quippiam eſſe formidoloſum. Nō

enim deū eſſe qui bellum græciæ inferret: ſed hominem. Nec mortalem quempiam aut eſſe aut fore qui ex quo natus eſt mali exors ſit: & ut qſq; maximus ē: ita ei deberi mala. Itaq; cum mortalis ſit qui bellum inferat ab opinione eſſe caſurū. Hæc illi audientes in tarchinem auxilio iere. Erant his cum alii duces ſuæ quiſq; ciuitatis: tum uero penes quem ſumma imperii erat quem maxime admirabātur lacedæmonius Leonides Anaxandridæ: qui Leōtis: qui Eurycratidæ: qui Anaxandri qui Eurycratis: qui Polydori: qui Alcamenis: q Telecli: qui Archelai: qui Ageſilai: qui Doryſſi: q Leobotis: qui Echeſtrati: qui Hageſis: qui Euryſthenis: qui Ariſtodemi: qui Ariſtomachi: qui Cleodæi: qui Hylli: qui Herculis filius fuit adeptus ex inopinato regnum. Nam cū duo forent ei fratres natu maiores Cleomenes & Dorieus: aberat a cura regni adipiſcendi. Verum Cleomene ſine uirili ſobole defuncto & Dorieo iam non ſuperſtite: ſed & ipſo in ſicilia uita functo: ita regnum ad Leonidem peruenit: qui Cleombroto maior natu erat. Is enim nouiſſimus fuit Anaxandridæ liberorum: habebatq; in matrimonio Cleomenis filiam: quidum ſe ad thermopylas cōtulit: delegerat trecentos e primoribus uiros: & quibus filii erant: aſſumpſeratq; eos thebanos: quorum de numero feci mentionem: quorum dux erat Leontiades Eurymachi. Hac de cauſa Leonides dedit operam ut græcos ſumeret ſolos: q eos maxime inſimulabat: quia cum medis ſentirent. Euocabat igitur eos ad bellum ſciendi cupidus an una mitterent auxilia: an ex profeſſo adimerent græciæ ſocietatem. Sed illi aliud ſentientes tamen auxilia miſerūt. Eosq; qui cum Leonida fuer primos miſert ſpartiatæ: ut his inſpectis laii ſocii in militiam proficiſcerentur: ne ue cum medis ſētirent ſi eos ſuperari audirent. Ipſi autem celebratis carniis (hæc enim ſacra morabantur eos) relictis ſpartæ cuſtodibus erant cum omni copia illuc celerrime ituri auxilio. Reliqui etiam ſocii ad id agēdum itidem animati: nā tēpus olympiadis ī hæc negocia ſciderat: haud ſuſpicati tam cito apud thermopylas bello decernendum præcurſores miſerant. Ita iſti

ſibi faciendum ſtatuerant. At ii græci qui apud thermopylas erant ubi ad ingreſſum perſa aduẽtabat metu perculſi de dicendo conſultabant. Cæteri peloponnenſes cenſebant faciendum ut reuerſum peloponneſum: Iſthmi cuſtodiam agerẽt. Huic ſententiæ cum infenſi eſſent phocenſes & locri: Leonides ſuadebat illic perſtãdum & nuncios ad accerſendas ſubſidio ciuitates dimittẽdos tãq̃ ſe pauciorĩbus q̃ ut medorum exercitum arcerent. Hæc iſtis conſultantibus Xerxes equitem quendam ad ſpeculandum quot illi eſſent & quid agerẽt mittit. Audierat enim iam tum cum in theſſalia eſſet eo loci contractam eſſe exiguam copiam eiuſq; duces eſſe lacedæmonios atq; Leonidam e genere Herculis. Eques ubi ad ſtationem græcorum ſucceſſit contemplatur aſpicitq; nõ ille quidem omnes milites: nam eos qui intra murum quem exciſauerant excubabant intueri nequibat: ſed eos qui extra murum agebant. Erant autem eo tempore exterius manendi in lacedæmoniorum ſtatione uices. Eos animaduertit partim ſe ludo gymnaſtico exercentes: Partim comam pectentes. Hæc cum admiratione intuitus eorum numero ac cæteris omnibus plane cognitis perocium ſeſe recipit. Nemo enim illorum inſequebatur: ſed hominem magno contemptui habebant. Regreſſus ad Xerxem cuncta quæ inſpexerat refert. Quæ Xerxes audiens non poterat coniectarĩ quidnam molirentur tanq̃ quoad poſſent perituri pariter & hoſtem perdituri. Sed cum ridiculam rem ſibi facere uiderentur: accerſit ad ſe Demaratum Ariſtonis qui in exercitu erat: quem ut uenit interrogauit horum ſingula cupiens noſſe quid ab lacedæmonĩs ageretur. Et ille audiſti inquit antea me dum aduerſus græciam proficiſceremur de his uiris. Et cum audiſſes loquentem hæc quæ euentura prouidebam deriſui habuiſti. Quanq̃ mihi ſummum diſcrimen eſt aduerſus te rex ueritatem tuẽti: audias tamen nunc quoq; ueritatẽ. Hi uiri ad nobiſcum pugnandum de ingreſſu uenere atq; hoc apparant. Nam ita ſeſe apud eos habet conſſuetudo. Quotiens adire animæ periculum debent tunc capita comunt: quod ſcies

ſi hos & qui ſpartæ manſerunt ſubegeris: Nulla hominum gens alia eſt quæ contra te rex audeat tollere manus. Etenim nunc aduerſus regnum inter græca pulcherrimum atq; uiros præſtantiſſimos tendis. Xerxe'q; hæc eis admodum incredibilia uiderentur quæ dicerent' interrogante quo pacto tantillæ copiæ cum ſuis pugnaturæ eſſẽt: rurſus inquit pro uano me ducas niſi hoc tibi ut ego aio uſu uenerit. Hæc dicens tamen Xerxi non perſuaſit. Itaq; quatriduum Xerxes ſuperſedit ratus eos illinc fugam eſſe facturos. Quinto die cum putaret impudentiam illorum atq; temeritatem eſſe in permanendo ira percitus: medos in eos ac ciſſios mittit imperãs ut illos caperent uiuos: & in conſpectum ſuum adducerent. Medi ubi facto impetu in græcos impreſſionem fecerũt multi cadebãt: aliiſq; ſuperuenientibus nihil tamen promouebant: & ſi uehementer ingruebant: Palam facientes cum aliis omnibus tũ uero ipſi regi ſe quidem multos homines eſſe: at paucos uiros. Fuit autem hic pugnæ cõgreſſus interdiu. Poſt ubi medi ſe ægre tutabantur: tum uero ipſi ſe ſubduxere: perſæq; ſubeuntes excepere ii quos immortales rex appellabat: quorum dux erat Hydarnes tanq̃ facile hoſtem profligaturi. Vbi & hi cum græcis congreſſi nihilominus q̃ medi proficiebant: ſed eodem modo pugnabant utpote lõgioribus haſtis q̃ græci utẽtes & in locis anguſtis ubi nullus multitudinis erat uſus. Ibi lacedæmonii dignam memoratu pugnam edebant cum aliis in rebus oſtẽtantes ſe perite inter imperitos pugnare: tũ uero q̃ quotiens terga uertebant conferti fugiebant. Quos barbari dum fugientes cernerent cum uociferatione & crepitu ingruebant. At græci rurſus ſe conuertentes aduerſis pectoribus eos excipiebant & q̃uis innumera multitudine proſternebant: Aliquod tamen illic ex ipſis ſpartiatis occubuere. Perſæ poſteaq̃ & cateruatim & uniuerſis copiis iter occupare conati: nihil tamen promouebant iterum ſeſe receperẽt. Fertur Xerxes cum ad ſpectaculum adeſſet in ipſo congreſſu pugnandi terq; ſolio reſiliiſſe q̃ uidelicet exercitui ſuo timeret. Poſtero die nihilo melius barbari præliati ſunt.

Nam ſperantes fore ut illi qui pauci eſſent & ſauci nequirent manus leuare ad pugnandum cum cõflixiſſent eos græci excepere inſtructis ordinibus & in ſuo quiſq; loco ac per nationes digeſti: præter phocenſes qui in monte ad iter obſidẽdum locati erant. Perſæ ubi nihil aliud q̃ pridie agendum uident abſcedunt: Ibi regem ancipitem quodnam in re præſenti conſilium capeſſeret: Epialtes Eurydemi allocuturus adiit tanq̃ magna aliqua re ab illo remunerandus indicauit ei tramitem qui per montem ad thermopylas ferebat: quo factionem eorum græcorum qui illic erant euertit. Is poſtea lacedæmoniorum metu in theſſaliam profugit: cuius profugi Pylagoræ amphictyones apud pilæam congregati caput pecunia licitati ſunt: qui interiecto deinde tempore ab Athenade uiro trachinio anticyræ (Nam illuc redierat) interemptus eſt: quem &ſi ob aliam cauſam quam ego in ſequentibus reddam Athenades hic interemit: nihilo tamen ſecius ab lacedæmoniis premio affectus eſt. Hunc in modum Epialtes poſtea interiit. Eſt & alia quæ fertur fama. Onetem Phanagoræ uirum caryſtium & Copridalum anticyrenſem fuiſſe: qui ea dixerint regi & circum montem perſas deduxiſſe: quod apud me prorſus fide caret. Nam hinc licet cõiectemus primum q̃ græcorum Pilagoræ non Onetæ & Copridali ſed Epialtæ thrachinii caput pecunia licitati ſunt: q̃ ſcilicet eum compertiſſimum haberent. Deinde q̃ Epialtem ob hanc cauſam ſcimus ſe fuga prorupuiſſe. Poſtremo q̃ Onetes qui non erat melienſis ita demum tramitẽ illum nouiſſet ſi in ea regione permultum diuerſatus fuiſſet. Ideoq; Epialtæ culpam aſcribo q̃ perſas per mõtem circunduxit & ad tramitem perduxit. Xerxes ea quæ Epialtes ſe confecturum ſpondebat probans ac maiorem in modum lætus ſine mora Hydarnẽ cum iis qbus præerat copiis miſit. Ille circa lucernarum incẽſionem ideſt ſub crepuſculum e caſtris profectus ẽ: & tramitem ingreſſus & quẽ tramitẽ indigenæ meliẽſes ueſtigauerũt eoq; inueſtigato theſſalos deduxere aduerſus phocenſes eo tempore quo phocẽſes interſepto

muris tranſitu ad arcendum bellum in præſidio erant extrinſecus nihil admodum præſeptus tranſitus erat: cum nihil eſſet utilis melienſibus. Etenim ſic ſeſe habet ille callis. Ab aſopo fluuio qui per mõtis meat anfractum incipit: cui mõti ac uiæ idem nomen eſt inditum anapæa. Hæc anapæa p dorſum montis extenta deſinit iuxta alpenum urbem: quæ prīa eſt ex locridibus: melienſes uerſus ac iuxta lapidem noīe melampygon ideſt nigrũ fontem: ac iuxta cercopon hedras hoc eſt malicioſorum ſedes: ubi anguſtiſſimus callis eſt. Hac uia atq; ita ſe habente perſæ aſopum tranſmittẽtes iter tota nocte fecerunt a dextra cæteos mõtes ad ſiniſtram terram trachiniorum habentes: ac ſub exortum auroræ in cacumen montis euaſerunt: quo in loco ſicut ſuperius oſtenſum eſt mille phocenſium armatorum præſidium excubabat: tũ ad ſuam terram: tum ad uiam tutandam. Nam tranſitus inferior a quibus dictum eſt cuſtodiebatur q; eam per montem uiam ultro ab Leonide acceptam obſidebant: qui hoc modo perſas aſcendiſſe animaduerterunt. Cum eos illi toto monte conſcẽdendo propter frequentiam quercuũ latuiſſent: tamen edito multo ſtrepitu (ut res poſtulat) frondium ſubter pedes cõſtratarum (erat enim cæli tranquillitas) phocenſes recurrerunt & dum ſibi arma induũt cõfeſtim barbari affuer̃: qui cõſpicati uiros arma ſibi circundantes obſtupuere. Quippe qui ut in exercitu aſſeueratum fuerat neminem ſibi ſperabãt occurſũ. Ibi Hydarnes perteritus ne phocenſes lacedæmonii forent: Epialtem perconctatus eſt quiſnam ille eſſet exercitus. Mox certior rei factus perſas tanq̃ in aciem inſtruxit. Quorũ miſſilibus multis crebriſq; phocenſes cum ferirentur fugam fecerunt in uerticem montis: gnari aduerſum ſe ab initio illos ueniſſe: & ſe præparabant tanq̃ perditi. Ita iſti ſentiebant. Verum eis ſpretis ii qui circa Epialtem & Hydarnem erant perſæ rapidi de monte deſcendunt. At iis græcis qui apud thermopylas erant primum uates Megiſtias extis īſpectis indicauit mortem illis pariter & ſibi impendere. Deinde tranſfugæ notum fecere perſas mõtẽ circuire: ſed hi adhuc p noctis

tempus tertio loco ſignificauere ſpeculatores diurni qui a uerticibus montis decurrerunt iam die illuceſcente. Hic iter ſe conſultantes græci ſententiis diſcrepabant. Alii enim ſtationem non deſerendam ſuadebant. Alii id diſſuadentes cõtendebant. Ita diſſidentium partim abſcedunt: dilapſiq; in ſuam quiſq; urbem ſe recipiũt: partim qui cum Leonide erãt ad illic perſtandum ſe accingunt. Fertur autem ipſe Leõides eos qui abſceſſere dimiſiſſe de illoꝝ uita ſolicitus. Se uero & ſpartiatas qui adeſſent non facturos e ſua dignitate ſi ſtationẽ deſereret: ad quam tutandam ab initio ueniſſent. Cæteꝝ ego magis illi opinioni accedo: Leonidem poſteaq̃ animaduertit ſocios ignauos: & inuitos eſſe ad periculum ſubeũdũ ueniam eis abeundi dediſſe: ſibi uero decedere inhoneſtũ putaſſe: permanenti autem illic ingentẽ gloriam futuram: & ſpartæ nnnq̃ defuturam felicitatem ſperaſſe. Siquidem iam inde ab initio moti belli ſpartiatis a Pythia redditũ erat oraculum fore ut aut ſparta euerteretur a barbaris: Aut rex eius occumberet: quod oraculum hexametris illa ueſibus reddidit in hæc uerba. Vobis ampliuagæ colitis qui mœnia ſpartæ: Aut urbs clara dabit perſa uictoꝝ ruinam: Aut ſi non erit hoc oriũdus ab Hercule quidã Flebitur extictus rex in lacedæmonis ora. Nã neq; tauroꝝ neq; uim feret ille leonũ: Sed Iouis & cuius reor haud tolerabile robur. Alterutrum donec paſſim diſcerpſerit horũ. Hæc reputantem Leonidẽ cupidumq; gloriæ comparãdæ crediderim ſolum ex ſpartiatis remiſiſſe ſocios potiuſq̃ illos qui abierũt in ſententiis diſſidentes tã deformiter abiſſe. Cui rei non minimo id mihi teſtimonio ẽ. Vatẽ Megiſtiã huius expeditiõis comitẽ qui ferebat acarnas eſſe: & a Melampode oriũdus prælocutũ ex extis ea quæ erãt euentura: eũdemq; cum propalam a Leonide dimitteretur ne ſecum periret tamen abſcedere noluiſſe: filium modo qui ei unicus erat una militantem miſſum feciſſe. Ita ſocii quos Leonides remittebat ei obtemperantes abiere. Theſpienſes tantum atque thebani perſtitere cum lacedæmoniis. Thebani quidem inuiti ac nolentes quippe quos Leonides

loco obſidum deſtinebat. Theſpienſes uero libentiſſimi qui negauerunt ſe Leonida & qui cum eo erant deſertis abſceſſuros: Permanenteſq; una cum illo occubuerunt: quorū dux erat Demophilus Diadromei. Xerxes ſub exortū ſolis libaminibus factis tātiſper moratus dum tempus eſſet quo forum ſolet maxime frequens eſſe hominibus e caſtris mouit. Et enim ita ab epialta erat mandatum. Nam deſcenſus a mōte cōpendiarius magis ac breuioris multo ſpacii q̄ circuitus mōtis atq; aſcenſus. Barbari qui circa Xerxem erant ad Leonidē & ad græcos qui cum eo erant acceſſere: & iſti tanq̄ ad necem iam multomagis q̄ a principio fecerant progreſſi ſunt ad fauces introitus laxiores. Nam munitiones muri eos tutabāt & cum ſuperioribus diebus in loca arctiora prodeuntes dimicaſſent: tunc extra anguſtias facto concurſu permulti barbarorum cadebant. Nam duces a tergo ſui quiſq; agminis uerberibus quæ geſtabant ununquenque cedebant aſſidue ad procedendum adhortantes: Multi eorum in mare decidentes: abſumebantur. Multo plures inuicem uiui proculcabantur cum nulla prætereuntis ratio haberetur. Cumq; ſcirēt impendere ſibi necem ab iis qui montem circuirent: quod roboris habebant id omne in barbaros oſtendebant ingruētes ac ſeſe intrudentes. Quorum pleriſq; cum iam lanceæ diffractæ eſſent non nulli gladiis perſas obtruncarent: tunc Leonidas ī hoc labor̄ cecidit nauata ſtrēnuiſſīe opera & cū eo alii inſignes ſpartani: quorum ego tanq̄ ſtrennuorū uirorū noīa audiui. Et quidem trecentorum omnium perſarum quoq; illic cum multi alii tam celebres ceciderunt q̄ incelebres: tum uero duo Darii filii Abrocomes & Hyperātes: quos Darius ex Phratagima Atarnis filia tulerat. Atarnes aūt Darii regis frater Hyſtaſpiſq; Arſamei filius: qui dum Dario filiā nuptū dedit omnem inſuper ei domum tradidit ut qui eſſet unicæ pater. Hi duo Xerxis fratres ſuper cadauer Leōidæ pugnātes occubuere adeo uehemēti perſa & lacedæmonio q; conflictu: ut græci ter hoſtibus in fugam uerſis cadauer Leōidæ uirtute ſubtraxerint: & eo uſq; perſtiterint: dum ii qui cum epial-

tæ erant affuere : quos ubi audiere græci tum uero pugnandi ardor immutatus eſt. Nam ad anguſtias uiæ ſeſe recepere: & introgreſſi murum tumulum quendam occupantes adden/ſati inſedere cuncti præter thebanos. Eſt autem tumulus in ingreſſu ubi nunc ſuper Leonidem ſtat lapideus leo. Hoc in loco defenſantibus ſeſe gladiis quia adhuc eis ſupererant barbari circunfunduntur: & manibus & uocibus īceſſentes. Alii ex aduerſo urgentes & munitionem muri ſubruentes: Alii undiq; circumuenientes circumſtanteſq; lacedæmonios atq; theſpienſium cum tales extiterint præſtantiſſimus tamē extitiſſe fertur Dieneces ſpartanus: quem anteq̄ cum medis cōfligeretur: hoc dixiſſe aiūt: cū a quodam trachinio audiſſet barbaros præ multitudine ſagittarum quas emitterēt ſolem obducere: tantam eorum eſſe copiā adeo non expauefactus eſt: ut parui faciēs medorum turbam reſpondent Omnia ſi/bi bona trachinium hoſpitē nunciare ſi medi Solem obduce/rent ſe ſub umbra cum illis non in ſole pugnaturos. Hæc & alia huiuſmodi dicta memoratu digna aiunt Dienecem lace/dæmonium reliquiſſe. Secundum hunc e lacedæmoniis duo fratres præſtantiſſimi ferūtur fuiſſe Alpheus & Macron Or/ſiphanto genitī e theſpienſibus dithyrambus Harmatidei: His eo locī ubi ceciderunt ſepultis & iis qui priuſq̄ ſocia Leonide remiſſi ſunt occubuerant: epigrammata his uerbis inſcripta ſunt: Terdecies centum hic certarunt milibus olī E peloponneſo bis modo mille uiri. Hæc uniuerſis ſuper/ſcripta ſunt: Illa peculiariter ſpartiatis. Nos lacedæmo/niis refer hic peregrine iacentes Exhibito illorum uocibus obſequio. Hoc epigramma inſcriptum eſt lacedæmoniis illud uatī. Nobilis hoc buſtum eſt medi occidere Megi/ſtæ Sperchium ad fluuium non ſed inultus obit. Qui uates obitum q̄uis præſciret adeſſe Spartæ haud ſuſtinu/it deſeruiſſe duces. Qui hos epigrammatis & cippis exornārunt: Amphictyones fuere præter epigramma uatis Megiſtæ. Quod Simonides Leoprepis filius pro/pter hominis familiaritatem inſcripſit. Ex his trecentis

duo Eurytus & Ariſtodemus feruntur ob extremam lippitudinem e caſtris ab Leonida remiſſi: & in alpenis decubuiſſe: & communicato inter ſe cõſilio cum liceret aut ſalutem ſibi parere ſpartam uerſus: aut ſi reuerti recuſarẽt una cum aliis occumbere in neutro horum quæ licebat eis facere inter ſe cõueniſſe: ſed cum ſententiis diſcreparent: Ariſtodemus quidẽ præ ignauia remanſiſſe. Eurytus uero audita perſarum circuitione petiſſe arma: ſeq; eis indutum iuſſiſſe ſeruum ut ad pugnantes deduceret: Ille ubi deduxit fugæ ſe mandauiſſe. Hic dato in agmen impetu occubuiſſe. Quod ſi uel Ariſtodemus ſolus redire ſpartam neglexiſſet: aut ſi ambo reduces fuiſſent: uidentur mihi ſpartiatæ nullam iis pœnam irrogaturi fuiſſe. Nunc altero eorum extincto in hũc q habens eãdem occumbendi occaſionem: tamen occũbere noluerit: neceſſario debuiſſe magnopere iraſci. Quidam hũc in modum & ob hãc cauſam Ariſtodemum ſoſpitem rediſſe ſpartã aiũt. Alii enim cum ab exercitu pro nũcio mitteretur & poſſet pugnæ quæ fiebat adeſſe: tamen recuſaſſe: ſed moratum in uia fuiſſe ſuperſtitẽ: ſociumq; eius qui una mittebatur in pugnã profectum oppetiſſe. Ariſtodemus lacedæmonẽ regreſſus probro & ignominia notatus eſt: probro q eum nemo neq; igni neq; alloquio impertiuit: Ignominia q Ariſtodemus fugax appellatus eſt. Verum hic omnem ſibi obiectam culpam in pugna apud platæas geſta deleuit. Fertur item alius ex eiſdem trecentis ſuperfuiſſe in theſſaliam pro nuncio miſſus: cui nomen erat Pantite. Sed ſpartam reuerſus cum opprobrio eſſet ſeſe ſtrangulaſſe. Thebani quorum dux erat Leontides ui retenti aduerſus regis copias tamen a partibus græcorum e quibus erant dimicauerunt. At ubi res perſarum ſuperiores eſſe animaduerterunt: ibi a græcis qui cum fuerant ad tumulum ire properantibus ſe diſſociantes manus ad barbaros protenderunt: ad eoſq; propius acceſſerunt referentes quod ueriſſimum erat ſeſe cum medis ſenſiſſe: terramq; & aquam regi inter primos dediſſe: ac ui coactos ad thermopylas uẽiſſe: & a culpa cladis illatæ abeẽ.

Hæc regi allegantes quorum etiam theſſalos teſtes habebant ſeruati ſunt: non tamen uſq; quaq; fortunati. Nam barbari qui eos cepere aliquot ut accedebant obtruncauerunt: pluribus iuſſu Xerxis regias notas inuſſerat a duce Leotida exorſi: Cuius filium Eurymachum poſtea platæenſes quadringentorum thebanorum ducem & urbem ipſorum occupaſſet iniere mere. Hunc quidem in modum græci ad thermopylas dimicauerunt. Xerxes autem accitum Demaratum interrogauit hinc orſus: Demarate uirum te bonum eſſe indicio ueritatis experior. Quæ enim dixiſti ea omnia perinde euenere. Hunc hoc mihi pandito quotnam ſunt lacedæmonii quotue eorum tales ī re bellica an & uniuerſi? Cui Demaratus multitudo rex inquit lacedæmoniorum omnium magna eſt & ciuitates multæ. Quod autem diſcere uis a me ſcies. Eſt in lacedæmone urbs ſparta octo milium ferme uirorum: qui omnes his qui hic pugnauere ſunt ſimiles: Cæteri lacedæmoniis nō illi quidem ſimiles: ſed tamē uiri ſunt ſtrēnui. Ad hunc Xerxes Demarate inquit agedū expone quo pacto hos uiros minima cū difficultate ſubigamus. Tu nāq; calles quo tendant eorum conſilia utpote quorum rex fuiſti. Cui Demaratus: Tum cum inquit me rex libenter conſulas æquū ē me tibi quod optimū ſit expromere id quod uis hoc pacto fiet: ſi trecentas naues cum ſuis propugnatoribus in orā lacedæmonem mittas. Adiacet autem illi inſula nomine cythera: quam obrui mari q̄ extare conducibilius eſſe lacedæmoniis Chilon aiebat uir apud nos ſapiētiſſimus uidelicet expectās ſemper ab ea aliquid tale futurum: quale nunc ego expono. Non ille quidem tuam claſſem præuidēs ſed quancunq; ſimiliter extimeſcens. Ex hac igitur inſula proficiſcentes tui lacedæmonios territēt. Ita illi domeſtico occupati bello neq; tibi erunt infeſti neq; cæteræ græciæ cum a tuis pedeſtribus copiis expugnabitur auxilia ferent. Subacta reliqua græcia Laconici per ſe reddētur inualidi. Quod niſi feceris hoc foꝛ expecta. Eſt peloponneſi arctus Iſthmus: quo in loco peloponnenſibus omnibus coactis alia tibi prælia ſuperioribus

atrociora futura ꝓſpicio. At ſi illud feceris & iſthmus hic circa præliũ & cæteꝛ ciuitates ultro tibi ſe dedent. Poſt hũc Achæmẽes Xerxis frater claſſis præfectus cũ ei colloquio ĩtereſſet: ueritus ne Xerxes ad id agendũ induceretur: Animaduerto ĩquit te rex uerba admittere uiri qui tibi ꝓſpere agẽti inuidet: Aut etiã res tuas ꝓdit. His enim moribus uti græci gaudent: ut & fortũato inuideãt: & meliorẽ oderint. Quod ſi e præſẽti cõditione cũ naues quadrĩgentæ naufragiũ fecerint trecentas alias e cætera claſſe miſeris ad obeundam peloponneſum: ꝓfecto fient nobis aduerſarii pares ad decertãdum. At ſi cõiuncta claſſis fuerit: inoppugnabilis reddet: & ante omnia nobis illi impares erũt: ſimulq; omnis exercitus nauticus terreſtri & inuicem terreſtris una iter faciẽs nautico erit auxilio. Quos ſi diſtraxeris: neq; tu illis uſui eris neq; illi tibi. Tu uero tua ipſius bene cõſtitueris: ſi aduerſarioꝝ res apud te nõ agitaueris. Hic illi bellum ſiſtent: hæc agẽt tot numero ſũt. Illi enim per ſe ſe ad ſibi ipſis ꝓſpiciendũ ſufficiunt: & nos item ad ꝓſpiciẽdũ nobis. Quod ſi lacedæmonii aduerſus perſas ĩ pugnam ibũt: impendentem ſibi cladem haud quaq; deuitabunt. Ad hæc ſubiiciens Xerxes recte iquit Achæmenes mihi uideris dicere quod & faciã. Demaratus quod optimũ ille quidem mihi ſperat eſſe id ſuadet: eius tamẽ ſententia a tua ſuperatur. Neq; uero illud admitto eũ nolle rebus meis bene conſultũ: ut ex iis quæ antea ab hoc dicta ſunt & ex ipſa re coniecto. Quoniam ciuis quidem ciui ſecundis rebus prædito inuidet: eumq; male odit: cum tamen patrio ſolo nihil eodem conſultante quod optimum ſibi uidetur ſuadet nihil procul abfuerit a uirtute: quales pauci ſunt. Hoſpes autem hoſpiti proſpera fortũa utenti omnium eſt beniuolẽtiſſimus: eiq; conſultanti optime conſulit. Quapropter ab inſectatione qua in Demaratũ uteris hoſpitem meum: Poſt hac abſtinere te iubeo. Hæc Xerxes locutus inter cæſos trãſiit ubi erat Leonides: quẽ cũ audiſſet lacedæmoniorum regem eundemque ducem eſſe: iuſſit abſciſo capite in crucem tolli: Vt mihi cũ aliis multis indiciis; tũ hoc præcipue manifeſtũ

ſit regem Xerxem maxime omnium excanduiſſe in Leonidã uiuentem. Nam alioquin nunq̃ in defunctum hoc genere deliquiſſet: cum ex omnibus quos ego noui hominibus perſæ ſoleant uiros in re militari præſtãtiores honore afficere. Illi quibus imperatum erat id executi ſunt. Redeo ad eam narrationem unde mihi diſceſſum eſt. Lacedæmonii primi regẽ aduerſus græciam tendere acceperunt: atq; ita delphos ad oraculum miſerunt. Vbi reſponſum eſt id redditum: cuius pauloante memini. Acceperunt autem mirum in modum. Demaratus enim Ariſtonis qui profugit ad medos non ille quidẽ lacedæmoniis beniuolus: ut & ego arbitror & ratio dictat: tamen hoc fecit ſiue in hoc bene illis conſultum uellet: ut coniectare licet: ſiue q̃ inſultaret. Nam poſteaq̃ Xerxes ſtatuit aduerſus græciam ſumere expeditionẽ: Id Demaratus qui ſuſis erat cum accepiſſet: cenſuit græcis eſſe ĩdicandum: ſed cum aliter nequiret: quippe periculoſum erat ne deprehenderetur: hanc rem commentus eſt. Sumptis duarum tabellarũ pugillaribus cæram illinc eradit: Deinde in eorum ligno conſilium regis exarat. Quod litteris exaratum rurſus cæra inducit: ne quid negocii apud uiarũ cuſtodes exhiberẽt pugillares qui ferrentur. Qui ubi lacedæmonem allati ſunt: nõ poterãt eos lacedæmonii ĩterpretari anteq̃ (ut ego accipio) Cleomenis filia eademq; Leonidæ uxor Gorgo illos admonuit ipſã rem interpretata iubens cæram affringi. fore enim ut litteras in ligno reperirent. Ita ei auſcultantes lacedæmonii litteras repertas relegerũt: eaſq; deĩde ad græcos dimiſerũt.

Herodoti Halicarnaſei Hiſtoriarum Liber Septimus.

Tque hæc quidem ita geſta dicuntur eſſe. Græci autem quibus res claſſiaria delegata erat hi fuere. Athenienſes qui naues centum uiginti ſeptem præbuere iunctis ſibi pltæenſibus: qui &ſi rei nauticæ inexperti: tamẽ

ſtrennue alacriterq; pro ſe illoꝝ naues armauerant: Corinthii qui attulere naues quadraginta: Megarenſes qui uiginti: Chalcidenſes totidem ſibi ab athenienſibus præbitas armauerunt: Aeginetæ undeuiginti: Sicyonii duodecim: Lacedæmonii decem: Epidaurii octo: Eretrienſes ſeptem: Troezenii quinq; : Scyrienſes duas: Chii totidem cum totidem penteconteris ideſt nauigiis quinquagenũ remorum: quibus auxiliares erant locri opuntii cũ ſeptẽ penteconteris. Hæ naues ad artemiſium in ſtatioẽ erant: quaꝝ quot quiq; attulerunt mihi dictum eſt. Vniuerſaꝝ uero præter penteconteros ad artemiſiũ coactarũ numerus fuit ducentaꝝ ſeptuaginta unius. His ducem penes quem ſumma imperii eſſet ſpartiatæ præbuerunt Eurybiadem Eurybiadis. Nam ſocii negauerunt ſe niſi lacon eſſet imperator ſecuturos eſſe athenienſes ductores: ſed exercitum qui futurus erat ſoluturos. Etenim iam inde ab initio anteq̃ in ſiciliam ad ſocietatem ineundã mitteret: agitatum ſermonibus erat tanq̃ expediret rem nauticã athenienſibus permittere. Cæterũ recuſantibus ſociis ceſſere athenienſes: ꝙ magniſacerẽt græciã ſupereſſe: quã intelligebant eſſe peritura ſi de principatu cõtenderent recte ſentientes. Nam inteſtina ſeditio tanto deterior eſt bello quod cõcorditer geritur: quanto bellũ deterius eſt pace. Hoc itaq; ipſum intelligentes non repugnandũ putauerunt: ſed tantiſper concedendũ: quoad magnopere illis indigebant quemadmodum conſtituerant. Siquidem poſteaq̃ expulſo perſa iã de illius terra diiudicabãt: ſuperbiã Pauſaniæ cauſati lacedæmonios ducatu abdicauerũt. Verũ hæc poſterius geſta ſũt. Tunc autem ii græci qui ad artemiſium ſe contulerant: ubi uiderunt & multum nauium ad aphetas eſſe contractum: & omnia plena exercitu hoſtili: perculſi metu ꝙ præter opinionem ſuam expectationemq; res barbarorum ſuccederent: conſultabãt de facienda fuga ex artemiſio interiorem in græciam. Quorum conſultatione cognita: Euboi obſecrabant Eurybiadem: ut aliquantulum temporis præſtolaretur uſq; dum ipſi liberos atq; domeſticos ſubdu-

Eurybiades. Lacon.

cerent. Vbi non perſuadent ad ducem athenienſium Themiſtoclem tranſgreſſi paciſcuntur cum eo triginta talentis: ut tam diu ante euboiam perſtaret: donec pugna nauali decerneretur. Themiſtocles hac ratione græcos retinuit. Eurybiadem ex hac tanq̄ ex ſua ipſius pecunia quinq; talentis impertit. Hoc perſuaſo Adimantum Ocyti corinthiorum ducē qui ſolus reluctabat negās ſe permāſurum: ſed ab artemiſio profecturum ita allocutus eſt iureiurando interpoſito tu uero haudquaq̄ nos deſeres: quem ego maioribus donabo muneribus: q̄ quæ rex medorum tibi mitteret ſocios deſerenti. Hæc locutus ſtatim ad nauem Adimanti tria miſit argenti talenta. Iſtis pecunia corruptis cum eubois gratificatus eſt Themiſtocles: tum reliquum pecuniæ quam acceperat lucrifecit: quam eum interuertiſſe ideo latuit: qui acceperant: q̄ putabant eam ab athenienſibus ad hoc ipſum profectā eſſe. Ita in euboia perſtitere: ac prælium fecere: quod ita geſtum eſt. Barbari cum ad aphetas circa diluculum ueniſſent: Cumq; id quod etiam ante audierant cernerent: Paucas græcorum naues ad artemiſium ſtationem habere libidine tenebantur aggrediendi ſi forte eos intercip̄erent. Cæterum ex aduerſo inuadendum non uidebatur ne ſe conſpectis obuiam tendentibus græci fugam capeſſerent: noxq; fugientes exciperet. Sed euenire oportebat ut hi effugerēt: & illorum inſidiantium ne ſacrificolus quidem euaderet. Igitur ad hanc rem tranſigendam hoc ſunt machinati ducentas ex omnibus nauibus delectas extra ſcyathum circumagunt iuxta Capharea & Gereſtum ad Euripum: ne circumuehentes Euboiam ab hoſte cernerentur: ſed eum circumuenirent ducentis quidem nauibus quæ hac irent uiam quæ retro ferebat obſepientibus. Reliqua uero claſſe ex aduerſo ingruente. Hoc capto conſilio quas conſtituerant naues miſerunt non habentes in animo ipſi eo die græcos adoriri: nec priuſq̄ ſignum quod conuenerat cū iis qui circūuehebantur: ab illis ederetur iam de ſuo aduentu. His circū miſſis nauibus reliquarum apud aphetas numerum inibāt:

In quibus recenſendis dum occupati ſunt: Scyllias quidam ſicyonius: qui iiſdem in caſtris erat omnium ea tempeſtate hominum optimus urinator: qui etiam in naufragio ad pelium facto multam pecuniam perſis ſeruauit: multam & ſibi lucratus eſt. Hic Scyllias iam pridem in animo habuerat ad græcos tranſire: ſed cum ad eam diem non fuiſſet nactus occaſionem: tũc ad græcos trãſfugit: ſed incertum quonam modo illinc tranſierit. Demiror tamen ſi uerũ eſt quod refertur. Refertur enim cum ex aphetis mare ſubiſſet: non prius extitiſſe q̃ ad artemiſium peruenit. Octoginta ferme maris ſtadia emenſus. De hoc uiro & alia memorantur partim mendaciis ſimilia: partim uera: de quo mihi ea probatur opinio eum nauigio ad artemiſium peruenisſe. Is ubi eo perucit: græcos certiores fecit & naufragii facti & nauium ad circumeundam Euboiam dimiſſarum. Hoc illi audito inter ſe collocuti ſũt. & cum multæ eſſent ſententiæ dictæ illa euicit ut eũ diem illic maneretur: & in ſtatione perſtaretur: dehinc media nocte ſoluentes proficiſcerẽtur: & claſſi hoſtium quæ circumageretur occurrerent. Poſt hæc ubi nemo ſe ex aduerſo fert obſeruato diei crepuſculo: ipſi feruntur in barbaros animo experiundæ fortunæ cum in pugnando: tum in perrumpendo. Quos xerxiani milites duceſq; paucis cum nauibus uenientes in ſe conſpicati magnæ hoc illis dementiæ dantes & ipſi naues educunt: ſperantes facile a ſe illos iri interceptum. Merito ſane ſperantes q̃ uiderẽt paucas eſſe græcorum naues: ſuas uero multo plures atq; uelociores. Itaq; præ contemptu illos in medio concludũt. Ex Ionibus tamẽ qui cũ græcis bene uolebãt innitĩ militabant: magnæ calamitatis loco ducentes q̃ uiderent circũueniri illos: quorum neminẽ animaduerterent eſſe rediturũ. Adeo enĩ ĩfirma res græcoꝝ eſſe uidebat. At ii Ioẽs quibus id quod fiebat uoluptati erat: pro ſe quiſq; ãnitebantur: ut ipſe primus aliq̃ naui atheniẽſium capta donum ab rege acciperẽt. Nam apud exercitũ plurimus erat per hos de athenienſibus ſermo atq; reſpectus. Græci ubi eis ſignum datũ

ſte primum conuerſis in barbaros proris: puppes in medium coegerunt. Deinde ſecundo ſigno dato opus capeſſunt: q̄q̄ in exiguo ſpatio deprehenſi: & a fronte mox triginta barbarorum naues excipiunt: in quibus & Philaonem Cherſis filium Gorgi ſalaminiorum regis germanum: & in eo exercitu uirum eximium. Græcorum autem primus nauem hoſtium cepit uir athenienſis Lycomedes Aeſchrei: idemq; palmam rei bene geſtæ rettulit. In hac pugna cum inuicem nunc hi: nunc illi ſuperiores eſſent: Interuentu noctis diremptı ſunt: & græci quidem ad artemiſium reuecti: barbari uero ad aphetas multo maius opinione ſua certamen experti. In hoc prælio ſolus e græcis qui cum rege erant Antidorus Leuinius ad græcos tranſfugit: quem athenienſes ob eam rem tractu ſoli in ſalamine donarunt. Vbi nox affuit. Erat autem anni tempus mediæ æſtatis immenſa uis aquarum extitit per totam noctem: & dira tonitrua a pelio. Cadauera quoq; ac naufragia ad aphetas efferebantur circa nauiū proras excipiebātur: & remorum palmulas perturbabant. Hæc audientes qui illic erant milites metu conſternabātur credētes ſe eſſe utiq; perituros: ut qui in tantum malorum deueniſſent. Quippe quos anteq̄ reſpiraſſent e naufragio & tempeſtate: quæ ad pelion extiterat: exceſſiſſet atrox pugna naualis: ex pugna nauali uehemens imber: & ualidi aquarum in mare diſcurſus: ac dira tonitrua. Et iſtis quidem huiuſmodi nox contigit. At iis quibus negocium datum erat ut euboiam circuirent: q̄q̄ eadem nox tamen multo etiam atrocior eſt tanto quidem quanto maius eſt q̄ eos dum in pelago ferrentur iuaſit: & triſtis exitus fuit. Vt enim eos curſum tenentes tempeſtas ac pluuia adorta eſt: cum eſſent ad concaua euboiæ ac flatu ferrentur ignari qua efferebāt ad petras īpīgebant: & id omē adeo fiebat quo græcæ claſſi par redderet id nauiū quod ſuper erat: nec multo plus foret. Atq; hi quidem circa euboiæ concaua periere. Barbari uero qui apud aphetas erant ubi ipſis libentibus dies illuxit: naues ſuas ſtabilierunt ſatis habentes

cum male rem geſſiſſent quietem agere in præſens. At græcis auxilio tres & quinquaginta naues atticæ ſuperuenere: quæ ſuo aduentu illis tum animum addiderunt: tum nunciũ attulerunt eos barbaros qui euboiam circumuehebantur tempeſtate illa quæ extiterat cunctos interiſſe. Itaq; græci eadem qua pridie obſeruata hora prouecti naues cilicum inuaſere. Quas ubi corrupere & nox aduenit: iterum ſe ad artemiſium receperunt. Tertio die barbarorum duces tum indigne ferentes a tantula ſe claſſe uexari: tum a Xerxe ſupplicium timentes: nõ expectandum ſibi amplius cenſuerũt: ut græci priores pugnam capeſſerent: ſed inſtructas naues circa meridiem eduxerunt. Contigit autem ut per hos eoſdem dies & hæc naualia prælia & illa in thermopylas terreſtria gererentur. Erat autem omne certamen his in mari de eurypo quemadmodum illis qui cum Leonida erant de tranſitu arcendo: græci quidem ſeſe adhortabantur: ne barbaros intrare græciam ſinerẽt. Barbari uero ut græcorum copiis profligatis tranſitu potirentur. Procedente xerxianorum claſſe in aciem ordinata tum græci ſe apud artemiſiũ im motos tererent: tunc eos barbari ut comprehenderent lunata claſſe circundabant. Ibi græci ex aduerſo prodeuntes conflixere. Qua in pugna pari in arte pugnat ũeſt. Nam xerxiana claſſis præ magnitudine & copia ipſa in ſe incidebat perturbatis nauibus & mutuo incurſantibus reſiſtebat tum neq; cedebat. Indigna enim res uidebatur a paucis nauibus in fugam conuerti. Itaq; multæ græcorum naues interibant: multi etiam uiri: ſed multo plures barbarorum & naues & uiri atq; ita dimicãtes utriq; ab alteris abſceſſere. Hoc in prælio xerxianos inter milites optimam ægyptii nauauerunt operam cum aliis magnis editis operibus: tum hoc q̃ quinq; græcas naues cum ipſis ꝓpugnatoribus cepere. E græcis eo die præſtantiſſimi extitere athenienſes: & inter athenienſes Clinias Alcibiadis filius: qui domeſtico ſumptu ac propria naui cum ducentis uiris militabat. Vbi utriq; libẽter in diuerſum abiere: ad ſuas ſtationes ſeſe recepere. Græci

diremptο prælio reuecti : &ſi cæſorum corporibus ac nau-
fragiis potiti erant : tamen q; male affecti eſſent; præcipueq;
athenienſes : quorum dimidiũ nauium uulneratum erat de
fugiendo in ulteriora græciæ deliberabãt. Themiſtocles repu-
tãs ſi ab amicicia barbari Iones & cares abduceret fieri poſſe :
ut reliquos ſuperarent . Dum euboi pecora ad mare pro-
pellunt : illuc duces contraxit : eiſq; dixit ſe aſtutiam quan-
dã habeꝛ qua ſperaret optimos quoſq; ſociorum ab rege ab-
ductũ iri . Hactenus rem enudauit : addiditq; ad eam tran-
ſigendam hoc ab illis agendũ eſſe : ut euboicorum pecorum
quantum uellet quiſq; mactaret . Satius enim eſſe ſuorum
copiis illis potiri q̃ hoſtem : ac monuit ut ſuis quiſq; popu-
laribus præciperet ignem accenderet : ſibi autem de diſceſ-
ſu ſub tempus opportunum curæ fore ut ſine noxa abirent.
Hoc illis probatum cum eſſet accenſis ignibus ad pecora eſt
itum . Nam euboi contempto Bacidis oraculo tanq̃ nihil
dicente neq; exportauerant quicq̃ neq; importauerant uelut
impendente eis bello . res ſibi quoq; ipſis obſcuras effecerant.
ita enim habebat de his oraculum Bacidis : Dum iuga barba-
ricus canabacea iactat in æquor Euboia capræ metentes fac
procul abſint . His uerſibus cum nihil illi niterentur tam &
ſi mala tum aderant tum impendebant: Fiebat ut in pleriſ-
q; aduerſa fortuna uterentur . Dum hæc iſti agebant : adue-
nit ex trachine ſpeculator . Nam ut erat apud artemiſium
ſpeculator Polyas genere anticyrenſis : cui datum erat nego-
cium cum expedito nauigio actuario ut rẽnunciaret his qui
apud thermopylas erant an claſſis diſceſſiſſẽt : & Abronichus
Lyſiclis athenienſis apud Leonidam paratus cum lembo ad
nunciandum iis qui ad artemiſium agebant ſi quid noui
pedeſtribus copiis cõtigiſſet . Hic igitur Abronichus aduени-
ens indicauit ea quæ circa Leonidã & eius exercitũ geſta erant .
Qua iſti re audita nõ iã ſibi differẽdũ abitũ putauerũt : ſed
ut quiq; locati erãt abſceſſerũt . Primi corinthii : poſtrẽi athe-
nienſes : Quoꝝ athẽienſiũ uelociſſimis nauibus delectis The-
ſtocles ad aq̃s potabiles ſe cõferẽs : in lapidibus litteras inci-

debat: quas postero die Iones ad artemisium ꝛenientes legerunt in hæc ꝛerba. Viri Iones haud iuste facitis militantes aduersus patres & græciam redigentes in seruitutem. Sed quod præcipuum fuerit state a nobis. Sin hoc facere non potestis: saltem nunc sitis in medio: quod & ipsi facite: & cares ut faciãt obsecrate. Quod si hoꝝ neutrũ agere licẽt: & maiori necessitate estis obstricti: q̃ ut possitis desciscere in re gerenda dum pugnam conserimus: sponte agatis instrennue memores a nobis uos esse oriundos: & inimiciciarum nobis cum barbaro principiũ a uobis extitisse. Hæc Themistocles (ut arbitror) ancipiti consilio scripsit: ut si litteræ regem laterẽt: Ionas induceret ab rege ad se deficiendum. Sin ad eum deferrẽtur: darenturq; crimini infidos eidem redderet Iones: ut a præliis naualibus summouerentur. Postq̃ hæc Themistocles iscripsit: extemplo uir quidam Histiæus nauigio aduectus barbaris nũcium attulit græcos ab artemisio profugisse. Illi homine q̃ fidem non haberent seruari iusso naues ueloces ad rem explorandam miserũt. Qua per istos re nũciata ita simul atq; refulsit sol: omnis classis addẽsata ad artemisium contendit. Vbi ad meridiem usq; immorata mox ad histiæam processit: eo appulsi urbe histiæorum potiti sunt: & optimam portionem agri histiæi maritimos uicos omnes percursauerunt. Dum isti hoc in loco agunt: Xerxes præparatis quæ ad cæsos pertinebãt: præconẽ ad classiarios mittit. Hæc autem præparauerat. Quicunq; e suo exercitu apud thermopylas cæsi erant. (Erant autem uiginti milia): eorum mille ferme relictis cæteros depressa fossa humauit: & ne a classiario exercitu cerni possent: eam humum exagitauit: foliisq; constrauit. Præco ubi ad histiæam peruenit: facto totius exercitus cœtu hæc dixit. Viri socii rex Xerxes dat ueniam cuicunq; libet relictis ordinibus ire uisum quemadmodum pugnatur cum amentibus hominibus: qui se superaturos sperauerant copia regis. Hæc denunciante præcone mox nihil infrequentius q̃ nauigia fuit. Ita multi uisere cupiebãt. Profecti eo nõ cẽs lacedæmonios esse ac thespiẽses

credebãt: quj ſtrati iacebant: cũ etiã ſeruos cernerent. Itaq; res eos qui trãſmiſere non latuit. Hoc Xerxes circa ſuorum cadauera fecit rem profecto ridiculam: ut mille iacentes extarent. Cæteri uero conferti eundem in locum quater milleni comportati ſitiq; eſſent. Atq; hunc quidem diem in ſpectaculo conſumpſerunt. Poſtero autem claſſiarii hiſtiæam ad claſſẽ remeauerunt. Reliqui qui cum Xerxe erant iter ingreſſi ſũt: ad quos pauci quidã ab arcadia perfugæ uenerũt. Victus inopes & operam ſuam præſtare cupiẽtes: qui in cõſpectũ regis adducti: interrogatiq; eum ab aliis perſis: tũ uero a quodam præcipue de græcis quidnam illi agerent: reſponderunt eos agere olympia: & ſpectare certamen gymneticũ atq; equeſtre: rurſus eodem perconctante quodnam illis præmium eſſet propoſitum propter quod certarent. Oleaginã coronam inquiunt eſſe qua donarentur. Ibi Tritantechines Artabani filius generoſiſſimam dixit ſẽtentiam: quæ apud regem pro timida eſt habita. Audiens enim præmium illis coronam eſſe non pecuniã: ſilentium tenere non potuit: quin coram omnibus diceret pape Mardoni in quos uiros induxiſti nos ad pugnandum: qui non pecuniarum certamen agitent ſed uirtutis. Hoc ille dixit. Eo interim tempore poſt acceptã apud thermopylas calamitatẽ cõfeſtim theſſali caduceatores ad phocenſes mittunt utpote illis infenſi tum ſemper antea: tũ præcipue poſt nouiſſimã cladem. Etenim non multis ante hanc regis expeditionem annis tum ipſi theſſali & eorum ſocii omni cum copia bellum phocenſibus intuliſſent: a phocenſibus fugati ſunt ac male mulctati. Nam cum ad parnaſſum uſq; proceſſiſſent phocenſes ſecum habentes Telliam uaticinum illum hileum: Ibi Tellias hic huiuſmodi rem eis commentus eſt. Sexcentos uiros e phocenſibus præſtantiſſimos gypſo tam ipſos q̃ arma illinit: eoſq; ſub noctem in theſſalos dimiſit dato præcepto ut quæcunq; albicantem nõ cernerent: eum obtruncarẽt. Hos primum theſſalorum excubitores aliud quoddam prodigiũ eſſe arbitrati. Deĩde ipſe exercitus adeo exhorruerũt ut tribus

milibus cæſoꝝ atq; ſcutoꝝ phocenſes potiti ſunt: quoꝝ ſcutoꝝ dimidium apud Abaſim: alteꝝ dimidium apud delphos ditauerunt: & ex decima pecuniaꝝ huius pugnæ factæ ſunt ſtatuæ grãdes: quæ circa tripodem e regione delubri delphis uiſuntur: & alteræ eiuſmodi in Abaſim repoſitæ. Hoc phocenſes in peditatum theſſaloꝝ a quibus obſidebantur egerunt. Equitatum quoq; eorundem qui in ſuum agrum incurſauerat inſanabili clade afflixit. Ad ingreſſum enĩ qui ẽ iuxta urbem hyampolim depreſſa ingenti foſſa amphoras illic inanes depoſuerunt: humũq; deſuper iniecerunt: eãq; reliquo ſolo exæquauerũt: ubi cum theſſalos expectarent incurſuros in eos: theſſali impetu dato tanq̃ rapturi ĩ amphoras inciderunt: ibiq; equorum crura confracta ſunt. Ob hæc ambo phocenſibus infenſi theſſali miſſo caduceatore ita dixere. Nunquid diſſimulatis amplius phocenſes agnoſcere nõ eſſe uos nobis pares: qui & antehac ĩter græcos q̃ diu ꝓtes illoꝝ nobis placuerint ſemper uobis antecellimus: & nũc apud barbaꝝ adeo pollemus: ut penes nos ſit & agro uos exuere: & ĩ ſeruitutẽ r̃digere: quã facultatẽ & ſi optĩemus: tamẽ ĩiuriaꝝ nõ ſiũs memores: niſi ut eo nomĩe quĩq̃gĩta talẽta r̃pendatis: & nos uobis r̃cipiũs omĩa nos ab agro ueſtro dãna auerſuros. Hæc theſſali phocẽſibus denũciabãt: ꝙ ſoli phocẽſes ĩter eius loci hoiẽs cũ medis nõ ſẽtiebãt. Idq; nulla alia cauſa (ut ego cõiectura cõperio) q̃ theſſaloꝝ odio partes medorũ (ut mihi uidet) ſecuturi: ſi theſſali partes græcoꝝ fouiſſẽt. Hæc deferẽtibus theſſalis negarũt ſe phocẽſes pecũiã daturos: & ſibi itidem ut theſſalis facultatẽ eſſe ſẽtiẽdi cũ medis ſi aliter ſẽtiꝝ uellẽt: ſed neq̃q̃ foꝝ ut ſpõte eſſẽt ꝓditores græciæ. His uerbis r̃nũciatis adeo theſſali ſũt ĩ phocẽſes ĩdignatiõe ꝓciti: ut barbaro duces itineris extiterĩt: & ex trachĩa doridẽ r̃gionẽ ĩcurſauerũt. Nã eius r̃gioĩs podeõ ãguſtus illic octogĩta nõ ãplius ſtadia ĩ latũ ꝓtẽditꝫ ĩter melidẽ ac phocẽſẽ r̃gioĩs ſitus: ubi uetus dryopiæ erat. Hæc autẽ r̃gio doꝝ: qui ſũt ĩ pelopõneſo metropolis ẽ. Hãc igitꝫ doridẽ r̃gionẽ ĩgr̃ſſi barbari nihil admodũ læſerũt: cũ medis. n, & ſi theſſalis nõ uidebatꝫ: ſentiebant.

Poſteaq̃ e doride in phocidem ingreſſi ſunt barbari: Ipſos q̃dem phocenſes non ſunt adepti: quorum non nulli cacuĩa parnaſſi conſcenderant: qui uertex eſt iuxta urbem neonẽ illic ſitam nomine Thitorea: eoq; ſe receperunt: ſed plures ad locros ozolas in urbem amphiſſam: quæ ſupra criſſeum ſita eſt campum: omnem tamen agrum phocẽſẽ incurſauerunt. Sic enim ducebantur a theſſalis: & omnia quæ nacti ſunt: igni ferroq; uaſtarunt: urbes etiam ingreſſi ignes in ſacras ædes iniecerunt. Nam peragrantes eam iuxta cephiſſim amnẽ cuncta populati ſũt: & hĩc urbem drymon incenderũt illinc charadram & erochum & tethronium: & amphicæam & neonem & pedieas & tritæas & elateã & hyampolim: & parapotamios: id eſt fluminis accolas: & abas: ubi delubrũ Apollinis erat locuples: & theſauris donariiſq; compluribus exornatum: in quo ut tunc ita nunc reddũt oracula. Hoc delubrum poſteaq̃ diripuere incenderunt: Phocenſium etiam quoſdam per montana inſecuti ceperunt: & mulieres aliquot quas præ multitudine ſtuprantiũ extinxerũt. prætergreſſi quoq; fluĩnis accolas peruenere ad panopeas. Vnde bifariam copiæ iam diuiſæ fuerũt: quarum plurima pars ac ualidiſſima cum ipſo Xerxe athenas uerſus tendens boetios in agrum orchomenioru ingreſſa eſt. Boetii cum medis uniuerſi ſentiebant: quoꝝ urbes uiri macedones in eis collocati: qui ab Alexãdro miſſi fuerant ſeruauerũt: uolẽtes planum facere Xerxi boetios ſentire cum medis. Et hi quidem barbari hac iter intenderunt. Cæteri uero cum ſuis ducibus parnaſſum a dextra perſtringẽtes ad templũ: quod ẽ delphis proceſſerũt quicquid agri phocenſis nanciſcebantur: id omne fœdantes. Nam & panopeorum oppidum deflagrauerunt: & dauliorum & æolidenſium. Ideo autem hac ab aliis ſeiuncti pergebant: ut direpto quod delphis eſt templo pecunias repræſẽtaret Xerxi regi: qui omnia quæ in eo tẽplo erãt memoratu digna melius notat: ut ego audio: q̃ quæ in ædibus ſuis reliquerat permultis aſſidue referentibus cũ alia: tum præcipue Cœſi Alyattis filii donaria. Hoc delphi

cum audiſſent in extremam prorſus deuenere formidinem. Qua attoniti deum de ſacra pecunia conſultarunt nunquid eam humi defoderent: an alium in locum tranſportarent. Eas deus illis interdixit ne amouerent. ſe enim ſuffecturū eſſe ad res ſuas tutandas. His auditis delphi de ſemetipſis curandum putauerunt liberis uxoribuſq; ī achiam traiectis: pleriq; uertices parnaſſi ſuperauerunt: & ad corycium antrum: quidam ad amphiſſam locridem ſe ſubduxerunt: deniq; omnes delphi urbem deſeruerunt præter ſexaginta uiros ac prophetam id eſt uaticinum. Poſtea uero q̄ barbari ſubeuntes appropinquabant templumq; cernebant: Interim propheta: cui nomē erat Acerato īſpicit ante delubrum ſacra arma prolata e conclaui: quæ intus propoſita fuerant: quæ nefas erat cuiq̄ mortali contingere: quod oſtentum iis delphis qui aderant perrexit nunciatum. Vbi barbari properantes peruenere ad phanū Mineruæ quod eſt ante templum: cum uero etiam maiora q̄ ſuperius prodigia repræſētata ſūt: res profecto & hæc ualde miranda. Nam arma martia ſua ſponte extra delubrum propoſita apparuerūt. Quod tamē ſecūdo loco actū eſt ex omībus miraculis: maxima eſt admiratiōe dignum. Cum enim barbari ad ſacellum Mineruæ: quod eſt ante templum accederēt: Interea e cælo fulmina in eos deciderunt: & a parnaſſo duo abſciſſi uertices magno cū fragore ſunt deuoluti: permultoſq; eorum interceperunt: atq; ex ipſo ſacello Mineruæ uociferatio iubilatioq; extiterunt. Quibus omnibus pariter ingruentibus terror incuſſus eſt barbaris ut fugæ ſe mandarent. Ea re cognita delphi deſcendentes magnam eorum ſtragem edidere. Qui ſuperfuere recta ad boetios effugerunt. & cum rediſſent referebant (ut ego accipio) alia ſe præter ea quæ dixi miracula uidiſſe duos armatos humana natura auguſtiores inſtitiſſe ſibi cædē faciētes atq; īſequētes. Hos duos delphi aiūt īdigeās heroas eſſe Phylacō & Autonoū quoꝝ phana uiſūt. Phylaci quidē ſecūdā ipſā uiā ſupra ædē Mineruæ: Autonoi uero ppe caſtaliā ſub hyampeo uertice. Saxa quæ a parnaſſo deciderūt

adhuc ad noſtram uſq; memoriam integra extant in phano Mineruæ protẽplaris locata: ad quod per barbaros deuoluta peruenere: atq; hic receptus a templo horum uirorum fuit. Græcoꝝ claſſis ab artemiſio profecta rogatu athenienſiũ ad ſalaminẽ ſubſtitit. Quod ut facerent ideo rogauerant athenienſes tum ut liberos atq; uxores ex attica ſubducerent: tũ ut conſultarent quid ſibi agendum eſſet. Nã in rebus quæ contigerant conſilium capiendum habebant tanq̃ opinione fruſtrata. Quippe qui putaſſent inuenturos ſe peloponnenſes ad excipiendũ barbarum in euboia ſubſidentes horum nihil inuenerant: ſed audiebant illos iſthmum muro ſepire, hoc plurimi facientes ut ipſi ſupereſſent: & terram ſuam optinentes tutarentur omiſſis cæteris. Hæc athenienſes cum audiſſent ita ſocios obſecrarunt ut ad ſalaminem ſiſterent claſſem: Quo aliis appulſis athenienſes in terram ſuam profecti propoſuere edictum: ut qua quiſq; athenienſium ratione poſſet ſeruaret liberos atq; domeſticos ſuos. Ibi plurimi eorum ſuos in troezenem miſerunt: quidam in æginam: non nulli in ſalaminem pro ſe quiſq; properantes ſua pignora exportare: q̃ uellẽt oraculo obſequi: & ante õnia q̃ athenienſes aiunt ingentem anguem arcis cuſtodem in templo fuiſſe obuerſatum. Et tanq̃ re uera eſſent quæ dicunt ſerpenti menſtrua non ceſſant libamina proponere quæ ſint e melle confecta: quæ cum ſemper ſuperioribus temporibus depaſcerentur tunc illibata manſerant. Id cum ipſa templi antiſtes indicaſſet: eo magis athenienſes eoq; promptius deſeruere arcem tanq̃ a deo etiam deſtitutam. Exportatis itaq; rebus omnibus ad caſtra nauigauerũt. Poſteaq̃ eos qui ab artemiſio ſoluerant ad ſalaminem ſubſtitiſſe audierant: Reliqui claſſiarii qui ad troezenam erant eodem confluxere. Nam ut in pogonem troezeniorum portum coiretur erat edictum. Pluresq; multo contractæ ſunt naues q̃ ad artemiſium decertauerãt: & a pluribus ciuitatibus eodẽ quo ad arteĩſiũ duce Eurybiade Euryclidis uiro ſpartiata nõ tamẽ e genere regio: q̃ multo plurãs ac maxĩe ueloces optiebãt

athenienſes : quæ claſſis ex his conſtabat . Ex peloponneſo lacedæmonii ſedecim naues præſtabant : Corinthii totidem quot ad artemiſium præſtiterant : Sicyonii quindecim : Epidaurii decem : Troezenii quinq; Hermionenſes tres . Hi dorici generis ac macedoniæ gentis hermionenſibus exceptis ex erineo & pindo & dryopide nouiſſime profecti . Nã hermionenſes dyropes ſunt ab Hercule & melienſibus e regione quæ dorus nunc uocatur abducti . Hæ copiæ peloponnenſium erant . Eorum qui ſunt in exteriore continente athenienſes ſupra quam cæteri naues præſtabant ſoli centum octoginta . Quippe quibus non affuerunt in pugna ad ſalaminem geſta platæenſes ob hanc cauſam q̃ cum græci ab artemiſio dilapſi ſunt : platæenſes ubi iuxta chalcidem impulſi fuere deſcendentes in pieriam oræ boeciæ ad recipiendos domeſticos ſuos ſe conuerterant . Ita dum in ſuis conſeruandis occupantur : relicti fuere athenienſes ſub pelaſgis eam quæ nuc græcia nuncupatur tenentibus pelaſgi eranţ cranai nominati : ſub rege uero Cecrope cecropidæ cognominati . Erichtheo autem adepto imperium immutato nomine atheniẽſes appellati . Deinde iones ab Ione Zuthi filio : qui dux extitit athenienſis exercitus . Megarenſes tantundem copiarum quantũ ad artemiſiũ attulerunt : Ambracii ſeptem cum nauibus auxilio uenerunt : leucadii cum tribus dorica gens & a corinthio oriunda . Ex inſulanis æginetæ triginta naues exhibuerunt : quibus aliæ quoq; erant naues inſtructæ : ſed iis oram ſuam tutabantur . Verum cum triginta omnino nauibus præcipuæ uelocitatis ad ſalaminem dimicauerunt . Sunt autem æginetæ dores ab epidauro . Cui inſulæ nomen antea fuerat œnono . Poſt æginetas eaſdem quas ad artemiſium uiginti naues chalcidenſes & ſeptem eretrienſes . Hi iones ſunt : dehinc chii eaſdem attulere gens ab athenienſibus ionica . Naxii naues attulere quatuor quẽadmodũ & cæteri iſulani a popularibus ad medos dimiſſi : ſed illoꝝ iuſſa aſpernati trãſiere ad græcos diſceſſu Democriti uiri iter ciues illuſtris & tũc triearchi,

Naxii Iones ſunt ab athenienſibus ducentes originem. Styreenſes quoq; eaſdem quas in artemiſio naues præbuere. Cynthii unam omnino & unum penteconterum. Horum utriq; dryopes ſunt. Seriphii etiam & ſiphnii & melii fuere in partibus. Hi enim ſoli ex inſulanis terram barbaro & aquam negauerunt. Intra Theſprotos iſti omnes & amnem Acherontem incolunt. Si quidem Theſproti cum ſint contermini ambraciis ac leucadiis ex ultimis regionibus in militiam uenerunt. Eorum qui extra hos habitant ſoli fuere crotoniatæ: qui græciæ periclitanti auxilium una naui tulere: cui præerat Phayllus uir triſpythionicus. Sunt autem crotoniatæ genere achæi: & cæteri quidem ex hac claſſe triremes attulerunt. Melii autem & ſiphnii & ſeriphii penteconteros ideſt biremes. Melii duas: Siphnii ſeriphiiq; pentecõteros id ẽ biremes ſigulas. Melii a lacedæmone genus ducentes: Siphnii & ſeriphii ab athenienſibus Iones. Summa nauium præter biremes fuit trecentæ quinquaginta octo. Quæ poſtea q̃ ex iis: quas dixi urbibus ad ſalaminem conuenerũt: inter earum duces conſultabatur: Eurybiade rogante ut qui uellent ſententiam dicerent. Vbi nam ex iis locis quibus ipſi potirentur commodiſſimum foret pugna nauali decernere. Iam enim attica pro derelicta erat. Itaq; de cæteris locis deliberabatur. Pleræq; illorum ſententiæ in hoc congruebant: ut profecti ad iſthmum ante peloponneſum decertarent: hac uidelicet ratione q̃ ſi male pugnaſſent ad ſalaminem quidem ſibi in inſula obſeſſis nullum ſubſidium oſtendebatur. Ad Iſthmum uero dabatur ad ſuos effugium. Hæc ratio cum a ducibus pelopõnenſium redderetur: aduenit quidam athenienſis nunciatum iam atticam barbarum eſſe ingreſſum: eamq; omnem igne uaſtare. Nam copiæ quæ cum Xerxe erant Boetiam peragrantes: incenſa tum Theſpienſium: qui in peloponneſum abſceſſerant: tum platæenſium urbe athenas peruenerant: & omnia illa peruaſtabant. Ideo autem theſpiã & platæam icẽderũt: q̃ a thebanis acceperant

illas ciuitates consentire cum medis. A traiectu hellesponti ex quo iter ingredi cœpere barbari: unum mensem triuere transeundo in Europam: tres alios dum in atticam peruenere Calliade summum athenis magistratum gerente. Vrbemq; desertam cepere paucis quibusdam athenien-sibus in tẽplo repertis: nec non quæstoribus ærariis: & hominibus egenis: qui præsepta foribus atq; lignis arce subeuntes arcebant qui non exierant illinc ad salaminem simul præ inopia uictus simul opinione oraculi soluendi: quod sibi reddiderat pythia murum ligneum inexpugnabilem fore. Id interpretantes ex oraculo effugiũ esse non naues. Hos persæ castris ex aduerso arcis positis in prominẽti colle: quẽ areium pagum athenienses uocant: hunc in modum obsederunt sagittas stupa circundatas ubi incenderant emittebant in illorum uallum. Athenienses q̃q̃ obsessi & ad ultimum malorum deducti etiam concesso uallo: tamen resistebant ac ne uerba quidem pisistratidarum conditionem deditionis offerẽtiũ admittebãt: & cũ alia ad repugnãdũ excogitarunt: tum uero hoc quod ĩ barbaros portis subeuntes deuoluebant saxa molaria. Adeo ut Xerxes perdiu inops cõsilii fuerit: q; eos expugnare non posset. Tandem ex difficultatibus accessus quidam apparuit barbaris. Necesse enim erat secundum oraculum omnem atticam: quæ in continente est subiici persis. Igitur a fronte arcis a tergo autem portarum & ascensus qua parte nemo excubabat: quaq; nemo credebat quempiam hominum ascensurum: hac parte & si loco prærupto quidam conscenderunt iuxta templum Agrauliæ filiæ Cecropis: quos ubi in arcem ascendisse uiderũt athenienses: partim e muro sese præcipitauerunt: atq; extincti sunt: partim in ædem refugerunt. At persæ qui ascenderunt primum ad portas contendunt: eisq; patefactis supplices trucidant. Atq; ubi omnium stragem fecerunt direpto templo arcem incendunt. Athenis omnino Xerxes potitus equitem quendam Susa ad Artabanum mittit nunciatum res bene gestas: Ac praesentem statum.

Postero die q̃ nuncium miserat conuocatis athenienſium exulibus ℓxpeditionis ſuæ comitibus iuſſit ut conſcenſa arce hoſtias ſuo ritu īmolarēt: ſiue aliquo ī ſõniis uiſo: ſiue ſua ſponte facti pœnitens q templum concremaſſet. Exules atheniēſes id quod iuſſi erāt executi ſunt: Cuius rei cur mentionem fecerim exponam. Eſt in arce hac Erechtheis qui fertur fuiſſe terrigena templum ī quo olea eſt & mare: ut apud atheniēſes prædicatur: a Neptuno & Minerua ī teſtimoniū poſita q de regione decertaſſent. Hanc igitur oleam una cum cætero templo contigit ut barbari exurerent Quam athenienſes qui ab rege iuſſi erant rem diuinam facere: Altero ab incenſione die cum in templum aſcendiſſēt: aſpexerūt fruticaſſe edito a ſtipite uirgulto cubiti inſtar. Et hæc quidē illi narrauerūt. At græci qui apud ſalaminem erant ubi nunciatum eſt uti res circa athenienſium arcem haberēt: eo perturbationis deuenere: ut nō nulli e ducibus non expectarent: dum propoſitū negocium cõſtitueretur: ſed in naues irruerēt: ac uela tollerent tanq̃ profecturi. Cæteriq; qui relinquebantur ſtatuerent ſibi āte iſthmum prælio nauali decernendum. & cum nox affuiſſet digreſſi e concilio naues cõſcenderunt. Ibi Themiſtoclē pergentem ad nauem ſciſcitatur Mneſiphilus uir athenienſis quidnam ab ipſis decretum eſſet: & cum ab eo audiſſet decretum eſſe ut ad iſthmum p̃ficiſcerentur & ante peloponneſum dimicarent: Si iſti inquit a ſalamine proficiſcantur: iā tu pro nulla amplius patria dimicabis. Ad ſuā enī quiſq; patriam remeabūt: ut nec Eurybiades nec alius hominum quiſpiam cohibere poſſit: quo minus copiæ dilabant. Græciaq; peribit conſilii ĩopia. Quare ſi quid cõminiſci poteſt: perge: & quod decretū eſt cõtra irritum reddere: Et Eurybiadem a ſententia reuocare ut hic perſtet. Themiſtocles cum hæc admonita ſibi admodum probarentur nullo reddito reſponſo ad Eurybiadis nauem perrexit: Vbi hominem conuenit: ait uelle ſe de negocio communi cum eo colloqui. Hunc ille in nauem ingreſſum iubet loqui quæ uellet. Cui Themiſtocles aſſidens

Quæcunq; a Mneſiphilo acceperat tanq̃ a ſemetipſo refert: & alia adiicit multa: donec Eurybiadem a ſententia reuocauit: perſuaſitq; ut e naui prodiret: & duces ad cõſilium contraheret. Ii poſteaq̃ congregati ſunt priuſq̃ ad eos Eurybiades referret id: cuius gratia ipſos coegerat: Themiſtocles multis agebat uerbis prout magnopere expediebat. Quem interfatus corinthiorum dux Adimantus Ocyti: Themiſtocles inquit in certaminibus ii qui ante alios exiſtunt colaphis cædũtur. Eum refellens Themiſtocles: Atqui inquit reliqui non coronantur. Comiter corinthio cum reſpondiſſet ad Eurybiadẽ conuerſus: nihil eorum dicebat quæ dixerat prius. Illos poſtq̃ a ſalamine profecti fuiſſent dilapſuros. Præſentibus enim ſociis non putabat ſibi decorum quẽpiam accuſare: ſed aliũde oratione ſumpta: In te nunc inquit ſitũ eſt ſeruare græciam ſi mihi accedens nauale hic prælium facias: & nõ horum quibuſdam credens claſſem ad Iſthmum abducas. Vtrunq; cum audieris inter ſe comparato. Si ante Iſthmum confliges: in patenti pelago dimicabis: ubi nobis minimum expedit naues habentibus & grauiores & numero ĩferiores. Ex quo etiam ſi in aliis feliciter nobiſcum agatur: tamen amittes ſalaminem: & megara & æginam. Nam illos una comitabitur ſuus pedeſter exercitus. Atq; ita tu eos in peloponneſum ages: omnemq; græciam in diſcrimen adduces. Sin autem id feceris quod ſuadeo: hæc in eo reperies cõmoda. Primum ſi in arcto conflixerimus nos paucæ naues cũ multis profecto ſi æqua belli contingent multo ſuperiores erimus: quoniã in arcto pugnare pro nobis elt: in ſpacioſo pro illis. Præterea ſalamis ſeruatur ubi noſtri nunc liberi collocati ſũt & uxores. Eſt & alia hic cauſa ꝓpterquã itẽ debes præcipue hic maẽre: q; ꝓ pelopõneſo & iſthmo pugnabis: quo caue ſi ſapis ne iſtos ducas. Si id quod ſpero cõtĩget ut claſſe uincamus: barbari neq; ad iſthmum nobis aderunt: neq; uſquam longius ab attica procedent: ſed nullo ordine abibunt. Vnde nobis lucrifaciemus quæ ſeruauerimus megara æginamq; atq; ſalaminem. Apud quam

credibile eſt nos hoſtibus fore ſuperiores. Credibilia enim ſuadentibus hominibus fere proſpere cedit. Secus facientibus ne deus quidem uult adeſſe & hũanæ ſentẽtiæ indulgere. Hæc dicentem Themiſtoclem rurſus interpellans Adimantus iubebat ſilere eum cui patria nõ eſſet: quin etiam Eurybiadem non ſinere uirum extorrem ſententiam dicere: & ita demum id ſinere cum urbem Themiſtocles habuiſſet uidelicet exprobrans q̃ athenæ captæ eſſent tenerenturq; ab hoſte. Tũc Themiſtocles & illi & corinthiis multa ingerens probra ratione oſtendit ſibi eſſe & ſolum & urbem multo maiorẽ q̃ illis. Vnde naues ferme ducentæ eſſent armatæ: quas nulli græcorum inuadentes poſſent propellere. Hæc cũ ratione ſignificaſſet ad Eurybiadem tranſiens maiori cum acrimonia loquebatur iquiens. Tu uero ſi hic manes: uir eris egregius: ſin minus græciæ euerſor. Totum enim belli momentum nobis naues ſuſtinent. Sed mihi crede niſi hoc feceris nos ſicuti ſumus ubi domeſticos receperimus in Sirim quæ in Italia eſt profecturos: quæ olim iam noſtra eſt: quanq̃ ut oracula aiunt a nobis condi oportet. Vos autem talibus ſociis deſtituti meoq; uerboq; reminiſcemini. Hæc dicẽte Theomiſtocle: Eurybiades edocebatur: & ob id edocebat (ut mihi uidetur) q̃ maxime formidabat ne ſi ad iſthmũ claſſem reduxiſſet: ab athenienſibus deſereretur: quibus deſerentibus iã reliqui nõ eſſẽt in pugnando hoſtibus pares. Ita ſententiam eam probauit: ut illic permanentes pugna nauali decernerẽt. Quod ubi Eurybiadi placuit: ii qui altercationibus uelitati fuerãt circa Salaminem cum illic ſeſe appararent tãq̃ præliũ nauali facturi dies illuxit: & ſimul oriẽte ſole extitit terræmotus & maris: ꝓpter quod uiſũ eſt faciẽdũ ut æacides ĩ auxiliũ inuocarent. Id ubi fecerũt: & omnibus qui illĩc e ſalamine ſunt diis uota fecerunt: Aiacem Thelamonis filiũ inuocauerũt: nauemq; ad Aeacum & ad alios æacidas inuocandos æginam miſerunt. Narrabat autem dicens Theocidis uir athenienſis atq; idem exul & apud medos factus illuſtris per id tempus quo attica regio atheniẽſibus deſolata a pedeſtri Xerxis

exercitu uaſtabatur ſe forte fuiſſe una cũ Demarato lacedæmonio apud campum triaſium: uidiſſeq; puluerem triginta ferme milium uirorum capacem ab eleuſine: & cum demirarentur quorum nam hominum eſſet ille puluis: ſtatim ſe audiſſe uocem: quæ uox ipſi uideretur Iacchus myſticus: & Demaratum ut qui eſſet ſacrorum quæ fierent in eleuſine ignarus interrogaſſe quidnam eſſet quod ita ſonaret: ſeq; dixiſſe Demarate non aberit quin grandis aliqua clades contingat regiis copiis. Hoc autem palam eſt: cum attica ſit deſolata numen ab eleuſine reſonans uenire auxilio athenienſibus ac ſociis. Quod ſi in peloponneſum incumbat: periculum regi erit eiuſq; copiis quæ ſunt in continente: Sin ad claſſem quæ ad ſalaminem eſt conuertetur periculum: adibit rex ne nauticum amittat exercitum. Hæc ſolennia athenienſes quot annis celebrant Cereri atq; Proſerpinæ: & his ſacris quicunq; uult & atheniẽſium & aliorum græcorum initiatur. & uox quam audis eſt in hoc feſto bacchantium. Et ad hæc dixiſſe Demaratum ſile: neue alteri cuiq̃ hoc uerbũ dixeris. Quod ſi ad regẽ referatur capite plectaris: ut nec ego te nec alius quiſpiam hominum queat eripere. Quamobrẽ tene ſilentium de hac expeditione: diis curæ erit. Hoc Demaratum admonuiſſe aiebat. Ex illo autem puluere ac uoce factam eſſe nubem: eamq; in ſublime elatam ſalaminem uerſus ad græcorũ exercitum fuiſſe delatam. Ita ſe didiciſſe nauticas Xerxis copias eſſe perituras. Hæc dicens Theocydis filius referebat Demaratũ atq; alios teſtes citans. Claſſiariæ autem Xerxis copiæ ubi conſpecta ſtrage laconicorum ex trachinia in hiſtiæam traiecit: triduum illic moratæ per euripũ nauigabant: Totidemq; diebus ad phalerum præſto fuerũt. Nec enĩ minori ut mihi uidetur numero uel pedeſtres copiæ uel nauticæ athenas promotæ ſunt q̃ ad ſepiadem atq; thermopylas. Nam in ſupplementum eorum: qui aut tempeſtate, aut thermopylas aut in naualibus ad artemiſiũ prælijs interierunt: eos ſubſtitutam qui nondum regem aſſecuti fuerant melienſes: dorienſes: locros: boetios: qui cum

omni copia aduenerunt exceptis theſpienſibus & platæenſi-
bus nec non caryſtios: andrios: tenios: ac cæteros omnes in-
ſulanos præter quīq; ciuitates: quorum nominū ſuperius ha-
bui mentionem. Nam quo magis penetrabat in græciam
perſes: eo plures eum nationes ſequebantur. Qui omnes ex-
ceptis pariis poſtq̄ athenas uenere: & ad phalerum (Parii autē
in cythno relicti quo bellum caderet ſpectabant) Ibi Xerxes ip-
ſe ad claſſem deſcendit animo cœtū claſſiariorum faciendi: &
eorum audiendi ſententias. Eo profectus ubi præſedit aſſidē-
tibus qui accitu eius aderant ſuæ quoq; gentis tyrannis ac na-
uium præfectis ut cuiq; rex honorem dederāt: quorū primus
erat Sidonius rex: tum Tyrius: deinceps alii gradatim: miſit
ad eos Mardonium tentandi gratia ſciſcitatum ſīgulos præ-
lium nauale faceret nec ne. Poſteaq̄ Mardonius a Sidonio ex-
orſus ſingulos circuiens interrogauit. cæteri quidem eandē
dixere ſententiam iubentes fieri prælium. Artemiſia uero hæc
inquit. Mardoni quæ dico regi referas me neq; in præliis ad
euboiam geſtis ignauiſſima extitiſſe: neq; minima contuliſſe
in te domine. Ideo cum talis ſit æquum eſſe ea quæ in rem
tuā maxime eſſe ſētio demōſtraī. Itaq; hoc tibi ſuadeo: ut na-
uibus parcas: nec prælium nauale facias cum iis uiris qui tāto
ſunt tuis in mari præſtantiores: quanto fœminis uiri. Quid
enim neceſſe habes omnino uenire in diſcrimen pugnæ naua-
lis? Nōne athenas habes: quorum gratia expeditionē ſum-
pſiſti? nōne reliquam græciā? Nemo tibi obſiſtit qui tibi ob-
ſiſtebant ita ſummoti ſunt ut eos decebat. Quo autem ego
recaſuras hoſtium res arbitror: id exponam. Si non inſtabis
pugnæ nauali committendæ: ſed claſſem perges hic continere
ad terram: ac tēdēī ipſe in peloponneſum: tunc tibi domine
ſuccedet ea quorum gratia ueniſti. Neq; eīm diu tibi reſiſte-
re græci poſſūt ſed dilabentur: & abs te ad ſuas quiſq; urbes
defugient. Quoniam neq; commeatus eſt eis in hac inſula (ut
ego audio) neq; eſſe credibile eſt: neq; ſi tu in peloponeſum
pedeſtres copias duces hic eos perſtituros: qui illinc huc ad-
uenerunt: neq; de pugna pro athenienſibus faciēda curatu-

Quod ſi pugnam naualem gerere approperabis: uereor ne co-
piæ nauticæ male re geſta pedeſtribus ſit exitio. Præterea hoc
etiam rex in animum dimitte uſu uenire ut bonis quidem
hominibus mali ſerui ſint: malis autem boni. Ideoq; tibi qui
uirorum es optimus ſerui ſunt mali: qui numero ſociorum
cenſentur ægyptii: cyprii: cilices: pamphili: e quibus nulla
utilitas eſt. Hæc loquentem Artemiſia quicunq; ei bene uo-
lebant: noxiam illi rebantur ſuam orationem tanq̃ aliud
mali paſſuræ ab rege quem uetaret pugna facere naualem.
At ii quidem male conſultum uolebant: Inuidebantq; utpo-
tè cui inter primos ſociorum omnium honos haberetur gau-
debant eius quam dixerat ſententiam tanq̃ perituræ. Xerxes
poſtq̃ ad eum ſunt relatæ ſententiæ: magnopere delectatus
Artemiſiæ ſẽtentiæ: cum iam antea officioſam eſſe ſenſiſſet:
tunc multo impenſius collaudauit. Nihilominus ut plu-
ribus ſtaretur iuſſit ratus ad euboiam ſuos ſponte male pu-
gnaſſe: q; uidelicet ipſe abfuiſſet. Itaq; conſtituit ſpectaculo
pugnæ naualis ĩtereſſe. Claſſiarii ubi nunciatum eſt illinc eſſe
ſoluendũ claſſem: ſalaminem uerſus ducunt: & per ocium
in aciem ſunt digeſti. Sed cum eos dies defeciſſet quo minus
prælium committerent (nox enim interuenit) in poſterum diẽ
ſe ſe inſtruebant cum interim græcos formidoq; cepit cum
alios: tum uero pelopõnenſes: q; ipſi deſidentes in ſalaminẽ
pro athenienſium terra eſſent certaturi: qui ſi ſuperarentur
in inſula deprehenſi forent obſidendi ſua terra ſine præſidio
relicta. Per eandẽ noctem pedeſter exercitus barbarorum cõ-
tendebat in peloponneſum: q̃q̃ cuncta quæ poterant exco-
gitata erant: ne barbari per continentem ingrederentur. Nã
ubi Leonidam cũ ſuis apud thermopylas occubuiſſe acce-
pẽ pelopõnenſes: celerrime ex uibibus concuſſu facto iſthmũ
inſederunt duce Cleombroto Anaxandridæ filio Leonidæ
fratre. Ibi conſidentes primum uiam ſcironidem obſtru-
xerunt: deinde conſilio inito Iſthmum muro inædificabant:
opuſq; perficiebant. Quippe nemine cum tot milia uirorũ
eſſẽt ceſſante: Nã & lapides & lateres & ligna & ciſtas ſabulo

plenas affereb:nt nullo temporis momento opus intermittentes neq; diurno neq; nocturno. Qui e græcis ad Iſthmum auxilio cum omni copia uenerunt: Hi fuere lacedæmonii & arcades & helei & corinthii & ſicyonii & epidaurii & phliaſii troezenii & hermionenſes. Hi fuerunt qui auxilio uenerũt præmetuentes periclitanti græciæ: cæteris enĩ pelopõnẽſibus id nihil admodum curæ erat: & olympia iam & carnia præterierant. Incolunt autem pelopõneſum gentes ſeptẽ: quarũ duæ indigenæ eũdem quem habitarunt olim locum nunc habitant: Arcades & cynurii: una achaica quæ nunq̃ illa quidẽ e pelopõneſo exceſſit: ſed priſtino loco egreſſa alienum incolit. Reliquæ quatuor e ſeptem aduentitiæ ſunt dorienſes: ætoli: dryopes: lemnii. Dorienſium multæ ſunt & inſignes ciuitates: ætolorũ ſola Helis: dryopum Hermiona & Aſina: quæ ante Cardamylam laconicam ſita eſt. Lemniorum omnes pariorentani. Cynurii cum ſint indigenæ ſoli putantur Iones eſſe: ſed effecti ſunt dores ipſa die ſub imperio argiorum impoſiti cum eſſent orneatæ & perioeci. Harum igitur ſeptem gentiũ cæteræ præter eas quas recenſui e medio ceſſerunt: & ſi ĩgẽue loqui fas eſt in medio ſedentes cum medis fẽtiebant. Apud Iſthmum quidem in tali labore iſti occupati erant utpote ꝑ omni iam curſu ꝙ nulla ſpes e claſſe offulgeret currentes. Quæ audientes illi qui in ſalamine erant: formidine afficiebantur non tam pro ſe ipſis: q̃ pro pelopõneſo ſoliciti. Adeo ut alius alium adiens ac ſummiſſa uoce admiraretur in Euribiade conſilii inopiam. Tandem res erupit in medium: conciliumq; contractum eſt: & multa de hoc ipſo dicebantur ab his quidem oportere in pelopõneſum nauigare: & pro illa adiũ periculum: non autem pro regione captiua manentes pugna nauali decernere. Ab athenienſibus uero & æginetis & megarẽſibus ſatius eſſe illinc manentes dimicare. Ibi Themiſtocles poſtq̃ ſententia pelopõnenſium euicit: clanculum e concilio egreſſus miſit ad claſſem medorum nauigium cum quodam iuſſo dicere quæ oporteret: cui nomen erat Sicinno contubernali ſuo atq; eodem pædagogo liberorum ſuorum

quem poſt hãs res geſtas ipſe theſpienſem fecit. Vbi theſpienſes in ciuitatem ſunt recepti atq; locupletem: Is tunc nauigio ad duces barbarorum profectus hæc inquit dux athenienſiũ q̃ partibus regis fauet: præoptatq; res ueſtras q̃ græcorum eſſe ſuperiores miſit me clam aliis græcis indicatum uobis illos metu perculſos fugam facere uelle: & nunc offerri uobis occaſionẽ exequẽdi rẽ oĩũ præclariſſimam: niſi per negligentiam eos dilabi ſinatis. Nam neq; inter ſe conſentiunt: neq; uobis amplius obſiſtent: quos cernetis inter ſe dimicantes eos qui uobiſcum & eos qui contra uos ſentiunt. Hac re Sicinnus indicata ab illis abſceſſit. Cui fidem habentes barbari tum in inſulam paruam nomine pſyttaleam: quæ inter ſalaminem & continentem ſita eſt multos perſarum traiiciunt: tum mediam circa noctẽ cornu quod ad ueſperam ſpectabat producunt ſalaminem uerſus eã circuituri. Producũt item qui circa cẽon & cynoſuram inſtructi erant occupantes omne fretum numichia tenus. Ideo autem & naues producebant nequa græcis liceret effugere: ſed circumuẽti uicem redderent prælĩorum ad artemiſium geſtorum: & inſulam pſyttaleã traiiciebant aliquot perſas: ut commiſſo naualicertamine cum plurimum & uirorum & naufragiorum eo efferretur (erat enim inſula in traiectu pugnæ ſita) ĩi perſæ ſuos ſeruarẽt: alienos interimerẽt. Hoc ne hoſtis ſentiret clanculum egere nulla noctis parte conceſſa ſomno. In has ego ĩs intuẽs non habeo aduerſari oraculis tanq̃ non ueris uolẽs euidẽter loquẽtia conari ĩfelleĩ. Auri cõæ poſtq̃ Dianæ littora iungent: Nauales pontes cum littoribus cynoſuræ: Spe ſtolida fortes q̃ athenas marte ſubegit Compeſcet iuuenem meritiſſima pœna ſuperbum: Inſtinctum furiis ſibi cædere cũcta putantem. Nam miſcebitur æs æri Mars ſanguine pontum Inficiet: graiis tũc libera tempora reddet Saturno genitus ſimul & uictoria pollens. Cum ita euidenter in his a Bacchide dicatur: Profecto neq; ipſe de fide oraculis deroganda auſim dicere: neq; ab aliis dici ſuſtineam. Inter duces qui in ſalamine erant ingens conflatũs eſt tumultus non dum ſcientes

Quibus congregatis applicuit ex ægina Aristides Lysimachi æthenienſis quidem ſed in exilium a populo electus: quem ego: ut eius mores accepi: uirum optimum athenis atq; iuſtiſſimum cenſui. Hic uir conſilio aſſiſtens: Themiſtoclem euocauit non amicum ſibi ſed in primis inimicum. Verum præ magnitudine præſentium malorum oblitus ſimul tantum euocauit hominem colloquendi gratia, præſenſerat enim pelopõnenſes maturare ad Iſthmum claſſem reducere. Qui cũ prodiſſet: Themiſtocles ad eum inquit. Nos & alio tempore & hoc ipſo contendere debemus inter nos hac de re uter noſtrum de patria præclarius mereatur. Te uero certiorem facio peræque eſſe pelopõnenſibus multa uerba facere ac pauca de abducendis hinc nauibus. Ego tibi q̃ ipſemet uidi refero: nũc ne ſi uelint quidem corinthios atq; ipſum Eurydiadem enauigare poſſe: quoniã circundati ab hoſtibus undiq; ſumus. Quare ingreſſus ad eos hoc indicato. Cui reſpondens Themiſtocles: Iocunda ſane inquit iubes bonum afferens nuncium. Nam quod ego precabar ut fieret: id ipſe tu conſpicatus fieri ueniſti nunciatum. Vt enim ſcias quæ fiunt a medis ꝓpter mẽ fiunt: quoniam opus factu fuit ut græci: qui uolebant ſua ſponte ad pugnam deſcendere: deſcenderent inuiti. Tu uero quandoquidem iocũda nunciatum ueniſti: per te ipſum nũciato. quæ ſi ego rettulero: uidebor rem commentitiã dicere: nec ipſis perſuadebo tanquam non hoc agentibus barbaris. Itaq; tute ingreſſus uti res habet ipſe referas. Quod ubi feceris ſi tibi fidem habebunt: optime habet. ſin minus perinde nobis erit. Neq; enim ſi ũdiq; circundati ſumus ut tu ais amplius iſti diffugient. Ariſtides conſilium introgreſſus eadem rettulit dicẽs ſe ex ægina ueniſſe & ægre elapſum q̃ latuerit ſtationem hoſtium. omnem enim claſſem græcorum a Xerxis claſſe circumuentam. Ideoq; hortari ſe ut ad defenſionem ſui illi ſe ſe præpararent. Hæc locutus Ariſtides retro abiit. Rurſus inter duces altercatio orta pleriſq; eorum fidem nuncio non habentibus: quibus non credentibus aduenit. Triremis tranſfuga uirorum teniorum: cui præerat Panætius

non habentibus: quibus non credentibus adjenit triremis tranſfuga uirorum teniorum: cui præerat Panætuis Soſimenis: quæ omnē ueritatem attulit. Cuius facti nomine tenii in tripode qui delphis dedicatus eſt: Inter eos qui barbarum debellarunt inſcripti fuere. Ex hac naui quæ ad ſalaminem & altera quæ ad artemiſium tranſfugit: expleta eſt græcorum claſſis trecentorum & octoginta nauium. Duæ nanq; prius ad explendum numerum defuerant naues. Græci ubi eis uerba teniorum fecerunt fidem: ſe ſe apparauerunt tanq̄ dimicaturi. Et ſub diluculū cū propugnatorum cœtū feciſſent: Themiſtocles ex omnibus quæ expedirent præcipiebat: cuius orationis ſūma erat meliorum cū peioribus comparatio quæ cunq; in hominis natura atq; induſtria exiſtunt. Exhortatus ut meliora eligerent. Vbi perorauit: iuſſit illos ingredi naues. Quibus ingreſſis rediit ab ægina triremis quæ profecta ad æacidas erat. Moxq; omnes naues græci ſoluerunt. In quos mouentes continuo barbari ſunt iuecti. Ibi cæteri quidem græci cū inhiberēt remos: ceſſimq; irēt: Aminias pallenæus uir atheniēſis euectus naui in hoſtilem incurrit: cui implicitus cū hæreret nec abſtrahi poſſet: Ita cæteri uenientes auxilio conſerti ſunt. Hunc in modum aiunt athenienſes extitiſſe initiū pugnæ. Aeginetæ uero nauī quæ ad æacidas abierat feciſſe initium. Quanq̄ etiā hoc refertur ſimulacrum mulieris fuiſſe eis oblatum. & cum apparuiſſet ita illos exhortatum: ut omnis græcorū exercitus exaudierit. ſed prius his uerbis cōuiciatum. O dæmonii quoūſq; remos inhibebitis? Aduerſus athenienſes inſtructi erāt phœnices. Nam ii cornu tenebant: quod ad eleuſinem heſperūq; uergebat. Aduerſus lacedæmonios inſtructi erant Iones. Hi cornu tenebant: quod ad auorā ſpectabat & piræea: quorū pauci admonitu Themiſtoclis de induſtria ignauiter agebant: plenq; minime. Enimuero complurium triearchorum nomina commemorare poſſem: qui græcas naues expugnauere: ſed neminē nominabo: præter Theomeſtorem Androdamantis: & Phylacum Hiſtiæi ambos ſamios. Quorum duntaxat ideo mentionem facio:

q̄ Theomeſtor ob hanc nauatam operam a perſis tyrannus ſami creatus: Phylacus inter bene de rege meritos aſſcriptus eſt: & multo tractu ſoli donatus. Benemeriti autem de rege perſica lingua oroſangæ uocantur: de his quidem ita res habet. Multitudo autem regiarum nauium ad ſalaminem expugnabatur partim athenienſibus corrupta: partim ab æginetis utpote græcis ſeruato ordine ac loco certantibus barbaris & incompoſite & inconſulte agentibus: Vt non ab re fuerit talē eis rem contingere qualis contigit: q̄q̄ eo die fuerunt atq; extiterant lōge ſe ipſis præſtantiores: & q̄ ad eubioam extiterant pro ſe quiſq; annitentes: ac Xerxem reformidantes: q̄ ab eo ſe ſinguli conſpici arbitrabantur: & de aliis quidem uel barbarorum uel græcorum ſingillatim quomodo dimicauerint: non poſſum pro comperto referre. Circa Artemiſiā uero hoc rei geſtum: ex quo impenſius illa regi commendata eſt. Nam poſteaq̄ regiæ res in multum tumultuationis deuenerant: hoc interim tempore Artemiſia cum nauem ſuam attica inſequeretur nullum habens effugium: quia ante ipſam naues amicorum ſua uero proxima hoſti erat: hoc ſibi putauit faciendum: quod & feciſſe profuit. Nām ut fugiebat atticam nauem in nauem ſociam quæ erat uirorum calyndenſium impegit: quaq; rex calyndenſium Damaſythimus uehebatur. Cū quo & ſi huic iam īde dum eſſēt in helleſponto contentio interceſſit: tamen incertum an conſulto id fecerit: an fortuito nauis calyndenſium oblata fuerit: eam Artemiſia ubi incurrit pariter demerſit proſpero caſu uſa: & duplex hinc ſibi bonum adepta. Nam triearchus atticæ nauis eam conſpicatus incurriſſe barbarorum uirorum nauem exiſtimans: hanc autē græcā eſſe nauē aut e barbaris ꝓfugiſſe: & a græcis pugnaſſe: ab hac ad alias ſe conuertit. Ita ex hoc facto contigit Artēiſiæ tum ut peſtem euitaret: cum e malo opere præcipue ſe probatam apud Xerxem redderet. Siquidem fertur cum rex ſpectans animaduertiſſet hanc nauem alteri incurriſſe: quendam eorum qui aderant dixiſſe. Cernis Artemiſiam domine ut bene præliatur: utq; nauem hoſtilem depreſſit? & regem

interrogaſſe. Nunquid uere id opus Artemiſiæ eſſet: & illos qui plane noſſent inſigne nauis artemiſianæ ita rem habere affirmaſſe: ratos eam naue quæ corrupta eſſet hoſtilem fuiſſe. Nam præter cætera quæ mulieri ut dictum proſpere ceſſerunt: hoc quoq; acceſſit: q̄ e naui calyndēſi nemo ſeruatus eſt qui exiſteret accuſator. Vnde Xerxem ferunt ad ea quæ narrabantur dixiſſe. Viri quidem extiterunt mihi fœminæ: fœminæ autem uiri. Hæc aiunt dixiſſe Xerxem. In eo prælio cum alii multi & illuſtres uiri tam perſarum medorumq; q̄ aliorum ſociorum occubuere. Tum uero dux Ariauignes Darii filius: Xerxiſq; frater: e græcis pauci. Quippe qui gnari natandi cum ſuæ naues corruptæ eſſent: nec pugna periſſēt ad ſalaminem enatabant: cuius rei quia imperiti erant barbarorum pleriq; ī mari periere. Poſteaq̄ eorum primæ naues in fugam uerſæ ſunt: tum uero plurimæ corrumpebantur. Nā quæ in poſterioribus locatæ erāt: dum earum propugnatores conantur præterire: ut & ipſi aliquam operam regi nauarent: undiq; in ſuorum naues incidebant. Quo in tumultu & hoc actum eſt: ut quidam phœnices: quorum naues corruptæ fuerant regem adeuntes ſimulauerint iones tāq̄ proditores: q̄ ppter eos amiſſæ naues eſſent. Vnde id contigit nō ut Ionum duces interficerentur: ſed ut ii phœnices qui illos inſimulabant eam acciperent mercedem. Etenim illic adhuc ea loquentibus ſamothracia nauis atticæ impacta eam demerſit: & ī hāc ægīetica īpulſa ipſā depreſſit. Ver⁹ ſāothraces ut q̄ iaculatoꝛs eēnt epibatas nauis quæ ſuā depreſſerat iaculoꝝ ictibus expulerūt: eoꝝq; cōſcēſa naui potiti ſūt. Quod factū Iōes liberauit. Nā Xerxes ubi id egregiū facinus Ionū aſpexit: cōuerſus ad phœnices ut erat ſupra modū mœſtus & oēs arguēs: iuſſit eoꝝ capita præcidi: ne cū ipſi imbelles eēnt īmliores criminarēt. Quotiēs autē ſuoꝝ quēpiā aliquod opus edētē cernebat: de eo hoīe pcōtabat ſedēs ſub mōte q ē e rḡiōe ſalāinis noīe ægaleo & ſcribæ triarchum illum a familia & urbe ſcripto annotabant. Et cladi phœnicum qui aderant additus eſt Arioramnes uir perſa q̄q̄ amicus regis. Et iſti quidem in

phœnices conuertebantur. Barbaris autem in fugam uersis & ad phalerum elabentibus æginetæ in freto subsistētes operā mēoratu dignā ediderūt. Nā athēiēses quidē ī tūultuatiōe naues sibi obsistētes fugiētesq; expugnabāt. Aegīetæ uero eas elabebāt quotiēs aliqua effugiebat athēiēses eo ipso cursu ī æginetas īcidebāt. Cū īterī cōflixerūt naues duæ: ūa Thēistoclis īsēns aliā: altera Polycriti Criogēiti uiri ægīetæ dū nauī sidoniam inuadit illā uidelicet quæ speculatoriā in sciatho ægīeticā ceperat: qua uehebatur Pytheas Ischeni: quem persæ seminecem plagis tamen admiratione uirtutis seruatum in naui habebant. Sidonīa quæ hunc circūferebat nauis una cum persis est intercepta. Vt Pytheas ita sospes rediret in æginetam. Polycritus ubi inspexit atticam nauem agnito signo nauis imperatoriæ inclamans Themistoclem iocatus est exprobrans æginetis q̄ cum medis sentirent. Hoc Polycritus sua naui incurrens in Themistoclem iaculatus est. Barbari quorum naues superērāt fuga se proripuerunt in phalerum pedestres ad copías. In hac pugna nauali ē græcis optime audierunt æginetæ. Secundo loco athenienses: e uiris Polycritus ægineta athenienseq; Eumenes Anagyrasius & Aminias pallenæus: q̄ & Artemisiam est insecutus non prius desiturus q̄ aut illā cepisset: aut ipse captus esset. Si Artemisiam ea naui uehi animaduertisset. Quippe trierarchis athenienſium præceptum erat ut eā caperēt: propositūq; premiū decē miliū drachmarū ei qui uiuam cepisset. Indigne enim ferebant mulierem aduersus athenas militare. At illa (ut antea dictū ē) aufugit. fuerūt & alii quorū naues īcolūes ī phalerū euaserūt. Adīantū corīthioꝝ ducē athēiēses ferūt statī īter initia cōcursus nauiū expauefactū atq; pterritū sublatis uelis fugæ se dedisse. Corīthiosq; inspecta fuga nauis imperatoriæ itidē abisse. & cum fugiēdo uēisset ad tēplū Mieruæ Sciradis: quæ ē ī salāine occurrisse eis celocē diuīa cū pōpa: quē qsnā misisset cū nō cōstaret: scirētq; nēinē suæ classis ad ipsos misisse eos ob id cōiectasse rē diuīā eē: & illos qui ī celoce erāt ubi propiores fuerūt ita locutos fuisse: Adīante tu q̄dē cōuersis ī fugā nauibus abscede græcoꝝ pdator.

At illi q̄tū uotis cōcepūt uictoꝛs hoſtiū euadēt: & cū his uerbis fidē nō hēret: Adimātus hæc iteꝝ dixiſſe ipſoꝛ poſſe ꝓ obſidibus ductos mortē obiꝛ: niſi cōſtaret græcos eē uictores. Ita cōuerſa naui Adimātū cū cæteris ad claſſē ſuoꝝ re iā ab aliis nauata uēiſſe. Hic de illis apud athēiēſes rumor extitit: quod ipſi corīthii negāt ſe īter prīos pugnatoꝛs extitiſſe: pro q̄bus teſtīōiū dicit reliqua græcia. Ariſtides Lyſiachi uir athēienſis cuius pauloañ ut uiri optii mētōē feci ꝓ eū tūultū q̄ circa ſalāīnē fiebat hoc ñ geſſit. Permultis eoꝝ q̄ ad littus ſalāīnis locati erāt ſūptis gñe athēiēſibus & ī pſyttaleā īſulā traductis oēs pſas q̄ ī ea īſula erant iterēit. Defūcti nauali pugna græci reductis ī ſalāīnē nauibus potiti ſūt naufragiis quæ illic ſuperāt pati ad aliā dīiratōē q̄ ſperarēt ꝛgē iis & quæ ſibi rīliquæ erant nauibus uſuꝝ. Porro naufragioꝝ pleraq; uētus zephyrus ex attica moliēs aſportauit ī orā nōie coliadē: ut īpletū ſit oraculū dū de cæteris q̄ ad pugnā naualē ptinēt faciēs mētōē: tū uero de naufragiis illuc euectis a Bacide & Muſæo multis ānis aña prædictū ac rīdditū Lyſiſtrato athēiēſi uiro ſortilego q̄ oēs græcos latuerat. Horrībūt rēis mulierꝛs coliadēſes. Hoc futurū erat ꝓfecto rege: Cognita ſua clade Xerxes ueritus ne q̄s Ionū a græcis ſuboratus aut ſua ſpōte ad ſoluēdos pōtes ī helleſpōtū nauigaret. Vnde ipſe ī europa deprehēſus ſalute periclitaret de fugiēdo cōſultabat. Nolēs tñ neq; a græcis neq; a ſuis detegi: aggerē ī ſalāīne tētabat educeꝛ: nauesq; phœnicū ōerarias ut ꝓ rate ac muro eēnt īnectebat: & ſe tāq̄ aliā pugnā naualē facturus ad bellū īſtruebat. Quæ agētē uidētes cæteri ꝓ certo hēbāt eū māēdi aīo atq; bellādi illa apparaꝛ. Sed nihil eoꝝ Mardōiū latebat ut ꝓbe gnaꝝ ī gēii illius. Xerxes & hæc fecit & ſimul ī pſidē miſit q̄ præſētē cladē nūciaret. His nūcīs nihil pnicius trāſcurrit ī rbus hūais: quod negocium hūc ī modū ē a pſis excogitatū. Quod ex diebus tota uia cōſtat totidē equos ac uiros ferūt eē diſtīctos ad ſīgulos diꝝ iter faciēdū: quos neq; uis niuiū neq; imber neq; æſtus neq; nox diſtinet: quī ꝓpoſitū ſibi curſū celerrīm cōficiat. Quoꝝ curſoꝝ priūs mandata tradit ſecūdo ſecūdus itē tertio: & ita deīceps illa

mandata in alium atq; alium pertranſeunt: quemadmodū apud græcos fax: quā Vulcano per uices ferre curſores perſeuerant. Hanc equorū curſitationē perſæ angareion appellant. Et primus quidem nuncius ſuſa perlatus Xerxem athēis potitum eſſe tanta perſas qui relicti erant uoluptate affecit: ut omnes uias myrto cōſtrauerīt: & p eas odoris īcēderīt: & ipſi ī ſacrificiis ac gaudiis uerſarēt. Secūdus āt ita eos cōſternauit: ut ūiuerſi ueſtes dilaniarēt: uociferatiōeq; & eiulatu irrīqeto uterē t culpā ī Mardōiū rfūdētes ñ tā de claſſe q̄ de ipſo Xerxe ſollicīti. Idq; tam diu dum Xerxes illos ita affectos reddendo ſedauit. Mardonius cum uideret Xerxem magnam e pugna nauali iacturam feciſſe ſuſpicans agitaſ fugam ex athenis p ſe ipſo anxius erat tanq̄ pœnas daturus: qui regi pſuaſiſſet inferre græciæ bellū: putabatq; ſibi conducibilius eſſe piclitari aut ſubigere græciam: aut magna opera aggreſſū hōeſte uita defungi: q̄q̄ opinio eius de ſubigēda græcia ꝓpēſior erat. Hoc cū ſecū agitaſſet: rgē hac oīone ē allocutus. Dñe noli mœrorem ob hāc rē geſtā capeř: aut p ita magna hoc iactura ducer. Non enī certāen quo oīa nra cōſtāt in lignis ē ſed in uiris & eq̄s. Itaq; nēo tibi aut hoꝝ q̄ tibi uident oīa cōfeciſſe egreſſus e nauibus cōabit obuiā ſe ferre: aut ex hac cōtinēre. Vnde q ſe obuios tulere pœnas dederunt. Quod ſi tibi uidetur faciēdū ut pelopōneſū tētēus cōtīuo tētēus. Sin uidet ſupſedēdū ſupſedeamus licet: nec aīo cōſterneris. Neq; enim ulla poſſunt ratione ſubterfugere græci: quo minus rationē dent eorum quæ & nūc & antea ꝓpetrarūt: tuiq; ſūt ſerui. Et hoc qdē præcipue tibi agēdū puta. Quod ſi tibi cōſtitutū ē ut ipſe cū exercitu ruertaris: Aliud quoq; hēo ex hac re cōſiliū. Rex ne cōmittās tu ut pſæ græcis ludibrio fiāt. Nō. n. rs pſaꝝ affictæ ſūt: neq; tu ubinā uiri fuerimus ignaui: dicer potes q̄les ſi phœnices & ægyptii & cyprii cilices fuer: nihil iſta ad pſas attiet culpa. Q r qm̄ pſæ tibi huius ñ iſōtes ſūt: iā mihi crdito. Si tibi ñ uidet pmāēdū rēea ipſe ad ſolū natale cū pleraq; pte copiaꝝ. Ego cū delectis de exercitu. xxx. myriadibus militū de beo græciā ī tuā rdiger ſeruitutē. Iis auditis xerxes ut ex malis

gauiſus eſt: uoluptatéq; cepit: & ad Mardoniũ inquit ſe ubi ad conſilium rettuliſſet reſponſuq; utrũ eoq; eſſet facturus. Et cũ ĩ cõſiliũ uocaſſet delectos perſarũ proceres: placuit ei Artẽ-ſiam quoq; ad conſultandum accerſi: quam ſolam conſtabat antea quæ facienda eſſent intellexiſſe. Quæ ubi aduenit: eã Xerxes ſũmotis aliis perſarum cõſilariis atq; ſatellitibus hũc. in modum allocutus eſt. Iubet m̃ Mardonius hic permanere ad tentandam pelopõneſum: negans ullam culpam huius damni eſſe penes perſas atq; pedeſtres copias: ſed eis uolẽ-tibus hoc tentari debere. Itaq; aut hoc me facere hortatur: aut ſibi tradeſ triginta myriades delectorum militũ ad ſubigẽdã mihi græciã. Me uero ad patrias ſedes cum reliquo exercitu reuerti. Tu igitur quæ de pugna nauali non gerenda probe conſuluiſti: Vtrum mihi ſuades horum quod eligendo bẽe mihi cõſulueio. Hæc Xerxi conſultanti reſpondẽs Artemiſi-a. Arduũ eſt inquit rex me dicentem tibi optima proſperum conſilium dare: tamen e ſtatu rerum præſentium mihi ui-detur eſſe faciendum: ut tu ipſe domũ remees: Mardonium uero hic relinquas cũ iis quos uult: ſi modo uelit ille atq; re-cipiat ſe iſta facturum. Nam ſiue ea quæ ait ſe uelle ſubege-rit: & hæc ei ex animi ſententia ſuccedant: tua res domine a-gitur: quia id tui ſerui effecerint: Siue Mardonio cõtra opini-onem tuam contingat: non magna ſane calamitas erit ſaluo & te & rerum domeſticarum ſtatu. Etenim ſi in columis es & domus tua: profecto græci ſæpenumero pro ſe ipſis multa certamina curſitabunt. at ſi quid contingat Mardõio cladis: Id nullius erit momẽti: græciq; uĩcẽdo nõ uicerit ſeruo tuo iterẽpto. Tu uero athẽis ĩcẽſis cuius rei gratia expeditionẽ ſũ-pſiſti reuerteris. Delectatus eo conſilio Xerxes: quod idem illa ſuaſiſſet: quod ipſe haberet in animo: quippe qui (ut ego opinor) non remanſiſſet: ſi uel cũcti atq; cũctæ id ei ſuaſiſſẽt adeo perterritus erat. Artemiſiam laudatam dimiſit ducen-tem ſecum liberos regios epheſũ. Nam aliquot eum filii no-thi comitabantur: cum quibus ad eorum cuſtodiã miſit Hermotimum genere quidem pedaſenſem: ſed apud regem

iter eunuchos nulli ſecundum. Incolunt autem pedaſenſes ſuper halicarnaſſum :apud quos hoc rei fertur contigere ut quotiēs amphictyēſibus: qui circa eā urbem habitant aliquid aduerſi certum intra tempus eſt euenturum : tunc antiſtiti quæ illic Mineruæ eſt grandis herba naſcatur :quæ res bis apud eos accidit. Ex his pedaſenſibus Hermotimus erat : cui maxima ex omnibus quos quidem ipſi nouimus ultio contigit acceptæ iniuriæ .Siquidem eum captum ab hoſtibus ac uenalem mercatus eſt Pæonius uir chius ex hoc impuriſſimo quæſtu qué factitabat uitam ducens .Nam quos pueros forma præditos coemerat:eos caſtrabat:ductoſq; aut ſardis aut epheſum magna pecunia uenundabat .Apud barbaros eīm precioſiores eunuchi ſunt q̄ qui non ſunt caſtrati in oī genere fidei gratia:atq; ut alios permultos:ita hunc quoq; Pæonius execuit:ut qui ex hac re uitā toleraret.Sed non uſquequaq; īfelix Hermotimus e ſardibus ad regē cum aliis muneribus deductus ē :progreſſuq; tēporis ex oībus eunuchis maximo ī honore apud r̄gem Xerxem eſt habitus.Cum autem rex aduerſus athenas moueret e ſardibus:per id tempus Hermotimus cuiuſdam negocii gr̄a deſcendit in agrum myſium:qui a chiis incolitur:ſed atarnis uocitatur: Ibi iuētum Pæonium atq; agnitum allocutus eſt : & multis & comibus uerbis primum recenſens ei quot p illum eſſet aſſecutus bona. Deinde pollicens quam gratiam illius meriti foret relaturus: ſi homo cum ſuis domeſticis illuc cōmigraſſet. Ea oratione libenter audita Pæonius contulit ſe illuc cum uxore & liberis. Quem poſteaq̄ cum omni re familiari adeptus eſt :Hermotimus his uerbis affatus eſt.O omnium poſt homines natos ſceleſtiſſimum:qui ex nefandiſſima negociatione quæſtum facis:quid aut ipſe ego aut meorum quiſpiam uel tibi uel tuorū cuipiam mali fecit: q̄ ex uiro neutrū me reddidiſti?putabas fore ut quæ tunc machinabaris laterent deos:qui iuſta lege utentes te infandorum opificem tradiderunt in manus meas :ut de pœna a me tibi irroganda queri non poſſis? Hæc ubi exprobrauit homini filiis inconſpectum eius

adductis qui quatuor erant: coegit patrem illorum genitali: recidere: quod cum coactus feciſſet filii ſui adacti ſunt eius uirilia abſcidere. Ita ſupplicium ab Hermotimo in pæonium rediit. Xerxes filiorum epheſum deducendorum negocio Artemiſiæ demãdato accitum Mardoniũ iuſſit copiis: quas liberet eligere ut conſentanea uerbis facta exequi experiretur. Hactenus eo die eſt actum. Noctu autem regis iuſſu præfecti claſſis e phalero ſoluente retro helleſpontum uerſus abierũt pro ſe quiſq; accelerantes ad cuſtodiendas rates: quibus rex p̃ tranſiret. Qui cum ad Zoſterem aduentaret: minuta quædã continentis protenta promõtoria barbari ſuſpicati nauigia eẽ perdiu illinc aufugerunt. Tempora deinde edocti non nauigia eſſe ſed promontoria: in agmen ſe ſe receperunt. Vt dies illuxit græci cernentes ibidem pedeſtres copias hoſtium perſtare: rati claſſem quoq; circa phalerũ eſſe: ac pugnam nauale committendam: ſe ad reſiſtendum apparabant. Sed cognito illã uela feciſſe: confeſtim inſequendam ſibi cenſebãt. Itaq; eam inſecuti andro tenus cernere dum nequiſſent: ad andrum profecti conſultabant Quibus Themiſtocles ſuadebat ut inſulas uerſus profecti claſſẽ hoſtiũ inſequentes recta ad helleſpontum nauigarent ſoluturi pontes. Huic contrariam Eurybides opponebat ſententiam q̃ dicerent fore ut ſi diſſoluerent rates: maxima ob id calamitate afficerent græciam. Perſam enim ſi deprehenſus in græcia manere cogeretur non quieturum q̃ ſibi ocium quidẽ agenti: nec ulla rs poſſet procedere nec ulli retro oſtenderetur receptus: & exercitus ſuus fame cõficeretur: procedenti uero & rebus gerẽdis operam danti omnia poſſent per europam ſuccedere: tum in uribus tum in nationibus: quæ uel captæ fuiſſẽt: uel antea ſe ſe dediſſẽt: quin etiam rem frumentariã habiturũ ex ãnuis ſemper fructibus græcorum. Nũc autẽ uideri illũ utpote uictũ nauali prælio non perſiturũ in europa: Ideoq; permittẽdũ fugere dũ ĩ terrã ſuã fugiendo pueniat. De qua terra deĩde certamẽ iã fieri iubebat. Huic ſẽtentiæ aliorũ polopõnẽſiũ duces aſſẽſere. Thẽiſtocles poſteaq̃ aĩaduertit ſe nõ poſſe pleriſq;

perſuadere ut ad helleſpontum nauigarent adiit athēiēſes: q̄ præcipuē & īdignabantur hoſtem effugere: animatiq; erant ad nauigandum in helleſpontum etiam per ſe ipſos ſi cæteri recuſaſſent. Eoſq; ita eſt allocutus. Et ipſe multis iam huiuſmodi caſibus interfui: & de multo pluribus audiui talia contigiſſe uiros ad neceſſitatem redactos prælium inſtaurare: & ſuperiorem quam accepiſſent calamitatem emendaſſe. Itaq; nos quoniam inuenimus quo pacto & nos ipſos & græciā tuemur: repulſa tanta hominū nube non inſequamur eos fugientes. Neq; enim nos iſtud effecimus: ſed dii pariter & heroes qui inuiderunt unum eſſe uirum & aſiæ regem & europæ: qui ſit impiiſſimus atq; ſceleſtus: qui ſacra perinde atq; profana habens utraq; īcendit: Deorūq; ſimulacra ſubuertit: qui & mare cecidit flagellis: & compedes in illud deiecit. Sed bene nobiſcum in præſens tēpus agitur: Ideoq; nunc quidē ut & noſtri ipſorum & noſtrorum domeſticorum curam geramus: & ut ſpacium quis ad reficiendas ædes faciendamq; ſementē habeat in græcia maneamus barbaro prorſus eiecto. Cum autem uer appetet: tunc in helleſpontum & in Ioniam nauigemus. Hæc dicebat Themiſtocles animo ſibi apud pſā ſubſidiū comparādi: ut ſi quid apud athenienſes accideret aduerſi ſibi: haberet quo ſe cōuerteret: prout & cōtigit. Hæc dicēti Thēiſtocli atheniēſes cū tñ ab eo deciperēt ur aſſēſi ſūt. Nam cum antea prudēs habitus fuiſſet: poſtea uero prudēs ac bōa cōſulēs comptus eēt: ꝓrſus ad ei aſſētiēdū ꝓmpti fuer. Ille ubi atheniēſes ipſius ſententiā ꝓbauere: miſit eueſtigio uiros quoſdā cū nauigio ad exponēda regi mādata iuſſos taceř & ſi in omne tormentū deueniret: quoꝝ unus erat Sicinnus eius contubernalis. Hi poſteaq̄ ad atticam puenere: cæteris apud nauigiū ꝛmanētibus: ipſe ad regē aſcēdit: atq; ita eū allocutus ē. Thēiſtocles Neoclis filius dux quidē atheniēſiū: ſed īter oēs ſocius uir optimus ac ſapiētiſſimus miſit ꝛn tibi denūciatuꝝ gratia tibi īſeruiēdi ſe ꝛtīuiſſe græcos claſſē tu ā īſequēdi cupidos: pōtesq; q ſūt ī helleſpōto ſoluēdi. Itaq; nūc magno cū ſilētio te illuc ꝛcipias Hac ř nūciata iſti abieř.

Græci posteaq̃ decreuerunt neq; persequendum sibi ulterius barbarorum classem: neq; nauigandũ in hellespontũm ad soluendum traiectum: Andrum obsederunt animo illã delendi. Nam primi ex insulanis andrii pecunias poscenti Themistocli denegauerant: eiq; allegantí athenienses illuc ir̃ duobus magnis nuĩnibus fretos Suadela & necessitate: & ita sibi dandas utiq; esse pecunias respõderant athenas proportione magnas esse atq; felices: & diis propicijs bene processisse. Nã se ad maximã soli tenuitatẽ redactos: andriorumq; insulam totidem propitia numina nunq̃ derelíquere: sed sẽper incolere inopiam & impossibilitatẽ: quibus diis obnoxios andrios pecuniam non daturos. nunq̃ enim andriorum ipossibilitate ualidiorem fore athenienſium potentiam. Hæc illi cum respondissẽt nec pecuniam dedissẽt obsidebantur. Themistocles uero (neq; enim unq̃ ab acquirendo cessabat) ad cæteras ĩsulas minacia uerba mittens pecuniã flagitabat eisdem nunciis eisdẽ q; uerbis utens: quibus apud andrios fuerat usus: nisi pecuniã darẽt quam poscerentur: exercitum se græcorũ illuc adducturum: & eã insulam obsessam deleturum. Hæc dicendo ingẽtem pecuniæ uim coegit a caryſtijs atq; a pariis: qui audito tum andrum obsideri q; cum medis sensissẽt: tum Theĩstoclẽ maximo in honore inter duces esse: hoc metu pecuniam misere. Aliarum autem insularum aliquæ pecuniam dederĩt nec ne affirmare nequeo. Reor tamen alias quoq; dedisse nõ has solum: Quanq̃ caryſtijs ne hac quidem re cõtigit effugẽ eadem ut pariis: qui Themistocle pecunia delinito hostẽ deuitarũt. Ita Theĩstocles ex ãdro pfectus clã cæteris ducibus exegit pecuĩas ab insulanis. At copiæ Xerxis illic aliquot post pugnã dies immoratæ: mouerunt in boetios eadẽ qua uenerãt uia. Quippe Mardonio uisum est simul regẽ præmittere intẽpestiuum pp ãni tẽpus belligerari simul ĩ thessalia satius esse hybernar̃: & deinde ineunte uer̃ tẽtar̃ pelopõnesum. Is ubi ĩ thessaliã puenit: ibi ãte omĩa decẽ milia pfarũ qui immortales uocãtur elegit: excepto eoꝝ duce Idarne qui negauit se ĩgem ẽc̃ rlictuꝝ: Itẽ de aliis pfis thoracatos: & mille eqtes. Ad hæc

medorū: ſacarum: bactrianorum: indorum peditatū equitatumq;. Has nationes ſibi totas deſūpſit: ex aliis autē ſociis paucos: quorum duntaxat aut ſpeciem animaduertebat: aut aliquod egregium facinus cognouerat: ſed plurimos ex una gente perſarum delegit torquatos & armillatos. Secundo loco medos qui non numero perſis inferiores erant: ſed robore. Ita ut uniuerſi triginta myriades una cum equitibus eſſent. Hoc interim tempore quo Mardonius habet delectum copiarū: & Xerxes circa theſſaliam agit: Oraculum e delphis ad lacedæmonios ueīt: ut Xerxem pœnas necis Leonidæ ſolueret; & quod daretur ex eo reciperent. Mittunt igitur q̄citiſſime ſpartiatæ caduceatorem. Is adhuc in theſſalia nactus exercitum ubi in conſpectum Xerxis uenit: ita uerba fecit. Rex medorū lacedæmonii te & heraclidæ qui e ſparta ſunt pœnas cædis repoſcunt: quorum regē ipſorū interemiſti dū græciam protegit. Ad ea Xerxes cachinnos tollit: ac diu reſpōſo nō rēdito hīc inquit monſtrato Mardonio ut ei aſſiſtebat Mardonius pœnas tales dabit quales illos decet. Caduceator hoc reſponſo accepto diſceſſit. Xerxes Mardonio ī theſſalia relicto ipſe ad helleſpontum ire maturabat: Intraq; quīq; & quadragīta dies ad traiectum peruenit nullam ꝓpemodū partē copiarū ducēs: quæ quocunq; ueſebant & ad quoſcunq; hoīnes eorum diſptis fructibus ueſcebātur: Vbi nihil fructuū ſperiebāt ipſa herba ut eſolo germabat nō nulli delibatis corticibus & ſtrictis frondibus arborum tam agreſtium q̄ manſuetarū nihil ōnino relinquētes hoc præ fame facere coacti. Quos deīde peſtilētia excipiēs ac dyſenteria id ē tormina inter uiam extinguebant. Eorū nō multos Xerxes ægrotos reliquit iniūgēs ciuitatibus ut ī q̄q; ueniebat uti illos curarēt & paſcerēt: quoſdā etiā theſſalia & aliquot in ſiri pæoniæ & in macedonia: ubi ſacrū Iouis currū quē in græciā tēdens reliquerat reuerſus non offēdit. Eū pæones thracibus cum dediſſent: tñ repoſcenti Xerxi diuerſ una cū equis inter paſcendū fuiſſe abactū a thracibus: qui ſupiora ſtrymonis circa fōtes īcolerēt. Quo ī loco rex biſalteorū ac terræ creſtonicæ thrax facius eximiū fecit. Hic & ſe dū axat

uolentē negauit Xerxi ſeruiturū: eoq; in edita mōtis rhodope abiit: & filiis uetuit ne aduerſus græciam militarent. Illi patre contemptui habito ſiue alioquin libidine belli inſpiciundi militauere cum Xerxe: qui poſtq̄ īcolumes reuerterunt: omī bus pater (erant autem ſex) ob eā cauſā oculos effodit. Et iſti quidem hanc mercedem acceperunt. Perſæ autem ubi citato itinere ad traiectum peruenere: helleſpontum nauibus traie cerī ad abydum. Non enim intentas iā rates inuenere: ſed tē peſtate diſſolutas. Ibi copioſiorem q̄ in itinere commeatum adepti: nulla modeſtia ſeſe reficientes ac mutatis aquis per multi interibant ex iis quī de exercitu ſuperfuerant. Cæteri cum Xerxe ſardis peruenere. Narratur autem & aliter hæc res. Xerxem poſteaq̄ athenis profectus eſt ad orā ſuper ſtrymmo nem illinc non amplius iter feciſſe: ſed exercitu Hydarni per miſſo quem ad helleſpontū deducerent ipſum naui phœniſ ſa conſcendiſſe: ut in aſiam ſe reciperet: & dum curſum tenet a ſtrymonia ingenti uento fuiſſe exceptum: & eo uehemētius tempeſtate uexatum q̄ nauis referta uectoribus erat adeo quidem: ut ſuper contabulationes eſſent frequentes perſæ: qui cum Xerxe uehebantur: Ibi metu perculſum regem cum clamore interrogaſſe gubernatorem nunqua ſalus eis eſſet: & cum ille reſpondiſſet: Here nulla admodum eſt niſi horū uectorum aliqua abitrio Tunc Xerxē eo audito ita locutum. Viri perſæ nunc aliquis ueſtrum declaret ſe curam habere regis. In uobis enim uidetur ſita eſſe ſalus mea. Hæc ubi dixit Xerxes ilos eo adorato deſiliiſſe in mare: atq; ita leuata naui Xerxē incolumem in aſiam peruenīſſe: & ubi primum in ter rā egreſſus ē hoc egiſſe. gubernatorē q̄ rēgis q̄dē aiā ſeruaſſet auſa corōa dōaſſe: q̄ autē multos pſarū pdidiſſet decollaſſe. Hic alter modus q̄ narratur ſuerſiōis Xerxis haudquaq̄ fidē a pud me habet: cū pp alia: tū pp obitū pſarū. Nā ſi id regi a gu bernatoī dictū ē: tñ ex īfinitis ratiōibus uel ob hāc unā cui re pugnari ñ pōt negarī hoc rēgē fuiſſe factum: quī potius pſas uiſum etabulatis ī uētrē nauis deſcēderī utiq; prīores peſarū & remiges phœnices nequaq̄ perſis numero pares in mare

deiecturū. Sed eum ut dictum est superius itinere pedestri cū reliquo exercitu in asiam reuertisse. Cuius rei id quoq; magno est testimonio q̄ cōstat Xerxem cum rursus in asiam reciperet se abdera peruenisse: adhibuisseq; conuiuio abderitas: & Acinace aureo eos ac tiara auro intertexta donasse. & ut ipsi oppidani aiunt illū postq̄ ex athenis retro fugit: quod apud me fide caret: Illic primum zonam resoluisse adeo fuerat terrore correptus. Sunt autem sita abdera ad hellespontum: Vel potius ad strymmonē atq; ad littus ex quo nauim ille conscēdisse fertur. Græci posteaq̄ andrū expugnare nequeunt: conuersi in carystum uastato illorum agro rediere salaminem. Ibi ante omnia diis primitias selegerunt cum aliarum rerum: tum phœnissarum triremium tres: quarum una reponeretur apud Isthmum: quæ ad meam usq; memoriā extabat: altera apud sunium: tertia Aiaci illic apud salaminem. Secundo loco prædā inter se dispertiere: ex quibus primicias delphos miser. Vnde statua effecta est lōgitudine cubitorū decē: trūcā nauis partem manu sustinens eodem ī loco stans: ubi Alexāder Macedo aureus missis delphos primiciis græci publice deū perconctati sunt nunquid perfectas & acceptas primicias accepisset. Quibus ille respondit habere se quidem a græcis aliis uerū non ab æginetis: sed reposcere donū optime nauatæ ad salaminem operæ in pugna nauali. Id cum audissent æginetæ aureas stellas tris dedicauerunt: quæ super malum nauis æreū stant apud angulum proxime Crœsi craterē. Post dispertitā prædam græci ad Isthmū nauigauerūt daturi præcipuū premiū græcorum meritissimo qui in hoc bello præclarissime rem gessisset. Eo ubi peruentum est duces græci in aram Neptuni suā quisq; sententiam scriptam detulere quemnam ex omnibus primum & quem secundum iudicarent. In ea autem suum quisq; nomen inscripsit sese illū qui præstantissimus extitisset extimans. Sed in secūdis partibus Themistocli adiudicandis pleriq; congruerunt. Ita cum singuli in primo loco singulos calculos haberent: In secundo Themistocles multo superior extitit. & licet hanc rē græci liuore quodā

ſuperſederint iudicare in ſuam quiſq; patriam reuecti: tam Themiſtocles & habitus eſt & celebratus per uniuerſam græciam omnium græcorum longe prudentiſſimus. Ipſe quia non fuiſſet honore affectus ab iis q ad ſalaminem dimicaſſent: ut honore afficeretur lacedæmonem ſe contulit. Eum lacedæmonii & ſplendide exceperũt: & magnifice honorauerunt. Et primas qdẽ partes rei bene geſtæ Eurybiadæ: ſolertiæ uero ac dexteritatis Themiſtocli dederunt: utriq; oleaginã coronam donarunt. Præterea hunc Biga quæ apud ſpartam erat praſtantiſſima: laudatũq; uerbis ampliſſimis trecenti ex primoribus ſpartiatarum qui equites uocantur diſcedẽtẽ ad tegeaticos uſq; fines comitati ſunt. Hunc ſolum ex oĩbus quos nouimus hominibus ſpartiatæ abeuntem deduxerunt. Eidem poſtq̃ ex lacedæmone athenas uenit: ibi Timodemus unus ex inimicis eius alioquin non e claris uiris liuore inſaniens crimini dabat itionem in ſpartã dicens illũ athenarũ reſpectu non ſui ab lacedæmoniis honores aſſecutum. Et cũ non faceret finem talia dicendi: inquit ei Themiſtocles. O hõ ita res habet. neq; ego ſi belbinitanus forem ſic a ſpartanis honoratus fuiſſem: neq; tu etiam ſi atheniẽſis. atq; hæc hactenus Artabazus Pharnacis uir inter perſas cum antea illuſtris: tum ex rebus plateenſibus factus illuſtrior regẽ deducebat iis ſexaginta milibus quæ ſibi Mardonius delegerat: quem ubi traiectu tenus comitatus ẽ: & iam eſſe in aſia ſciit regreſſus circa pallenem agebat utpote Mardonio per theſſaliam macedoniamq; hibernãte: nec alias copias obire curante: nec e ſua dignitate exiſtimabat ñ deripere rebelles potidæatas ĩ quos cãu ĩcidiſſet. Etenĩ potidæatæ poſtq̃ rex præterijt & claſſis pſica e ſalãine fugiẽs abiit e cõſpectu a barbaris defecerãt. Mox alii quoq; q pallenẽ ĩcolebãt rebellãtibus tũc uero Artabazus potidæã obſedit. Suſpicatus & olynthios ab rege defecturos: & ipſos obſedit. Eã aũt urbẽ tenebãt Bottiei qui e ſinu thermæo fuerant a macedonibus eiecti. Hos Artabazus poſtq̃ obſidiõe cepit in paludem deductos trucidauit. Vrbemq; adminiſtrandam Critobulo toronæo

tradidit ac genere chalcidenſi. Ita chalcidenſes olynthũ optinuere. Expugnata olyntho Artabazus potidææ obſidendæ impenſius incumbebat. Hoc faciẽs cum Timoxeno ſcionæorum magiſtratu de facienda proditione tranſegit incertum mihi quonam modo ab initio. Neq; enim traditur. Ad extremum ita actum eſt. Quotiens exaratum libellum aut Timoxẽus ad Artabazum: aut Artabazus ad Timoxenum mittere uolebat eo ſagittæ poſtremo inuoluebat: adaptatiſq; deſuper pennis ad locum de quo conuenerat ſagittam emittebat. Sed Timoxenus qui potidæam prodebat: proditionis compertus eſt. Nam Artabazus ad conuentum locũ ſagittã dirigens fruſtrante iactu humerum cuiuſdam potidæatæ percuſſit. Ad quem ſaucium turba (ut aſſolet in bello fieri) cum concurriſſet ſubito reuulſa ſagitta animaduertens libellum detulit ad magiſtratus. Aderat autem & cæterorum pallenẽſium commilitium. perlecto libello magiſtratus & cognito proditionis auctore non tamen cenſuerunt Timoxenum eẽ plectendum ſcionææ ciuitatis gratia: ne in poſterum ſemper ſcionæi pro proditoribus haberentur. atq; hunc quidem in modum Timoxenus proditionis manifeſtus fuit Artabazũ uero tris iam menſes obſidentem ingens æſtus maris excepit & is diuinitus. Vnde barbari uidentes locum feſtum lacunoſum in pallenem cõceſſerunt. Quorum cum duæ partes permeaſſent eluuiem: tres aliæ ſupererant: quas ubi ptranſiſſent: oportebat intrare pallenem. Sed eas tanta maris æſtuatio inuaſit quanta nunq̃ extiterat: ut indigenæ aiunt cũ ea frequenter illic accidat. Eorum qui nandi erant ignari interiere. Qui erant gnari: eos potidæatæ nauigiis adorti trucidauere. Huius æſtus ac reſtagnationis & cladis perſarum ferunt potidæatæ hinc cauſam extitiſſe: q̃ iſti e perſis qui ſunt a mari oppreſſi in templum Neptuni & eius ſimulacrum quod ſitum eſt in ſuburbanis impie geſſerant. Hãc fuiſſe cauſam illi uidentur uere dicere. Eos qui ſuperauere Artabazus in theſſaliam ad Mardonium duxit. Et cum iis qui regem reduxerunt ita eſt actum. Claſſiarius autem

Xerxis exercitus qui ſuperfuerat ubi a ſalamine fugiens attigit aſiam rege cum aliis copiis e cherſonneſo abydum traducto hyemauit apud cumam. Idem primo ſtatim uere ſamum conuenit: ubi non nullæ naues hyemauerant. Eius claſſis pleriq; epibatæ erãt ex perſis & medis duceſq; ſupuenerãt Mardontes Bagæi & Artayntes Artachæi: cuius patruelis Amitres ab eodem aſcitus erat iſtorum collega. Hi utpote magnopere perculſi non audebant occaſum uerſus producere ne unuſquidem: ſed apud ſamum ſubſidentes Ioniam a rebellando prohibebat trecentas naues cum iadibus habẽtes neq; expectantes fore ut græci in ioniam irent: ſed ut ſua tutari contenti eſſent ducta ex hoc coniectura: q; ipſos e ſalamine fugientes non fuiſſent iſecuti: ſed libenter abſceſſiſſẽt. Atq; ut ſe uictos maritima longe ſuperiorem terra Mardonium futurum arbitrabantur. Qui dum apud ſamum erant: ſimul conſultabant ſi quid mali poſſent facere hoſtibus: ſimul ſubauſcultabant quonam res Mardonii ſpectarent. At græcos excitabat tum ueris aduentus: tum Mardonius in theſſalia agens. Et eorum quidem exercitus pedeſtris nondum cogebatur: naues autem in æginam abierant numero centum ac decem præfecto atque nauarcho Leutychidi: qui fuit Menaris: qui fuit Heſilei: qui fuit Hippocratidæ: qui fuit Leutychidæ: qui fuit Anaxilei: qui fuit Archidemi: qui fuit Anaxãdridæ qui fuit Theopompi: qui fuit Nicandri: qui fuit Eunomi: qui fuit Polydectis: qui fuit Prytanis: qui fuit Euryphontis: qui fuit Proclis: qui fuit Ariſtodemi: qui fuit Cleodæi: qui Hylli: qui fuit Herculis filius ex altera ab regia familia. Horum omnes qui prius commemorati ſunt præter duos poſt Leutychidem reges ſpartæ fuerunt. Athenienſium aũt duce Xanthippo Ariphronis filius. Hac omni claſſe æginam profecta adueniunt eo nuncii ionum iidem qui nuper ierant ad orãdos lacedæmonios ut Ioniam liberarent: quorum unus fuit Herodotus Baſilidis filius: ſeptem ab initio qui coniuratione inter ſe facta de trucidando Statte chiorũ

tyranno postea conspiratione patefacta per unum eorum q̄ rem detulerat: Cæteri qui sex erant e chio subdux erunt: spartamq; contulerunt: & tunc in æginam oraturi græcos ut ī ioniam nauigarent: ægreq; exoratos delon usq; perduxere. Nā ulteriora omnia græcis formidolosa erāt cum locorum ignaris: cum plena hostium esse credentibus: & tantūdem abesse samum: quantum Herculis columnas. Contigitq; id tei ut neq; barbari supra samū hesperū uersus nauigare auderēt metu perterriti: neq; græci chio rogatu aurorā uersus ultra delō Ita timor medium eorum tuebatur. Dū græci nauigauere in delum: Mardonius qui in hybernis apud thessaliam erat īde mouens misit ad oraculum quendam genere europeum nomine Murē iubens ut quantuncunq; sibi liceret peruaderet ad oraculum consultandum: edocuitq; quid uellet ab oraculis scire. Quod autem fuerit: haud compertum habeo. non enim memoratur. Opinor nihil aliud q̄ de rebus præsentibus fuisse. Constat hunc Murem in telebadiam uenisse: & mercede corrupto quodam indigena trophonium descendisse: & ad abas phocēsium & illinc ad oraculum quinetiam prius thebas adisse. Ibiq; tum Apollinem ismenium consuluisse q̄ illic quemadmodum in olympia fas est in templis scīscitari oracula: tum quodam non thebano sed hospite pecunia corrupto in delubro Amphiarai obdormisse. Ideo autem nemini thebano licet eo in loco uaticinium esse. Quod cum Amphiaraus optionem eis dedisset utrum mallent uate uti se an auxiliatore. thebāi sibi auctorem eum maluerunt. Ea propter nefas est ulli thebano illic obdormiscere. Tunc autem maximum extitisse miraculum a thebanis mihi narratur Murem europeum perueſtigatis omnibus oraculis isse etiam ad phanum Apollinis ptoi. Vocatur autem id phanum ita: sed ipsorum thebanorum est situm supra paludē copaidem ante montem proxime urbem acriphiam Ad hoc templum postq̄ peruenit is q̄ Mus appellaretur: secutos eū tris uiros publice delectos ad describēda ea quæ homini responderentur. Et statim antistitē barbara lingua usum: &

eos qui ſubſequebantur ſtupuiſſe audientes barbaram linguã pro græca. Cũq; neſcirent quid in præſenti negocio agerent: Murem europeum pugillares ab eis quos ferebãt abtuliſſe: & in illis ea quæ dicerentur a propheta exaraſſe: eumq; ut dicebant lingua caria: & ubi illa ſcripſiſſet digreſſum in theſſaliam abiiſſe. Ea Mardonius intelligens quid dicerent nuncium dehinc athenas mittit Alexandrum macedonem Amyntæ filium: tum quia in eum propenſi erant perſæ: Quippe cuius ſororem Gygæam Amyntæ filiam in matrimonio hẽbat Bubares uir perſes: ex qua genuit Amyntam ĩ aſia aui materni referentem nomen: cui ab rege phrygiæ data eſt incolenda urbs ingens alabanda: tum quia audiebat hoſpitalem atq; munificum eſſe uirum Mardonius mittendum duxit. Hac præcipue rõe arbitratus ſe conciliatũ ſibi athẽienſes populum & multum & ſtrennuum eſſe audiens: & qui cladis perſicæ ĩ mari acceptæ præcipuus auctor extitiſſet. Quibus ſibi conciliatis ſpem concipiebat facile potiundi maris prout ét contigiſſet. Nam terreſtribus copiis lõge ſibi ſuperior eſſe uidebatur. Ita colligebat ſuas res fore ſuperiorẽs rebus græcorũ. Cui fortaſſis oracula illa reddita ſuadebant ut athenienſem ſibi ſocium aſciſceret. His obtemperans Alexandrum hunc mittebat ſeptimum a Perdicca: qui macedonum tyrannidem optinuit hunc ĩ modum. Tres fratres a Temeno oriundi Gauanes Aeropus Perdiccas ex agro in Illyricos profugerunt: & ex Illyriis tranſgreſſi ſuperiorem macedoniam peruenerunt ad urbem lebæam. Vbi ſe ad mercenariam operam regi locauerunt unus quidem equis: alter uero bobus: minimus aũt natu minutis pecoribus paſcendis. Erant autem priſcorum hominum tyrannides in re nummaria exiles non ſolum populares facultates. Adeo ipſi regi ſua uxor coquebat cibaria. Hæc cum animaduertiſſet panem pueri Perdiccæ mercenarii dum coqueretur effici duplum q̃ erat. Idq; ſemper contingere: indicauit marito. Ille re audita ilico ingreſſus eſt ut oſtentum cerneret quonam modo quid maius excreſceret. Moxq; accitis mercẽariis ut a ſua domo diſcederẽt ĩperauit.

Et cum iſti dicerent ita demum ſe abſcedere iuſtum eſſe: ubi mercedem accepiſſent. Tũc rex mercedẽ nominari audiẽs hũc inquit Solem oſtendens in deum contumelioſus dignã uobis mercedem reddo. Immeabat aũt ĩ ædes per fumariũ ſol. Hoc audientes maiores natu Gauanes & Aeropus ſtetere attoniti. At adoleſcens accipimus rex quæ das prælocutus gladio(Nã gladiũ gerebat)circumſcripſit in pauimento domus Solem: circũſcriptũq; cum ter ĩ ſinum ſuum hauſiſſet: abiit cũ cæteris. Quale aũt eſſet id quod faciebat puer: & q̃ data cũ illorũ aſſenſu accipiebat minimus natu renũciauit: quidã aſſeſſor regi. Hoc audito rex ira percitus equites ad eos interimẽdos mittit. Eſt autẽ in ea regione amnis cui tãq̃ liberatori immolant poſteri illorum qui ab argo erãt. Hic amnis poſteaq̃ eũ temenidæ tranſierant ita uehemens effectus eſt: ut ab equitibus tranſiri nequierit. Temenidæ in aliã macedoniæ plagã tranſgreſſi habitarunt ꝓpe hortos qui ferebantur eſſe Midæ Gordio geniti. Quibus ĩ hortis ſua ſpõte naſcuntur roſæ ſexagenum foliorum fragrantiori odore q̃ cæteræ: & in quibus ut fertur a macedonibus Silẽus fuit exceptus. Super eos ſitus eſt fons nomine Berbinus per hyemẽ inacceſſus Hinc egreſſi poſtq̃ eã plagam optinuerunt: Temenidæ cæteram macedoniam ſubegerunt. Ab hoc Perdicca hunc in modum Alexãder oriũdus ẽ. Amyntæ filius fuit Alexãder: Amyntas Alcetæ: pr̃ Alcetæ fuit Aeropus: Aeropi Philippus: Philippi Argeus: huius Perdiccas q̃ parauit ĩperiũ. Ita Amyntæ fuit Alexander filius: qui ubi athenas uẽit a Mardõio miſſus ita uerba fecit.

Iri athẽienſes Mardõius hæc ĩqt. Nũcius mihi ab rege uẽit ĩ hæc uerba. athẽienſibus iniurias quas mihi ĩtulerũt cẽs remitto. Nũc aũt Mardoni ita facito. Suã eis regionem reddito. Præterea aliã pro ſuo arbitratu eligãt: ſuaq; libertate potiãt. Quĩetiam eorum tẽpla ſi mecum fœdus inire uolẽt: oĩa quæ ego incendi reſtituito. Hic nũcius cũ mihi allatus ſit neceſſe habeo iſta exequi niſi ꝓ uos ſteterit. Ego uero hæc uobis duco dicẽda: qd iſanitis bellũ regi inferẽtes: cui nec unq̃ præſtare: nec ſẽp obſtare poteritis? Noſtis enĩ Xerxis & copias

& facta auditis quoq; nunc de exercitu qui mecũ ẽ: quem ſi ſuperaueritis atq; uiceritis: nulla uobis ſi ſapitis ſpes erit: cum alius multo maior exercitus ſit affuturus. Nolite igitur æq; parãdo uos regi priuari ſolo ueſtro: & pro uobis ipſis aſſidue diſcurrere: immo potius his moleſtiis uos explicate: cum aſſit uobis pulcherrima explicãdi facultas: q; ab rege prouocati ut ſocietatẽ belli nobiſcũ ĩeatis citra dolum & fraudẽ liberati eritis. Hæc me iuſſit athenienſes apud uos Mardonius dicer̃. Ego uero de mea in uos beniuolentia nihil commemorabo. Neq; n. nunc primũ eã cognouiſtis. Obſecro tam̃ ut Mardonio morem geratis: quos animaduerto nõ ſẽp ualidos fore ad gerendum cũ Xerxe bellũ: quales ſi aĩaduerterẽ eſſe: nequaq̃ huc cũ his mandatis ueniſſem. Quippe regis uires ſupra hominũ ſunt: & manus prælonga. Quod niſi propere aſſentiamini magna pollicentibus: Quippe ex æquo fœdus facere uolentibus timeo ueſtram uicẽ: qui ex omnibus ſociis & maxime in uia habitatis: & ſoli ſemper præcipuã cladẽ accipitis poſſidẽtes terrã inter diuerſas acies poſitam. Itaq; ĩducite in hoc animũ quod magnopere eſt e ueſtra dignitate cũ rex magnus uobis græcoq; ſolis iniurias remittens cupiat effici amicus. Hæc Alexander. Quem athenas euntẽ ad inducendos ĩ barbari ſocietatẽ athenienſes cũ audiſſent lacedæmõii: id ne fieret uehementer extimuerunt reminiſcẽtes oraculorum fatale eſſe ut ipſi cum cæteris dorienſibus e peloponneſo eiicerentur a medis pariter & atheniẽſibus. Ideoq; ſine mora mittendos illuc cenſuere legatos. Et ſane contigit ut cõtiõi adeſſent lacedæmonii. Extraxerant enĩ athenienſes tẽpus probe ſcientes fore ut lacedæmonii audirẽt ueniẽtẽ a barbaro nũciũ ad ſocietatẽ cõtrahendã. Quare de ĩduſtria id fecere ad declarãdã lacedæmoniis ſententiam ſuã. Vbi dicendi finem fecit Alexander excipientes nuncii ſpartanorum ita locuti ſunt. Nos uero miſere lacedæmonii oratum uos nequid noui in græciam agatis: neq; uerba quæ afferuntur a barbaro admittatis: q; neq; iuſtum ſit ullo modo: neque decorum cum aliis græcis tũ præcipue uobis idq; multis de cauſis. Vos enim hoc

bellum excitaſtis etiam nobis inuitis: & propter imperiū ueſtrum eſt decertatū: quod certamen nunc in uniuerſam græciam emanauit: cuius totius uos præcipui auctores fuiſtis: & græcis cauſa ſeruitutis res nullo pacto toleranda cum præſertim conſtet atheniēſes ſemper & iam inde a priſcis tēporibus uindicaſſe permultos homines in libertatem. & triſtem quidē conditionem ueſtram dolemus: q; iam bis prouentu frugum fraudati eſtis: & iam domibus quæ dirutæ ſunt caretis. Quō nomine lacedæmonii uobis ac cæteri ſocii ſpondent ſe uxores ueſtras & omnia ad bellū inutilia proxime domeſticos ſuos quoad bellum hoc ſteterit alituros. Neq; uero uos Alexāder macedo ſeducat cōmendās Mardonii orationem. Facit quod ſibi faciendum eſt. Quippe qui tyrannus tyranno operam præſtat. Sed non idem ueſtra facere intereſt: ſi recte ſapitis: qui ſcitis nihil barbaris eſſe neq; fidum neq; uerum. Hæc cum nuncii dixiſſent: atheniēſes Alexandro ita reſponderunt. Et ipſi cognitū habemus hoc uires medo; etiā atq; etiam maiores eē q̄ noſtras. Vt id nihil iterſit exprobrare nobis. Attamen ī tutanda libertate eatenus reſiſtemus quatēus ualebimus. Vt autem ſocietatē cū barbaro contrahamus neq; tu perſuadere tentes: neq; nos ſi tu tētaueris perſuadebimur. Tu uero renuncia Mardonio atheniēſes dicere quoad Sol eodem itinere meabit: quo nunc meat: eouſq; ſe nūq̄ cū Xerxe ſocietatem inituros: ſed ſe protegēdo propulſaturos eum fretos ope deorum atq; heroum: quorum ille nihil penſi habēs: & templa & ſimulacra incendit. Tu quoq; poſthac cū iſtiuſmodi oratione ne cōmittas ut athenis uidearis: ne ue p ſpecē emolumentorum infanda nos facere ſuadeas. Nolumus enī te ingratū quippiam ab athenienſibus pati: quibus & hoſpes & amicus es. Hæc Alexandro reſponderūt. Nūcius aūt ſpartatarū illa lacedæmōios uereri ne fœdus ineamus cū barbaro: ſane humanū eſt neq; hoc uerētes eos turpe ē ueniſſe: quibus mens athenienſium explorata eſſet: quoniā neq; tantū auri uſq̄ gentiū ē: neq; regio ulla ſpecie & bonitate præſtās: quam nos accipiētes: ut cū medis ſentiremus ad tradendā ſeruituti

græciam indūceremur: quod ne faciamus & ſi uelimus multa & magna nos adhortantur. primum atq; idem maximum ꝙ deorum ædes effigieſq; īcēſiæ pariter & obrutæ ſūt: quas nos ī primis ultum ire neceſſe eſt potiuſq̄ cum iis fœderari qui iſta fecerunt. Deinde ꝙ ſumus græci eiuſdem & ſanguinis & linguæ quorum & fana & ſacrificia commūia ſunt & mores aſſimiles: eorum proditores fieri athenienſes non bene haberet. Ex quo ſi antea neſciebatis nunc ita accipiatis dum uel unius athenienſium ſupererit: nunq̄ nos conuenturos eſſe cum Xerxe. Veſtram autem erga nos prouidentiam ꝙ conſulere nobis domo carētibus ita ut domeſticos noſtros alere uelitis gratam habemus. Et licet beneficiū ueſtrum cumulatum ſit: nos tamen ita illud orabimus: ut nihil uobis moleſtiæ afferamus. Quod cum ita ſit copias primo quoq; tempoꝝ emittendas curate. Nam ut nos coniectamus nō diu differet barbarus ingredi regionem noſtram: ſed ſimulatq; acceperit nūcium nos nihil eorum eſſe facturos quæ orauit: aderit. Qui anteq̄ aſſit in attica: tempus eſt nos in boetiam auxilio ire. Hoc ab athenienſibus reddito reſponſo: lacedæmonii ſpartam reuerterunt.

Herodoti Halicarnaſſei Hiſtoriarum Liber Nonus.

OC ab athenienſibus reddito reſponſo lacedæmonii ſpartam reuerterunt. Mardonius poſteaq̄ regreſſus ad eum Alexander athenienſium reſponſa indicauit mouens e theſſalia citato agmine athenas ire contendit. Quacūq; iter faciebat: Illinc uiros ad bellū ſumēs theſſalis ducibus quos adeo non pœnitebat eorum quæ hactenus egerant: ut etiā multo ſtudioſius perſam inducerēt. E quibus Thorax lariſſæus & Xerxem effugiētē deduxerat: & tūc Mardōiū ꝓpalā deducebat ī græciā. Mardōiū ubi cū exercitu theras puēit: thebāi excepūt: ſuadēdoq; ñ ſinebāt ꝓgredi lōgius:

q̄ negarent illū locū ponendis caſtris opportūiorē eē: q̄ illum ubi ſubſidēs cōſequeretur ut omnē græciā ſine prælio ſubigeret. Arduū enī eē etiā uniuerſis hōinibus ui ſubigere græcos inter ſe conuenientes: quod & antea cognouiſſent. Si uero feceris dicebant quod nos ſuademus: occupabis nullo negocio ualidiſſima quæq; illoꝝ conſilia. Mitte pecuniam ad eos qui præpotentes ſunt in ciuitatibus. Miſſa pecunia græciam ad factionem rediges. Hinc eos qui tecum non ſentient admotis copiis facile expugnabis. Hæc thebani ſuadebant: quibus ille obtemperandum nō putauit partim animi faſtu: partim acri quadam libidine athenas iterum occupandi: præſertim ſperans incenſis per inſulas ignibus declaraturum ſe regi ſardibus agenti athenas ab ipſo teneri. Igitur in atticā cōtēdens cum illic athenienſes ne tūc quidē inuēiſſet: ſed pleroſq; eorum in claſſe ad ſalaminē eē audiret urbē cepit deſertam decimo menſe q̄ fuerat iterum ab rege capta. Eo poſtq̄ uenit mittit ad ſalaminem Murychidem quēdam helleſpontiū cū eiſdem mandatis: quæ Alexander macedo pertuliſſet. Mittebat autē eadem mandata gnarus ille quidē non beniuolo erga ipſum animo eſſe athenienſes: Sed ſperans cōtumaciā depoſituros tanq̄ ſubacta omni attica regiōe & ſub ipſius impio poſita. Hac de cauſa Murychidem miſit in ſalaminē. Is ubi in ſenatū uenit Mardōii mādata expoſuit. E ſenatoribus Lycidas ſentētiam dixit ſatius uideri ſibi eſſe ut ea quæ Murychides apud ſenatum diceret: ipſi admittētes ad populū referrēt. Hæc ille dicebat ſiue q̄ pecuniam a Mardonio accepiſſet: ſiue q̄ id ſibi probaretur. Quod ſimulatq; audieī athenienſes tā ii qui ex cōſilio: q̄ qui extra conciliū erāt indigne ferētes Lycidam circūſteterunt: lapidibuſq; interemerunt. Helleſpontium uero Murychidem dimiſerunt illæſum. Excitato de Lycida apud ſalaminem rumore: & cognito quod geſtū erat: athenienſium uxores alia aliam exhortātes atq; prehendētes ultro domum Lycidæ adieī: hominiſq; uxorem ac liberos lapidaueīt. Hunc in modum athenienſes in ſalaminem tranſierunt. Quā diu ipſi copias e peloponneſo uenturas ſibi auxilio expectabant:

tam diu hoſtes ī attica habuere ſtatiua. At ubi & ſocii tardius ſegniuſq; agunt: & Mardonius aduentans iam ēē ī boetia audiebatur. Ita ſupportatis omnibus rebus & ipſi in ſalamīnē traiecerunt: nunciosq; in lacedæmonē miſerunt cū conqueſtū de lacedæmoniis qui neglectui haberent barbarum eē atticā ingreſſum: neq; cum ipſis ei in boetiā occurriſſent: tū admōi tū eorum quæ ſibi ſi ad eum deficere uellēt Mardonius ſpopondiſſet: tum prædictū niſi præſidio ipſis eſſent ſe aliquod per ſemet remedium inuenturos. Agebant aūt per id tēpus Lacedæmonii ſolennia quæ uocantur hyacinthia: quæ feſta dei celebrare plurimi faciebāt. Ad hæc murum ſibi in Iſthmo extruebant: qui iam pīnas acceperat. Ad hos poſteaq̄ nūcii athenienſium lacedæmonem uenerunt ducentes ſecū megarenſium ac platæēſium legatos: Ephoris aditis ita locuti ſūt: Athenienſes ad hæc nos referenda miſerunt regē medoꝝ cū noſtram nobis regionem reddere: uel tum ſocietatē nobiſcū æquis conditionibus inire circa fraudē & dolū: tū aliā regionē noſtræ addeī: quā ipſi noſtro arbitrio optaueriūs: nos tñ pudore græci noīs & ꝑ magno flagitio ducētes ꝑdere græciā annuere nolle: ſed recuſare q̄uis iniuria affectos a græcis ac proditos. Qui &ſi non ignoremus conducibilius eē nobis ſocietatē inire cum perſa q̄ bellū gerere: tñ ſponte noſtra ſocietatē nō inibimus. Et hæc quidem noſtra ſūt quæ ī græcos præſtamus officia. At uos qui tūc ī omnē metū deueneratis ne paciſceremur cū pſa poſteaq̄ cōpertā habuiſtis ſententiā noſtrā nequaq̄ prodendi græciā & murū: quem in Iſthmo inædificabatis abſoluiſtis: nullā habetis atheniēſiū rōem. Et cū cōueneritis nobiſcū de occurrēdo perſæ ad boetiā deſertores extitiſtis pro nihilo ducētes barbaꝝ atticā eē ingreſſum. Itaq; uobis atheniēſes in præſens uſq; ſuccēſent ꝙ nō eſtis officio fūcti. Quod ſupereſt ut prīo quoq; tēpore nobiſcum copias mittatis iubent: quo barbaꝝ in attica quoniā in boetia defecimus excipiamus noſtra ī terra: ubi cāpus thriaſius appoſitiſſimus erit ad dimicandū. Hæc ubi accepere ephori: reſpōſum in diem poſterum diſtulerunt. Poſtero die in alterum:

ſdq; in decem dies fecerunt diē de die extrahētes. Intra quod tempus uniuerſi peloponnenſes magno ſtudio incumbentes Iſthmum muro itercluſere: ad finēq; perduxere. Non auſim dicere hanc fuiſſe cauſam cur iſti tantopere ſolliciti fuerint cum Alexander macedo athenas pergebat: ne athenienſes medorum partes ſequerentur: nunc aūt nihil aliud curarent q̄ ut ſibi Iſthmus inædificaretur putantes non āplius quicq̄ athenienſibus indigere. At ſub aduentum Alexandri in atticam muro: quem extruebant nondum perfecto perſas uehemēter extimeſcebant. Tandem & reſponſum & exitus fuit huiuſmodi. Pridie q̄ iam ultimum concilīū fieret uir tegeata noīe Chileus apud lacedæmonios maximæ inter hoſpites potētiæ cum audiſſet ab ephoris omnia quæ athenienſes dixiſſēt: his uerbis eos allocutus eſt. Ita ſe habet uiri ephori ſi athenienſes non ſentiunt nobiſcum: ſed cum barbaro q̄uis ualido muro ſit Iſthmus inædificatus: tamē magnæ fores patefactæ ſunt barbaro in peloponneſum. Quare prius eos audiatis q̄ aliqd decernant: quod cladem græciæ afferat. Hoc Chileus conſiliū dedit: quod in animum admittētes ephori confeſtī nihil collocuti cū nunciis qui a ciuitatibus uenerāt quiq; milia ſpartiatarū cū adhuc nox eſſet dimiſerūt præpoſito eis Pauſania Embroti filio: quæ præfectura erat qdē Pliſtarchi Leonida geniti: ſed cū is puer eſſet Pauſānias præfectus ē: qui eius patruelis erat: & idem tutor. Nam Cleombrotus Anaxandridæ pī Pauſaniæ iam non ſupererat non diu poſtq̄ copias quæ murum extruebant in Iſthmo reduxerat uita functus. Reduxerat autem ab Iſthmo copias Cleombrotus ob eam cauſam q; ſibi inter ſacrificandum aduerſus perſam Sol in cælo obſcuratus eſſet. Elegit autem Pauſanias ſibi collegam Euryanactem Doris filium ſuum gentilē. His copiis e ſparta cū Pauſania profectis nuncii de illaū profectione ignari ubi dies illuxit: ephoros adeūt habentes ī animo abire ī ſuā quiq; ciuitatē. Vbi adierūt ita uerba fecere: Vos quidē lacedæmōii deſidētes hic celebratis hyacinthia: ac luditis ſociis ꝓditis: athēienſes uero ut a uobis læſi ob penuriam ſociorū ita ut poterūt cū

perſa tranſigent. Soluta autem ſocietate uobiſcum palam ē nos ſi regis fuerimus ſocii militiæ comites futuros: in quancunq; regionem nos illi educent. Inde uos diſcetis quidnam uobis ex ea re ſit euenturum. Hæc locutis nunciis ephori iureiurando interpoſito dixere ſuas ſe copias putare in Oreſtio eſſe tendentes aduerſum peregrinos. peregrinos enī barbaros appellabant. Hoc illi non intelligentes quid diceretur ſciſcitabantur. ſciſcitati & rem omnem edocti atq; ſtupefacti q̄celerrime abire ad illos inſequendos & cū iis quinq; milia finitimorum lacedæmoniorum delecta. His Iſthmum uerſus ire maturātibus: Argii ubi primū audiere copias e ſparta cū Pauſania profectas: præcōem quē optimum e diurnis curſoribus iuenerunt: in atticā mittunt ad Mardoniū: cui uidelicet antea receperant ſe futuros impedimento: quo minus ſpartiata egrederetur. Præco ubi athenas peruenit: Mardoni inquit miſerunt me argii nunciatum tibi iuuentutem e lacedæmone eē progreſſam: ſeq; ne illa progrederetur præſtare nequiſſe. Ad hæc tu bonum conſilium adhibe. Hoc ille locutus retro abſceſſit. Quo audito Mardonius iam non fidebat amplius pſtare ī attica: ubi ideo hactenus immoratus fuerat: quod audire cuperet ac ſcire ab athenienſibus quid ageretur: neq; populans neq; lædens atticū agrum aſſidue ſperās fore ut ſecū illi paciſcerentur. Quod ubi deſperauit re comperta priuſq̄ Pauſanias cum copiis Iſthmum egrederetur: ſubduxit exercitum incenſis athenis ſi quid aut murorum aut ædium priuatarum ſacratumq; extabat: eo omni diruto atq; obruto. Iō autem excedēdum ſibi putauit q̄ neq; adequit ibilis eſſet attica regio: neq; ſi ipſe male pugnaſſet euadi poterat: niſi per anguſtias ubi a paucis tranſitu prohiberi poſſet. Statuit igit recedere illinc thebas tum ciuitatem amicam tum regionem equitibus opportunam profecto illinc Mardonio & iter facienti perfertur nuncius properans alium exercitum mille lacedæmoniorum megara iter habere. Eo audito conſultabat ſi quo pacto hos primum poſſet excipere. Itaq; conuerſum exercitum ducebat. Megara præmiſſo equitatu qui omnem

oram megaridem incuſaret. Hucuſq; europæ ad Solem occi-
dentem uerſus longiſſime proceſſit hæc perſica expeditio.
Poſt hæc nuncius ad Mardonium uenit græcos in Iſthmo co-
actos eſſe. Ita retroceſſit per deceleam. Magiſtratus enim the-
bani accolas aſopiorum accerſierant: qui Mardoniū in ſphē-
daleas & illinc in tanagram duces itineris deduxerunt. In ta-
nagra noctem moratus Mardonius poſtero die in agri thebāi
ſcolon tranſuerſis tramitibus peruenit. Ibi thebanorum rura
tam & ſi medicas partes fouentium uaſtauit: non illorū odio
ſed ingenti neceſſitate adactus q; uellet tum caſtra commu-
nire: tum ſi ſibi in acie non cederet ex ſententia effugium cō-
parare. Exporrexit autē caſtra ſua ab erythreis ſecūdū hyſias
platæenſi tenus agro iuxta flumē aſopum muro cōmuniēs:
ſed non pro magnitudine caſtrorum uerum per ſingulas frō-
tes dena ſtadia habenti. Hoc in opere barbaris occupatis At-
taginus Phrynonis filius uir thebāus cōuiuio magnifice ap-
parato Mardonium ipſum & perſarum honoratiſſimos qn-
quaginta inuitauit. Fiebat autem cœna thebis. Inuitati illi
hominē ſunt ſecuti. Cætera quæ referā ex Therſandro accepi
uiro quidem orchomenio ſed orchomeni iter primos hone-
ſto: qui ſe quoq; aiebat ad hanc cœnam ab Attagino inuitatū
cū quinquaginta thebanis: nec utroſq; ſeorſum diſcubuiſſe:
ſed in ſingulis lectis alternos perſam & thebanū: Secundum
cœnam cum potioni daretur opera: perſam qui eodem toro
recumbebat græce ipſum interrogaſſe cuias eſſet: ſe uero reſ-
pondiſſe orchomenium eſſe: tum illum dixiſſe. Quoniam
tu mihi menſæ conſors & libaminum effectus es: uolo tibi
relinquere ſententiæ meæ monumentum: ut ipſe quoque
præſcius huius rei queas tibi conſulere. Cernis hos perſas
in conuiuium acceptos & copias quæ ad flumen in caſtris re-
lictæ ſunt? Horum omnium paruo poſt tempore pauculos
cernes ſuperſtites. Et iter dicendum multas lachrymas perſā
effudiſſe. admiratumq; ſe ea oratione ad illum dixiſſe. Nō
ne hæc Mardonio expedit dicere & iis perſis q ſecundum eū
in honore ſunt: & illū ſubieciſſe hoſpes quicquid ex deo fieri

oportet: Id homini ineuitabile eſt. Nam ne credibilia quidē dicentibus credere quiſq; uult. Hoc permulti perſarum cum ſciamus: tamen Mardonium ſequimur illigati neceſſitate. Eſt enim hoc in hominibus acerbiſſimum: eum qui multum ſapit minime potentem eſſe. Hæc ego ex orchomēio Therſādro audiebam: & ideo ipſum hæc ſtatui aliis enarraſſe priuſq; prælium ad platæas factum eſt. Mardonio in boetia ſtatiua habenti attulerunt copias cæteri circa græci qui cum medis ſentiebāt: & ad athenas congregati ſunt præter phocēſes. Nam & iſti uehementer partibus medorum ſtudebant: non tamen uoluntarii ſed coacti. Iidē nō multis poſt diebus q̄ thebas itum eſt: & ipſi aduenere mille armati duce Harmocyde inter populares ſpectatiſſimo. Eos Mardonius ubi thebas peruenere miſſis equitibus iuſſit ſeorſum in campo ſubſidere: quod cum feciſſent protīus affuit uniuerſus eqtatus. Vnde poſtea rumor exercitum græcorum qui cum medis erāt perſuaſit phocenſes ab equitatu iaculis confodi: quinetiam p ipſos phocenſes idem deuulgatum eſt: quod tunc dux ſuus Harmocydes his uerbis adhortabatur. O phocenſes palam eſt hos homines certe nos neci deſtīaſſe accuſatos (ut opinor) a theſſalis. Quare ununquenq; ueſtrum oportet egregium uirum eſſe: q̄ dedentes nos fœdiſſima morte trucidari. Ipſi quoq; intelligant ſe barbaros eſſe inter græcos quibus mortem intulerunt. His ſuos Harmocydes hortabatur. Quos ubi concluſere equites inuehebantur tanq̄ ad eos occidendos telis intentis ueluti emiſſuri. non nulliq; emiſerunt. Phocenſes ex aduerſo ſtātes facto orbe quoquouerſus cū ſeſe opponerent ibi equites digreſſi retro abiere incettum an ad hos interficiendos rogatu theſſalorum ierint equites. & poſteaq̄ animaduerterunt eos ad defendendum ſe conuertere ueriti ne ipſi uulnerarentur ita retro abſceſſerunt tanq̄ a Mardonio iuſſi: an experiri uoluerint nunquid iſti præſtantiæ haberent. Poſt abſceſſum equitatus miſſo ad eos præcone Mardonius ita inquit. Bono eſtote phocenſes animo. uiros enim uos eſſe dediſtis ſpecimen non tales

quales ego audieram. Quo magis alacri animo tolerate hoc bellum. Non enim aut me beneficiis aut regem uincetis. Hactenus quæ circa phocenſes ſunt geſta. Lacedæmonii ubi ad Iſthmum uenere: illic caſtra communiere. Quod audientes cæteri peloponnenſes utiq; ii quibus meliora cordi erant: cernetentq; ſpartiatas egredi uolentes: indignum ſe putauerẽt a lacedæmoniis ſe in exeundo ſuperari. Itaq; cum pulchre litatum eſſet: cuncti ex Iſthmo profecti ſunt: & in eleuſinem peruenerunt: ubi cum pulchra etiam fuiſſent exta ire perrexerunt. Quibus athenienſes e ſalamine tranſmittentes ĩ eleuſine admixti ſunt. Iſti poſteaq; ad erythras boetiæ uenere: cognito barbaros ad aſopum caſtra habere inito de hac re conſilio e regione tetenderunt ſub citharonis radicibus: in quos Mardonius q; in campum non deſcenderent: omnem immittit equitatum cui præerat Maſiſtius: a græcis Maſiſtius dictus uir apud perſas inclytus. Niſæo equo iſidens aureo freno: & aliis inſignibus eximie ornato. Equites ubi promouere ad græcos per turmas egreſſi multum detrimenti ĩferebant: Fœminas eos compellando. Erant forte megarenſes ea parte collocati: qua parte nulla alia magis oppugnari: nullaq; magis ab equis adiri poterat. Hac impreſſione equitum megarenſes quia fatigebãt: mittunt ad duces græcorum præconem qui ita cum uenit uerba fecit. Megarenſes aiũt uiri ſocii nos ſoli excipiẽdis hoſtibus impares ſumus: qui tenemus eãdem in qua collocati ſumus a principio ſtationem. Ibi hactenus tam & ſi ægre: tamẽ ſtrennue fortiterq; reſiſtimus. Nunc niſi alios nobis ſubſtituatis: ſcitote nos ab acie diſceſſuros. Hæc ubi præco renunciauit Pauſanias expediri fecit græcos ſi qui alii ultro ad locum irent ut megarenſibus ſuccederent. Recuſãtibus cæteris athenienſes ſuſcepere hoc munus uidelicet eorum trecẽti delecti: q̃bus præerat Olympiodorus Lãponis. Hi fuere qui præ omnibus græcis ad erythras caſtra habentibus inſtructi ſucceſſere ſagittariis ſibi aſſumptis. Qui cum aliquandiu pugnaſſent hic fuit pugnæ exitus. Impreſſionem faciente per turmas equitatu: Equus

Maſiſtii ut erat præ aliis eminens: ſagitta per latus ictus eſt: quo dolore in pedes erectus Maſiſtium excuſſit: collapſum confeſtim athenienſes circumſiſtūt: equo prehenſo hominēq; ſeſe defenſantem interimunt: cum aliquādiu non potuiſſēt: ita enim fuerat armatus: q̄ ſcilicet tus gerebat thoracē aureis ſquāmis conſertum: deſuper phœniceum paludamentū. Eius thoracem cum ferirēt: non prius aliquid profecerunt: q̄ quidam re animaduerſa illū percuſſit in oculo. Ita Maſiſtius collapſus interiit: quæ res latebat alios eqtes. Non enim eū aut ab equo cadentem uiderant: aut occumbentē. At ne tum quidem cum ſe recipiebant quod actum erat cognouere: ſed poſtq̄ conſtitere quia nemo ipſis imperabat ſtatim deſiderauerūt ducem: cognitoq; quod geſtum erat mutuo ſe adhortati: omnes ī hoſtem equos admiſere ut mortuum eriperēt. Eos conſpicati non iam turmatim ſed uniuerſos pariter irruere cæterum exercitum inclamauerunt. Dum omnis peditatus auxilio ueniebat: Interea cietur acre prælium de cadauere. At ubi præſidio uenere copiæ non amplius perſtitere equites. ita nec mortuum eripere potuerūt: ſed alios ſuper illum e ſuis amiſere. Digreſſi illinc duo circiter ſtadia conſultantes quid facto opus eſſet decreuere ſibi carentibus præſcō eundum ad Mardonium. Vbi in caſtra rediere ingens luctus cum omnem exercitum: tum uero Mardonium cepit extīcti Maſiſtii uiri ſecundum Mardonium honoratiſſimi tā apud perſas q̄ apud regem. Ita ut eiulatus eorum omnem boetiā peruaderet: & ſe ipſos & equos & iumenta totonderint. Et barbari quidem ſuo more Maſiſtium defunctum honorabant. Græci autem poſtq̄ equitatum inuadentium excepere & exceptum reppulere: multo ſunt audaciores effecti: & ante omnia cadauer plauſtro impoſitum per ſtationes circūtulerunt. Erat autē ſpectaculo digna proceritatis ac formæ gratia: q̄ ideo faciebāt quia cuncti relictis ſtationibus ad ītuendū Maſiſtiū pergebant. Dehinc cēſuerūt ad plataeas deſcēdēdū: q̄ ſibi plataeēſis ager multo eēt opportūior habēdis caſtris q̄ erythræus cū ꝓpter alia: tū ꝓpter aquādi cōmoditatē.

Vbi uiſum eſt in eum locum & ad fontem gargaphium: qui ibidem eſt ſatius abire: & diſpoſitis ſtationibus illic habere caſtra: ſumptis armis abierunt per radices cithæronis ſecundum hyſias in agrum platæenſem. Eo cum peruenere ſtationes nationatim communierũt proxime fontem gargaphiũ & phanum Androcratis herois per nõ editos tumulos & locum planum. Ibi in diſtinguẽdis nationibus magna ſane altercatio extitit inter tegeatas & athenienſes utroſq; ſe dignos qui alterum cornu tenerent arbitrãtes & ſua facinora præclara tum recentia cum priſca referebant. Dicebant quidem his uerbis tegeatæ. Hoc nos ſemper digni honore a ſocijs oĩbus habiti ſumus: quotienſcunq; a peloponenſibus cõmuniter ĩ externas peregrinationes itum eſt: & proxime & quondam iã inde. Ex quo heraclidæ poſt mortẽ Euryſthei ſunt conati in peloponneſum redire, quo tempore hanc dignitatem aſſecuti ſumus ob hanc rẽ geſtam. Poſteaq̃ cum achæis & ionibus qui tunc peloponneſum incolebant nos auxiliarĩ in Iſthmũ profecti conſedimus aduerſus eos qui redire conabantur: tũc Hyllus orationem habuit non expedire ut uterq; exercitus confligendo periclitaretur: ſed ut aliis acquieſcentibus ſecum ſingulari certamĩe dimicaret. Is quem peloponnenſes iudicarent e ſuo exercitu præſtãtiſſimum: accepta conditiõe peloponnẽſes fœdus ĩ hæc uerba percuſſerũt. Si uincet Hyllus peloponnẽſiũ ducẽ: ut heraclidæ ĩ paterna reuertãtur. Sin uictus fuerit: retro heraclidæ cedãt & exercitum abducãt: ne ue p ãnos centũ de redeũdo ĩ peloponeſũ agitẽt. Ex oĩbus ſocijs ad eã rẽ uolũtarijs electus ẽ dux atq; idẽ rex nr̃ Echẽus Eurypi filius: Phrygis nepos: q̃ ſingulari cõgreſſus certamĩe Hyllũ ĩteremit. Ex quo fcõ nos cũ alia decora ĩter peloponẽſes aſſecuti ſumus: quæ adhuc optinẽus: tũ hoc ut alteri cornu præeſſẽus quotiẽs cõiter it' ĩ expeditionẽ. Et uobis q̃dẽ lacedamonii nõ aduerſamur: ſed optõnẽ cedĩus utri cornu præeſſe malitis. Alteri uero cornu ut præſĩus nobis uẽdicãus quẽadmodũ fecĩus ad hoc tẽpus ẽt citra hoc factũ quod narrauĩus athẽiẽſibus digniores: q̃ hãc dignitatẽ optĩeãus, qppe q̃ pſpeř

& multa uobiſcum uiri ſpartiatæ certamina decertauimus: & multa cum aliis. Quo fit ut æquius ſit nos alterum cornu tenere q athenienſes a quibus non tales geſtæ res ſunt: quales a nobis neq; recentes neq; uetuſtæ. Hæc tegeatæ ad quæ hunc in modum reſpondere athenienſes. Et ſi ſcimus has copias pugnandi cum barbaro non alterandi gratia eſſe contractas: tamen quoniã tegeata referre conſtituit præclara facinora tum uetuſta tum noua: quæ per omne tempus utriq; fecerunt: neceſſe habemus & nos exponere apud uos. Vnde nobis patriũ eſt: q ſemper egregii fuimus eẽ primos potiuſq; arcadibus heraclidas: quorum ducem iſti apud Iſthmum ſe prædicant iterfeciſſe nos ſoli excepimus electos prius ab omnibus græcis: quos illi mycenæorum ſeruitutem fugiẽtes adibant & Euryſthei iniuriam una cum eiſdem pugnando propulſauimus: uictoriaque potiti ſumus de iis q tum pelopõneſum tenebant. Præterea argios qui aduerſus thebas cum Polynice militauerant uita defunctos & inſepultos ducta in cadmeos expeditiõe a nobis receptos fuiſſe dicimus: & in nra terra apud eleuſinẽ humatos. Iam uero noſtrum præclarum facinus extat in amazonidas: quæ a flumine thermodõte aliquando in noſtram terrã excucurrere. Atne in heroũ quidem laboribus qui ad troiã bellauerunt fuimus in poſtremis? Sed nihil admodum pertinet hoc facere mentionem. Etenĩ ſiue qui tunc egregii fuere: nũc inſtrennui ſunt: ſiue tunc iſtrẽnui nũc egregii ſunt: ſatis ſit de rebus priſcis iſta dixiſſe. Vt nullæ res aliæ a nobis geſtæ ſint quæ multæ & præclariſſimæ ſũt put quorũcũq; aliorũ græcorũ: certe ob rẽ i marathone a nobis geſtã digni ſumus: q hoc decus & alia iſup optineamus: q ſoli græcorũ p nos cũ pſa dimicauimus: & rẽ tãtã aggreſſi uictoꝛs euaſimus ſex & quadragĩta natõibus ſupatis. Quo ſolo noĩe digni ſumus ut hũc loci honorẽ cõſequamur. Verũ ñ decet hac rerũ conditione de loci dignitate cõtendere: ubicũq; & iuxta quoſcunq; uobis lacedæmonii uidebit appoſitiſſimũ nos ſtaꝛ illuc eũtes obtẽpabiũs. Vbicũq; n. collocati fuerĩus: cõabĩur ſtrẽnui exiſteꝛ. Itaq; educite nos tãq uobis pituros.

Hæc cum pro ſua parte dixiſſent athenienſes: cunctus lacedamoniorum exercitus ſubſucclamauit digniores qui cornu tenerent athenienſes q̄ arcades. Ita athenienſes tegeatis ſuperiores habuere cornu. Mox hunc in modum inſtructi ſunt. & q̄ ſuperuenere græcorum & qui a principio uenerant dextrum cornu tenebant. Lacedæmōiorum decem milia quorum qnq; milia erant ſpartiatarum: quos cuſtodiebant leuiter armata triginta quinq; milia ſeruorum ſeptenis ſeruis circa ſingulos ſpartiatas collocatis. Applicauerāt ſibi ſpartiatæ & honoris & uirtutis erga tegeatas nūero mille & quingentos armatos. Secundum hos ſtabant Corinthiorum quinq; milia. præter hos inueniebantur apud Pauſaniam ſtantes trecēti potidæatæ eorum qui erant ex pallene. Iuxta hos ſtabant arcadum orchomeniorum ſexcēti: iuxta hos ſicyonum tria milia. Hos ſequebantur epidaurorum octingenti. ſuper hos locati erat troezenii mille. iuxta troezenios totidem lepreetæ. poſt hos mycenæorum & tirynthiorum quadringenti. ſecundum hos mille phliaſii. dehinc hermionenſes trecenti. iuxta hermionenſes eretrienſium & ſyreorum ſexcenti. iuxta hos chalcidēſium quadringenti. poſt hos ampratiotarum quingēti. poſt eos leucadiorum & anactoriorum octīgēti. hos ſequebantur pallenenſium qui ſunt ex cephallenia ducenti. poſt hos inſtructi æginetarum quingenti. iuxta hos megarenſium tria milia: quos ſequebantur platæēſium ſexcenti. Vltimi & iidē primi ſtabant athenienſes leuum tenentes cornu octo milia duce Ariſtide Lyſimachi. Hi omnes præter eos qui ſeptē circa ſingulos ſpartanos ſtabant fuerunt numero omnes grauis armaturæ aduerſus barbarum contracti: Leuiter uero armati trigintaquinque milia ſeptem circa ſingulos ſpartiatas collocati unuſquiſque ad pugnandum inſtructus. Circa cæteros lacedæmonios ac græcos ſinguli ferme leuiter armati numero triginta quatuor milia quīgenti. Summa totius leuis armaturæ quæ pugnare poſſet ſexaginta milia quingēti. Totus autem græcus exercitus qui ad platæas conuenit pugnæ aptus tam leuis q̄ grauis armaturæ fuit undecī myriades

minus mille & octingentis. i. centū octo milia ducenti. Sed numerum undecim myriadum expleuere theſpienſes: qui aderant ad mille & octingentos: qui nec ipſi arma habebant. Et hi quidem græci ad flumē aſopum caſtra diſtributi communierant. Barbari uero qui cum Mardonio erant poſteaq̄ Maſiſtium luxerunt cognito græcos apud platæas eſſe: & ipſi ad aſopum qui illac fluit e regiõe ſunt a Mardonio collocati aduerſus lacedæmonios perſæ qui numero longe antecedebant eorum acies quæ multæ erant uſq; ad tegeatas opponebantur: ita ut quod robuſtiſſimum in exercitu erat: id omne contra lacedæmonios: quod infirmius id contra tegeatas eſſet. Hæc faciebat Mardonius thebanorum indicio atq; admonitu. Iuxta perſas idem collocauit medos: ut ex aduerſo eſſent corinthiis & potideatis & orchomeniis & ſicyõiis. Poſt medos collocauit bactrios ex aduerſo epidauriorū & troezeniorum & lepreatarum ac tirynthiorum mycenæorumq; & phliaſiorum. Secũdum bactrios collocauit indos ex aduerſo hermionenſium & eretrieorum ſtyreorumq; & chalcidenſiũ. Poſt indos ſtatuit ſacas oppoſitos ampraciotis & anactoriis & leucadiis & paleenſibus & ægĩetis. Poſt ſacas poſuit ex aduerſo athenienſiumq; ac megarẽſium boetios & locros & melienſes & theſſalos & mille phocenſium. Non enim phocẽſes omnes a partibus medorum ſtabant: ſed eos non nulli cum græcis ſentiebant apud parnaſſum deprehenſi & illinc profcī deduxerāt: comitatiq; fuerāt Mardonii copias pariter & græcorum qui cũ illo erant. Contra athenięles item poſuit macedonas: theſſaliæq; accolas. Hæ nationes a Mardonio in aciẽ inſtructæ erāt maxime celebres maximeq; īſignes & præcipue mentione dignæ: nec non cæterarũ quoq; gentium uiri mẽoratu digni cum aliarũ tum phrygum: myſorũ: thracum: pæonum. Quinetiam æthiopum & ægyptiorum qui hermotybies & calaſiries nominantur gladio cincti: qui ſoli ſunt ex ægyptiis pugnaces a Mardonio cum adhuc eſſet in phalero e nauibus i quibus hi epibatæ erant in terrā tranſlati. Non enī cum pedeſtribus copiis quæ cum Xerxe athēas ierāt ægyptii

censi fuerant. Barbarorum (ut etiam superius ostensum ē) triginta myriades fuere. Græcorum uero Mardonii auxiliarium nemo numerum (neq; enim numerati fuerant) nouit. Vt autem coniectura colligi licet ad quinq; myriades fuisse cōiecto. Tot qui ex aduerso instructi fuere pedites. Equitatus uero seorsum erat collocatus. Ita dispositi nationatim manipulatimq; utriq; postero die sacrificauerūt. Apud græcos aruspex erat Tisamenus Antiochi filius. Is enim hunc exercitum uates comitabatur heleius quidem & ex genere iamideorū Clytiades: sed a lacedæmoniis ciuitate donatus. Nam consultāti uaticinium apud delphos de prole respondit Pythia quinq; ipsum maximas palmas e certaminibus reportaturum. Oraculo non intellecto: Tisamenus gymnasiis operam dabat: & tanq̄ gymnicas uictorias adepturus. Cumq; se exerceret ad quinq; certaminina ī uno dum currit olympia uēit in contētionem uictoriæ cum Hieronymo andrio. Lacedæmonii ītērpretantes non ad gymnica certamina spectaī Tisameni oraculum sed ad bellica: conabantur eum mercede conducere: ut una cum heraclidis bellorum dux regibus foret. Hic animaduertens spartiatas plurimi facere ipsius amicitiā abnuebat: q̄ negaret se alio precio id facturum q̄ si spartiatam se ciuē faceret omnia iura ciuitatis impertientes. Id spartiatæ cum audissent ab initio ferentes indigne: oraculum missum oīno fecerunt. Tandem imminente hoc ingenti persici exercitus metu annuebant: impertireq; homini uolebant. Eos iste immutatos intelligens negare iam se eo solo esse contentū: sed oportere fratrem suum Hegiam etiam fieri spartiatam eadē conditione qua & ipse fieret. Hoc dicens imitabatur ut coniectaī licet Melampodem regnum pariter & ciuitatem deposcens. Etenim Melampus cum ab argiis mercede cōduceret: e pylo ad compescendum morbum furoris mulierum argiarū deposcebat pro mercede dimidium regni. Recusantibus id argiis atq; digressis cum plures e mulieribus insanirēt ita obtemperantes quod Melampus popposceret daturi reuerterūt. Ibi ille cernēs hos eē īmutatos plura optauit negās se indul-

quæ uellẽt niſi & fratri ſuo Bianti tertiam partem regni do-
naſſent. Argii in arctum redacti hoc quoq; annuerunt. Ita
ſpartiatæ Tiſameno quo maiorem in modum agebant prot-
ſus aſſenſerunt & conceſſu iſtorum Tiſamenus heleus ſpar-
tiata effectus quinq; maxime certamina ex oraculo illis opti-
nuit. Hi duo ex omnibus hominibus ſoli ſunt a ſpartiatis
ciuitate donati. Quinq; autem certamina hæc fuere. Vnum
& id primum hoc quod pugnatum ẽ ad platæas. Alteꝝ quod
in tegea cum tegeatis atq; argiis. Tertium quod in dipæuſẽ-
ſibus cum uniuerſis arcadibus præter mantineos. Quartum
quod cum meſſeniis ad Iſthmum. Vltimum quod in tana-
gra cum athenienſibus & argiis. Hoc ultimum conſumauit
quinq; certamina. Tiſamenus igitur ſpartiatarum tunc du-
ctor uaticinatus eſt græcis in agro platæenſi. Et apud græcos
quidem pulchre litatum eſt ſi ſe defenderent non ſi aſopum
tranſgreſſi pugnam capeſſerent. Mardonio autem capeſſen-
dæ pugnæ auido nõ extitere pulchra exta: niſi & ipſe ſeſe de-
fenderet. Nam is quoq; græcis ſacrificiis utebatur aruſpicẽ
habens Hegeſiſtratum uirum heleum: & Telideorum præ-
ſtantiſſimum. Hũc ante ea tempora ſpartiatæ cum cepiſſẽt:
in uincula coniecerant morte affecturi: ut a quo multa into-
leranda perpeſſi fuiſſent. Hegeſiſtratus in hac calamitate po-
ſitus utpote pro anima ſollicitus & qui ante mortẽ multa ac
triſtia foret paſſurus: rem perpetrauit fide maiorem. Nam ut
erat ligneis atq; ferratis ſoleis uĩctus: ferro quod illatum fuit
potitus cõfeſtim excogitauit opus omnium quæ nos noui-
mus animoſiſſimum. Commentus qua rõe reliquum pedis
educeretur: tamen ſubruto muro profugit in tegeam uerſus
noctu iter faciens: iterdiu filius ſe abdens atq; immorans ut
trinoctio tegeam peruenerit uniuerſis lacedæmoniis eum
paſſim perſcrutantibus admirantibuſq; magnopere hom̃is
audaciam: cuius dimidiatum pedem iacẽtem cernebant: ipſũ
nunq̃ inuenire poſſent. Ita Hegeſiſtratus lacedæmonios ela-
pſus in tegeã quæ p id tẽpus non erat pacata lacedæmoniis
tranſfugit. Sanato uulnere & ligneo pede affixto ex pſeſſo

lacedæmoniis hoſtis extitit. Sed non ad poſtremum ei protractum in lacedæmonios odium profuit. Nam in zacyntho cum uaticinaretur: ab his captus atq; interemptus eſt. Verũ hic Hegeſiſtrati interitus poſterior rebus platæenſibus fuit. Tunc autem is a Mardonio non exigua ſumma conductus cupide ſacrificabat cum in lacedæmonios odio: tum lucri gra. Cum igitur exta nõ eſſent pulchra ad pugnam cõmittendã: neq; ipſis perſis neq; græcis qui cum illis erant (habebãt enim & græci ſuum aruſpicem quẽdam leucadium Hippomachũ) cumq; dilaberen turmulti græci ſuaſit Mardonio Timogenides Herpyi uir thebanus: ut exitus cithæronis cuſtodiendos curaret q; diceret aſſidue græcos ad hoſtem quotidie tranſire: ſeq; cõplures deprehendiſſe. Iam dies octo abierant poſitis e regione caſtris cum iſte Mardonio hoc conſilium dedit. Mardonius admoueri ſe probe intelligens primis tenebris equitatum mittit ad ingreſſus cithærõis: qui platæas ferunt: quæ boetii tria capita athenienſes capita quercus appellant. Equites miſſi non fruſtra peruenere. Nacti enim ingredientia cãpum quingenta iumenta quæ commeatum e peloponneſo ad exercitum ſubuehebant diripiunt: & eos qui iumenta ſequebantur immiſericorditer trucidãt: neq; iumẽtis neq; hominibus parcentes. In quibus occidendis poſteaq̃ ſatis ſunt graſſati cum cæteris quæ eripuerant ad Mardonium ſunt & ad exercitum reuerſi. Poſt hanc rem geſtam biduum abſumptum eſt neutris pugnam laceſſere uolentibus. Nam & ſi aſopo tenus barbari proceſſerant iritandi græcos gratia: neutri tamen ſibi tranſeundum ſtatuebant. Equitatus modo Mardonii progrediebatur: & græcos moleſtia afficiebat: quia thebani utpote in amorem medorum uehementer propenſi ferebãt alacriter bellum: & aſſidue prouehebãtur uſq; ad præliũ. Deinde excipiẽtes pſæ pariter ac medi præcipue præclara facinora edebãt. His ãplius ad decẽ uſq; dies nihil ẽ actũ. Vbi ũdecĩus dies illuxit cũ & græci multo plures efficerẽt ad platæas caſtris e regione poſitis & Mardõius ſtatiõem grauaret ibi uenerẽ in colloquiũ Mardõius Gobryis filius & Artabazus

Pharnacis uir apud Xerxem inter paucos perſaꝝ uirtutis experte. Quoꝝ conſultantum hæ fuere ſententiæ. Artabazi quidem expediens eſſe contractis q̄primum copiis ire ad mœnia thebana quo multum rei frumentariæ ipſis multumq; pabuli iumentis compararent: atq; ibi conſidentes per otium rē conficerent uidelicet cum multū auri tum ſignati tum non ſignati haberent: multum etiam argenti ac poculoꝝ ne parcerent illis: ſed ea ad græcos mitterēt eos præcipue qui ciuitatibus præſiderent. Forte enī ut illi ſuam traderent libertatē: neq; oportere pugnandi adire diſcrimen. Eadem thebanorū quæ iſtius ſententia erat tanq̄ aliquid ultra hoc proſpicientis. Mardōii autē ſētētia ferocior ptiaciorq; & nullo modo cedēs: quippe opinantis meliorem ſuum eſſe q̄ græcorum exercitū ſatius primo quoq; tempore cōfligere q̄ committere: ut plures q̄ coacti erant græci cogerentur. Hegeſiſtrati uero auſpicia ualere ſinere nec eis uim afferre: quinimmo perſarū more ſeruato debere confligere. Mardonio ita opus facto eſſe conſenti nemo contradicebat. Qui ibi ſententia ſua uicit accitis cohortium præfectis & qui ſecum erant ducibus græcorum (penes eum nanq; erat ſumma imperii non penes Artabazū) pericontabatur num quod oraculum ſcirent de perſis tāq̄ perituris in græcia. Silētibus euocatis partim q̄ ignorarent oracula: partim q̄ haud tutū putarēt proferī quod ſcirēt. Inquit ipſe Mardonius. Quoniam uos aut nihil noſtis: aut p̄mere non audetis: ego rem proferam tanq̄ bene cognitā habens. Eſt oraculum perſis fatale eſſe ut in græciam profecti diripiant templum quod delphis eſt. Vtiq; direpto templo omnes intereant. Quocirca cū hoc ſciamus: neq; diripere conabimur: neq; adibimus templum ob hanc cauſam interitū deuitaturi. Quo nomine quicunq; ueſtrum bene perſis uolunt uoluptatem capiant tanq̄ perſis græcos ſuperaturis. Hæc locutus ſecundo loco ſignum dedit ut omīa apparārēt: & corpora curarēt ueluti ſub lucis exortū prælio futuro. Oraculum quod ad perſas aiebat ſpectare Mardōius: id ego ſcio non perſis redditū eſt ſed illyriis: & encheleoꝝ copiis. Quod

autem de hoc prælio redditum esta Bacide : id uero hoc fuisse gramineis ripis asopi ac thermodoõtis . Barbaricæ gra- iis acies clamore coibunt . Hic multi occumbent defuncti munerẽ uitæ . Quãto sagittiferis aderit lux ultĩa medis. Hæc ego atq; alia his similia e Musæo noui ad persas spectauisse . Fluuius autem thermodoõ tanagram at glisantem ĩterfluit . Insequenti nocte q̃ Mardonius de oraculis interrogauit exhortatusq; suos est : excubitores dispositi fuere . Eius noctis cum multum processisset : cõticinũq; ĩ exercitu esset & tempus concubium : Tunc Alexander Amyntæ dux & idem rex macedonum ad excubias athenienſium adequitauit . Efflagitauitq; suos ut cum ducibus colloq̃ret . Id audientes excubitores pleriq; remanserunt : nonnulli ad duces cucurrĩũt: q̃bus aditis ĩq̃ũt quẽdã equo aduectũ esse e castris medorum : qui nihil aliud ꝓloq̃ret nisi nominatĩ appellans athenienſiũ duces uelle se in colloquiũ illoꝝ uenire . Duces hoc audito cõfestim ad locũ excubiaꝝ secutĩ sũt . Quos Alexander ubi uenerĩ: his uerbis allocutus est . Viri athenienses hæc ego uobis uerba deposito trado: ne cui efferatis nisi Pausaniæ : ne ob id me perditũ eatis . Quod haudquaq̃ dicerẽ: nisi cũ uniuersa græcia sollicitus essem : quippe qui uetusta origĩe græcus sum : nec uellẽ uidere græciã ꝓ libera seruientẽ . Itaq; uos certiores facio Mardonium atq; exercitũ litare non posse . alioquĩ olim iam cõflictuꝝ . Is nunc sacrificia ualere fiere cõstituit : ut & ubi primum illuxerit uobiscũ cõfligere extimescens admodũ quãtũ ego cõicio : ne plures ad copias uestras accedant . Ad hæc uos paratĩ estote. Quod si differret Mardonius : nec cõmittet certamen uos perseuerate hic manere . paucos enim dies eis suppeditat cõmeatus . Sin hoc bellum uobis ex sententia finiet̃ debebit aliquis uestrũ ĩminisci mei meæq; libertatis : qui græcoꝝ causa rem adeo temerariam libenter tamen feci : ut ad uos consilium Mardonii deferrem : neue barbari ex improuiso uos adorirentur. Ego autẽ sũ Alexander macedo . Hæc locutus Alexãder ad exercitũ se recepit ad suamq; stationem . Duces athenienſium ad cornu dextrum

profecti quæ ab Alexandro audierãt Pauſaniæ ſtttulere. Hac ratione Pauſanias in metum perſaꝝ adductus quoniam inqt ſub auroram prælium fiet: expedit uos atheniẽſes ſtare in acie aduerſus perſas uobis cognitos: ut qui cum medis in marathone pugnaſtis: nos uero qui eoꝝ ſumus inexperti atque ignari. (Nemo enim ſpartiata medoꝝ periculũ fecit) contra uobis oppoſitos boetios & theſſalos: quoꝝ ſumus expti horum græcoꝝ gratia. Itaq; opus eſt ſumptis armis uos in hoc dextrũ: nos in ſiniſtrum cornu tranſire. Ad hæc ita reſpondere athenienſes, Nobis quoq; olim iam inde ab ĩitio pꝓſteaq̃ aſpeximus perſas aduerſus nos eſſe ĩſtructos: fuit in aĩo iſtud dicere: quod uos dicere occupaſtis: ſed uerebamur ne non grata uobis eſſet oratio. Nunc quandoquidem ipſi feciſtis huius rei mentionem & nobis iocunda ꝓratio eſt: parati ſumus iſtud exequi. Vbi hoc utriſq; complacitũ eſt: & loca permutauerunt: ſub auroram rẽ amiſſã aduertentes boetii ad Mardoniũ detulerunt. Ea audita Mardonius extemplo & ipſe conatus eſt perſas cõtra lacedæmonios tranſferre. Pauſanias hoc fieri intelligens nec latere factũ ſuũ: rurſus in dextrũ cornu ſpartiatas reducit. At ubi Mardonius & ipſe ſuos in ſiniſtrum duxit: & acies priſtino in loco ſteterẽ: miſſo caduceatore ad ſpartiatas Mardonius ita ĩqt. Lacedæmõii uos uero fama fert omniũ qui iſtic ſunt eſſe præſtantiſſimos: q̃ neq; e bello fugiatis: neq; ordies deſeratis: ſed perſtãtes aut interficiatis hoſtes: aut ipſi occumbatis. Hoꝝ nihil admodum ueri eſt. Quippe anteq̃ manus conſerantur uos cernamus fugientes: aciemq; deſerentes: & relegato atheniẽſibus periculo cõſiſtẽtes ex aduerſo noſtroꝝ ſeruoꝝ: quod neutiq̃ eſt factũ præſtãtium uiroꝝ. Ex quo plurimũ de uobis nos fefellit opinio quos expectabamus ex nõinis gloria miſſuros ueſtra ſponte caduceatorẽ nos prouocatum q̃ cum ſolis perſis tanq̃ huic rei ſufficientes pugnare uelletis. At nihil tale inuenimus quare ferebatur: ſed potius eſſe nos metu perterritos. Nunc igit̃ quoniam ipſi nõ occupaſtis hoc dicere nos occupamus. Vt quandoquidẽ uos inter græcos præſtãtiſſimi

esse existimamini: & nos iter barbaros dimicemus totidem utrinq; numerq;. Et si uideatur ut cæteri quoq; itidem & illi postmodũ pugnent. Sin hoc non uideat: sed satis esse nos solos decernere: nos soli decernamus: & utri e nobis uicerit: ii totũ exercitũ uicisse cẽseant. Hæc fatus caduceator cum aliquãdiu expectasset: nemine quippiã respõdẽte retro abiit: & rem Mardonio rettulit. Ille maiorẽ in modũ lætatus & frigida uictoria elatus: equitatũ in græcos immisit. Equites in græcos inuecti omnẽ illoꝝ exercitũ perturbabãt iaculis sagittisq; incessentes. Qui cũ essent hippotoxotæ. i. eqtes sagittarii cõminus pugnare insueti fontẽ gargaliũ: unde cunctus græcoꝝ aq̃bat exercitus cõfuderũt obstruxerũtq;. Eum iuxta fõtẽ soli lacedæmõii stationẽ habebãt. Cæteri græci ut qq; statiões habębãt maius mĩus ue ꝓcul illĩc aberãt. Eratq; de asopus ĩ ꝓpĩquo: sed aq̃ri ex eo ab eqtibus missilibusq; ꝓhibiti ita ad fontẽ ꝓgebãt. Hũc ĩ modũ aq̃ exercitus exutus cũ eẽt & ab eqtatu ꝓtbaret: Duces græcoꝝ cũ his tũ aliis de causis frequẽtes ad Pausaniã ĩ dextrũ cornu ueniũt. Qui &si talis esset reꝝ status: tamen ob id præcipue augebant q; iam re frumentaria deficiebantur: cũ ipsoꝝ serui in peloponnesũ missi frumẽtatũ: intercluderent ab equitatu: quo minus ad castra reuerterent. De hoc deliberantibus ducibus uisum est si psæ eo die supsederent cõmittere prælĩũ esse eundũ in ĩsulam quæ ab asopo & a fonte gargaphio ubi castra habebant decẽ stadiis abest ante oppidũ platæense sita in continente hunc in modũ. Fluuius supne e cithærone delabens in cãpũ diuortia facit: rursusq; intercapedine trium ferme stadioꝝ sua fluenta cõmiscet. Huic insulæ nomen est oeroe: quam Asopi filiam esse indigenæ aiunt. In hunc locum græci trãsire decreuerant ut & afatim aquæ ad usum haberent: neq; ab equitatu sicuti cum ex aduerso erant infestarẽtur. Et decreuerunt transire nocte secunda uigilia ne ipsos proficiscentes conspicati persæ insequente equitatu in tumultum uerterent: quin etiam cum ad eum locum uentum esset ubi Asopi filia Oeroe diuortio aquaꝝ e cithærone cingit: mitterẽt

ſub noctem dimidium copiaꝝ in cithæronẽ ad recipienda ſeruitia quæ frumentatum conceſſerant. Erant enim illa in cithærone intercluſa. Hæc ubi ſtatuerunt totũ illũ diẽ inceſſẽte equitatu immenſũ laborẽ pertulerunt. Sub exitũ diei digreſſis equitibus ea noctis hora qua de abeundo conuenerat: pleriq; ſumptis utẽſilibus abſceſſerunt nõ habentes in animo quem ad locum ut irent conuenerant. Non nulli ut moueri cœptũ eſt iter platæenſẽ ad urbẽ intendũt cupidi equitatũ effugere: in templũq; Iunonis fugiendo pueniunt: quod ſitũ eſt ante urbẽ a fonte gargaphio uiginti ſtadiis diſtans. Quo ubi peruenere poſitis p̃ téplo armis circa téplũ ipſũ caſtra poſuere. Hos Pauſanias cernens ab exercitu digreſſos præcipit & ipſe lacedæmoniis ut ſumptis armis irent qua cæteri præcederent: ratus illos tendere ad locum conſtitutũ? Ibi ad obtemperandũ Pauſaniæ cæteri præfecti parati cũ eſſent: Amõpharetus Poliadæ tribunus cohortis pitanetoꝝ negare ſe fugituꝝ peregrinos: neq; ultro decoraturum eſſe ſpartam: quin etiam mirati id quod fieri cerneret: q̃ppe q̃ colloquio ſuperiori iterfuiſſet. Pauſanias autẽ & Euryanax cum indigne ferẽtes nõ parere ſibi illum: tum indignius cohortẽ pitanetam relictũ in tribuno repugnante: quod erat futuꝝ ſi ipſi eos miſſos faceret gratia exequendi ea quæ cũ aliis græcis cõſtituiſſet. hoc reputantes ſubſtiterunt cũ laconicis copiis: conabantq; p̃ſuadere homini non id facto opus eſſe. Et alii quidẽ hortabãt ſolum Amomphareum a lacedæmoniis ac tegeatis relinqui. Athenienſes autẽ hoc ſibi faciendũ putarũt: ut ubi collocati erant: ibi perſiſterent intelligentes lacedæmonioꝝ ĩgenia aliud ſentientiũ: aliud dicentium. Itaq; ubi exercitus mouere cœpit equitẽ e ſuis: miſerunt ſpeculatum nunquid ſpartiatæ tentarent abire: & abire p̃ſus in animo haberent: ſciſcitatũq; a Pauſania quidnã facere oporteret. Præco ubi puenit: lacedæmonios cernit in loco inſtructos: eorumq; primores tendere ad rixas. Hortantibus enim Amomphareum Eurynacte & Pauſania ne lacedæmonios qui ſoli remanebãt in periculum traheret: neq; dum perſuadentibus: donec uentum

eſt ad iurgia : interuenit præco athenienſis Amompharetoi-
ter altercandum ſumente ambabus manibus ſaxum : & il-
lud ante pedes Pauſaniæ ponente ac dicente ſe illo calculo ſē-
tentiæ ſuæ calculum dare non fugiendos eſſe peregrinos ap-
pellans . Eum Pauſanias inſanum nec potentem mētis uo-
cās : ad præconem athenienſium quæ iuſſus erat percontan-
tem reſpondit ut illis referret præſentem rerum ſuarum ſta-
tum obſecrans eos ad ſeſe uenirent : & de diſceſſu eadem quæ
ipſi agerent . Præcone ad athenienſes reuerſo hos inter ſe al-
tercantes aurora deprehendit . Ad id tempus Pauſanias mo-
ratus dato ſigno cæteros omnes lacedæmōios tegeatis ſequē-
tibus , per edita abduxit ratus Amompharetum nō deſerturū
alios: prout & contigit . Horum itinere rurſus inſtructa acie
athenienſes iere : & quia lacedæmonii prærupta occupauerāt :
& cithæronis radices metu equitatus ipſi deorſum ad campū
deflexere . Amompharetus non credens auſurum ipſos re-
linquer Pauſaniam : circuire eos qui manebant ne deſererent
ordinem . At ubi ii qui cum Pauſania erant iam abibant :
Tūc ratus e diſciplina militari ſe deſeri ſumptis armis cohor-
tem ſuam lento gradu ducere ad agmen: quod decem circiter
ſtadia progreſſum ad amnem moroētem in loco : qui dicitur
argiopius : ubi ſitum eſt templum Cereris eleuſinæ ſubſtite-
rat opperiens Amomphareti cohortem eo coſililio ut Amō-
pharetus cum ſua cohorte non diſcederet loco in quo inſtru-
cta erat : ſed in eo perſiſteret : retro ad hominem ſuppetias
iret . Itaq; & Amompharetus cum ſuis ad cæteros peruenit:
& omnis barbarorum equitatus ingruebat agens pro ſua cō-
ſuetudine . Nam cum inſpexiſſet locum ubi ſuperioribus
diebus habuerant græci caſtra uacuum admiſſis equis aſſidue
inſequi pergens illos adeptos urgebat . Mardonius quoque
cognito hoſtium nocturno abitu inſpectoq; loco deſerto ac-
citis Thorace lariſſæo & fratribus eius Euryphylo & Thraſy-
diæo inquit: Filii aleuei quidnam dicetis adhuc cum hæc de-
ſerta cernatis a lacedæmoniis: quos negabatis uos finitimi ex
acie fugere : ſed uiros ſummos eſſe in re bellica : qui & prius

ut omnes uidimus locum in acie immutauerunt: & nunc proxima nocte se fuga proripuerunt. Proripuerunt autem quia necesse eis erat cum his prælio decernere: qui non falso sunt hominum præstantissimi. Vnde nullius esse se precii inter græcos & ipsos nullius precii uiros ostenderunt. Cæterum uobis persarum inexpertis sane q̄ ignoscebam laudantibus istos uobis expertos. Artabazum autem uehementius admirabar formidare lacedæmonios & præ formidīe sententiam dicere ignauissimam expedīr: & his castris nos ī urbem thebanorum concedere obsidendos: quam sententiam ryx antea aliunde q̄ ex me audiet. Sed de hoc alias dicetur. Nunc autem istis ita facientibus non est remittendum: sed instandum: donec intercepti nobis dent pœnas eorum quæ ī persas perpetrarunt. Hæc locutus persas Asopo transmisso cursum ducit contra græcorum agmen tanq̄ fugam capescētium. Lacedæmoniosq; solos ac tegeatas adeptus est. Nam athēiēses transuersis tramitibus supter prærupta in planum digressus non cernebat. Cæteri barbarorum agminum præfecti persas mouentes ad græcos insequēdos conspicati sublatis & ipsi signis cuncti insequuntur pro se quisq; maturantes nulla diligentia nullo ordine uiam ingressi. Et isti quidem uociferatione ac tumultu instabāt græcis tanq̄ excepturi. Pausāias uatē ubi eqtatu premi cœpit: equitem ad athenienses mittit: qui hæc diceret. Viri athenienses proposita dimicatione maxima ut aut libera græcia sit aut seruituti obnoxia: prodiți sumus a sociis noctu elapsis & nos lacedæmonii & uos athenienses. Quod reliquum est ita nobis uidetur esse faciendum: ut q̄strennuissime possumus nosmetipsos defensantes mutuo simus auxilio. Si in uos priores impetum dedisset equitatus: e nostra dignitate erat & tegeatarum qui nobis cum græciam non prodiderunt subsidio uobis uenere. Nunc quoniam totus in nos equitatus contendit: debetis uos ad partem maxime laborantem suppetias ferre. Quod si uobis aliquo discrimine occupatis:

fas non eſt ſubſidio uenire: ſaltem hoc gratificamini nobis ut ſagittarios mittatis quos agnoſcimus lõge omnium qui ĩ hoc bello ſũt ꝓmptiſſimos eſſe ad nos exaudiẽdos. Hæc ubi audiere athenienſes cum mouerent ad ferẽdam ſtrennue opẽ & iam aduentarent ibi in eos ii græci partes regias ſequebant ex aduerſo inſtructi inuadunt: quo factum eſt ut athenienſes ab iis urgentibus auxilium ferre non poſſent ægre admodum id ferentes. Ita deſtituti lacedæmonii numero cũ leui armatura quinquaginta milia & tegeatæ numero tria milia: (Hi enim nũſq̃ ab lacedæmõiis dirimebantur). Sacrificaueŕt tanq̃ conflicturi cũ Mardonio præſentibuſq; copiis: & cum litare non potuiſſent: multi eorum interea cadebant: multo plures uulnerabant. Confertis enim gentis perſæ ingentem uim ſagittarum emiſerunt adeo inſtanter ut ſatagẽtibus ſpartiatis & quia litari non poterant ĩſpiciens ad templum Iunonis platæenſium Pauſanias implorarit deam: obſecrarit q; ne ſpes ſua ipſos omnino fruſtraretur. Adhuc eo deam his uerbis inuocante: Tegeatæ prius exurgẽtes in barbaros tendunt: ſtatimq; poſt Pauſaniæ preces ſacrificantibus lacedæmõiis exta pulchra exiſtere: qui aliquantulo poſt & ipſi in perſas eunt. Perſæ omiſſis arcubus ex aduerſo ſtetere. Ad quorum gerra primum pugna atrox commiſſa eſt iuxta ipſum Cereris: eaq; pertinax: donec ad propulſionẽ uẽtum eſt. Si quidem barbari prehenſantes lanceas confringebant: nec audacia nec robore inferiores: ſed inermes etant & imperiti: nec hoſtibus prudẽtia pares: qui & ſi deni plurs ue aut pauciores in ſingulos irruebant: tamen quia confuſi incidebãt: a ſpartiatis cõficiebantur. Mardonius qua parte ipſe ex equo albo ciens pugnam mille delectis perſarum præſtantiſſimis ſtipatus ea maxime parte hoſtem urgebat: qui quãdiu ſupfuit: tãdiu pſæ reſiſtẽtes ſeſeq; defẽſãtes ſtrauere multos lacedæmõioꝝ. Poſtea uero q̃ Mardõius & agmẽ quod circa illud robuſtiſſimũ erat occubuit: tũ demũ alii quoq; terga uertẽtes ceſſeŕ lacedæõniis: quoꝝ pleriſq; officiebat ueſtis atmis uacãs. Inermes. n. cũ armatis prælium faciebant. Ibi

& ultio necis Leonidæ de Mardonio peracta eſt ſecũdum oraculũ ſpartiatis redditum: & uictoria omniũ quas unq̃ nouimus ſpecioſiſſima potitus eſt Pauſãias Cleombroti filius Anaxandridæ nepos. Hoꝝ ſuperiora maioꝝ nomina in Leonida recenſui: qui & Pauſaniæ maiores fuere. Oppetiit autem Mardonius ſub Arimneſto uiro inter ſpartiatas eximio: qui aliquandiu poſt bellũ medicũ trecentos uiros ſecum habens apud ſtenycleꝝ cũ omnibus meſſeniis q̃bus cũ erat bellum cõflixit: ubi ipſe & trecenti occubuere. Ad platæas autem perſæ poſtq̃ a lacedæmoniis in fugam uerſi ſunt nullo ordine ad caſtra ſua contendunt: & ad muꝝ ligneũ quẽ fecerant in parte quadam agri thebani. Tenet me admiratio cũ iuxta lucũ Cereris dimicaret: ne unũ q̃dem pſaꝝ uiſum eẽ intraſſe phanũ: neq; circa templũ occubuiſſe: ſed pleroſq; ꝓphano: opinor ſi q̃d de rebus diuinis opinari oportet: deam ipſã eos nõ ꝛcepiſſe: q̃a tẽplũ quod eſt in eleuſie anactorium concremauerant. Hactenus pugna hæc geſta eſt. Artabazus Pharnacis cui iam ĩde ab ĩitio diſplicuerat: Mardonium reliqui ab rege in græcia: quiq; multis uerbis pugnam diſſuadens nihil ꝓfecerat: hoc ſibi agendũ putauit. Is q̃ ſibi non placerent quæ a Mardonio fiebant: eos quibus præerat (Præerat autẽ non paruis copiis) ad q̃draginta milia hominũ ducebat inſtructos dũ prælium fiebat quid futurum e prælio eſſet ꝓbe intelligens: iuſſeratq; omnes ire confertos q̃cunq; ipſe duceret & qua uiderent ipſum feſtinantẽ. Sic iuſſas tanq̃ ad pugnã copias ducebat: cernit pſas fugientes. Ita uero ſeruato amplius eodẽ ducendi ordine: ſed repẽte effuſo curſu fugæ ſe dedit non ligneũ murum uerſus aut thebana mœnia: ſed ad phocenſes animo celerrime perueniendi ad helleſpontum. Et ii quidem horſum iter intenderunt. Cæteris autem græcis qui ſtabant a regis partibus ignauiter de induſtria agentibus: Boetii tamen perdiu cum atheniẽſibus decertauerunt. Nam ex thebanis qui cum medis ſentiebãt hi nõ paꝝ ſtrẽnuos ſe præſtiterunt: q̃ uolẽtes ultro ignauiter agere ita dimicarunt: ut trecenti eorum primores ac

fortiſſimus quiſq; illic ſub athenienſibus occubuerint: ubi & iſti terga dederunt non quo perſæ & alia multitudo quæ aut cū nemine pugnauerat: aut nō expectauerat: ſed thebas uerſus fugerunt. Omnem rem pependiſſe e perſis quāq; & ipſorum quidam anteq; cū hoſte cōgrederentur fugæ ſe mandauerunt apud me fidem facit q; ad perſas intuebantur: atque ita cuncti illis uictis fugam capeſſerūt: præter equitatū tum alium tum boetioꝝ: qui hactenus profuit fugientibus ut aſſidue adhærens hoſti arceret eum ab amicis quos græci inſequebant. Inſeq̄bantur enim græci uictores urgendo xerxiãos atq; interficiendo. Inter hunc tumultū nunciatur græcis qui circa templū Iunonis inſtructi a prælio aberant geri prælium & Pauſanios uincere. Ea re audita corīthii megarēſes & phliaſii nullo ordine eunt: corinthii recta per colles qua itur ad Cereris templū: alii per campum quæ planiſſima uiaꝝ eſt. Quos iam hoſti propinquos nullo ordine irruere conſpicati thebani equites: quoꝝ præfectus erat Aſopodorus Timandri equos in illos incitauerunt: eoſq; adorti ſexcentos ſtrauerūt. Cæteros ad citharonē uſq; perſecuti terga cecideruntꝝ. Et iſti quidem megarenſes atq; phliaſii nulla cum laude perierunt. At perſæ cæteraq; multitudo poſtq̄ ad ligneum murum effugerunt: turres anteq̄ lacedæmonii aduenīant: aſcendere occupant. Illis conſcenſis q̄ cōmodiſſime poſſūt muꝝ præſtruunt. Ex quo ſubeuntibus mox lacedæmoniis acrior extitit muri oppugnatio. Nam quoad athenienſes abfuere nō modo ſeſe barbari defenſabant: ſed etiā lacedæmoniis antecellebant utpote ignaris muroꝝ oppugnandoꝝ. Vt uero athenienſes ſuperuenere tū atrox muri oppugnatio ꝓpugnatioq; extitit: eaq; permagno temporis ſpatio tandē uirtute & pertinacia athenienſes muꝝ tranſcenderunt ſubrueruntq;: atq; ea parte ſe græci infuderūt: quoꝝ tegeatæ ītroiere prīcipes: iidē tentoriū Mardōii diripuerūt: & ex eo cū alia: tū uero equoꝝ præſepe Mardōii ex ǣ totū ſpectatu dignū quod præſepe Mardōii tegeatæ in tēplo Ageleæ Mīeruæ ſpoſuerīt. Nā cætera quæ cepere ī unū cū cæteroꝝ græcoꝝ præda cōtulerūt.

Proruto muro barbari nō amplius cateruā cogere nemo ſtrē-
nuitatis memor eſſe uidelicet oppreſſi intra exiguū tempus:
& tot myriadibus interceptis exterriti. Quos tanto ſtudio
græci trucidabant: ut ex trigīta myriadibus exceptis quatuor
cū quibus Artabazus aufugit: ne tria quidem milia hominū
cædi ſuperfuerint. E lacedæmoniis qui ſpartani eſſent unus
& triginta ſunt omīno deſiderati. Tegeetaꝝ ſedecim: athe-
nienſiū duo & quinquaginta. Inter barbaros ſtrennuiſſimi
extiterūt e peditibus quidē perſæ: ex equitibus autem ſacæ.
E uiris uero Mardōius. Inter græcos cū tegeatæ athenieſeſq;
multū eminuerūt: tū multo plus lacedæmonii: quod nul-
la alia re poſſū oſtēderī: niſi q̄ omnes ii eos qui ſibi oblati ſūt
uicerūt. Lacedæmonii uero quod robuſtiſſimū fuit hoſtilis
exercitus ſuperauerunt: Quoꝝ lōge præſtantiſſimus extitit
mea ſentētia Ariſtodemus is q̄ ſolus trecentoꝝ ex thermo-
pylis q̄ euaſiſſet dedecus ignominiamq; acceperat. Secūdū
hunc nauauere operam Poſidonius & Philiſocyon & Amō-
pharetus ſpartiata. Quanq̄ cū ſermo habeſtur quiſnā præ-
ſtantiſſimus extitiſſet: ii ſpartiatæ qui affuere cenſuerūt Ari-
ſtodemū: & ſi præclara facinora edidit: tamen ad eluendam
eam quā contraxerat inuidiam ordinē deſeruiſſe: & propalā
mori uoluiſſe. Poſidoniū uero qui perire noluiſſet ob id ex-
titiſſe tanto præſtabiliorem uiꝝ. Verꝝ id fortaſſe huoī dixe-
rūt qui hac in pugna mortem oppetiere ōnes honore affecti
ſunt præter Ariſtodemū: qui ideo caruit honore q̄ ob cau-
ſam prædictā ſibi occumbendū putauit. Hi ſunt qui ad pla-
tæas nobiliſſimi extiterē. Nam Callicrates extra prælii occu-
buit: quo nemo tūc in caſtra græcoꝝ præſtātior uenerat nō
mō lacedæmōioꝝ ſed etiā alioꝝ græcoꝝ. Hic cum Pauſaīas
ſacrificaſſet ſedens in ordine ſagitta per latera ictus eſt: &
cum aliis pugnantibus ipſe exportaretur ſeſe morientem mi-
ſerabatur ad Aimneſtum uirum platæēſem inquiens nō ſi-
bi dolere q̄ pro græcia periret: ſed q̄ nihil manu uſus eſſet
nullamq; operam nauaſſet dignā ſe & ſua cupiditate nauan-
di. Exathēiēſibus eminuiſſe fertˉ Sophānes Euthychidis e tribu

decelenſi. Decelenſes autem rem aliquando geſſerũt ut ipſi athenienſes aiunt in omne æuum fructuoſam. Si quidem cum olim ad inueſtigandam Helenam tyndaridæ cũ magnis copiis oram atticam inuaſiſſẽt: & populos e ſedibus ſuis eiicerent ignari quonam loci ſubducta Helena eſſet: tũc decelẽſes feruntur & ut quidam uolunt ipſe Decelens tũ dolore cõtumeliæ quæ Theſeo fieret: tum metu totius atheniẽſium ſoli ne uaſtaretur expoſuiſſe illis omnẽ rem geſtam: eoſq; deduxiſſe ad aphidnas quas Titacus idigena tyndaridis prodoret. Quo ex facto decelenſibus permanſit ad hanc uſq; memoriam in ſparta immunitas uectigalium & dignitas præſidẽdi: adeo quidem ut bello: quod multis poſtea annis inter athenienſes atq; pelopõnenſes geſtum eſt: Lacedæmonii cum cæteram atticam popularentur a decelea temperauerint. Ex hoc populo ortus Sophanes & præclariſſime inter athenienſes nauata opera ancipiti ſermone celebratur: uno fertur geſtaſſe ferream anchoram e balteo thoracis cathena alligatam: quam quotiens aduentantibus hoſtibus propinquus erat abiiciebat: ne illi irruẽtes ipſum ex ordiẽ ſũmouere poſſent. Rurſus eiſdem in fugam uertentibus reſumpta ãchora ita fugientes inſequebatur. Altero ſermone a ſuperiori differente fertur geſtaſſe anchoram non ferream ex balteo alligatã: ſed inſignitam in ſcuto quod nũq; acquieſcens aſſidue rotabatur. Extat & alterꝫ Sophanis præclarꝫ facinus q; obſidẽtibus æginam athenienſibus Eurybiadem uirꝫ argium quinq; certaminum uictorem ex prouocatione interemit. Sed aliquanto poſt hoc bellum in quo uir egregius extitit dum atheniẽſiũ una cum Leargo Glaucõis dux eſſet: & de metallis aureis decertaret: cõtigit ut ſub hedõibus apud datõ occũberet. Poſt barbarorꝫ ſtragẽ ad platæas editam trãſfugit illuc ad græcos mulier quædã quæ erat pallaca Pharnadatis filii Teaſpis uiri perſæ. Hæc cũ accepiſſet pſas fuſos eé: græcos uictoꝛs tũ multo auro ornata iter ãcillas & ipſas ornatas cũ ueſte ſpecioſiſſima carpẽto aduẽit: ex eoq; deſcẽdẽs pgit ad lacedæmõios adhuc in cæde occupatos: & intuita Pauſaniã illa omnia

adminiſtrantem agnouit homiem cuius & nomen iãpridem & patriam dedicerat. Eius genua amplectens ſpartæ rex inqt libera me ſupplicem captiuitatis ſeruitute quã etiã hoc facto demeritus es: q; iſtos extinxiſti neq; dæmonum neq; deorum reſpectum habentes. Equidem genere ſum coa Hagetoridæ Artagoræ filia: ui raptam ex co uir perſes habuit. Huic reſpõdẽs Pauſãias bono íqt aío eſto tũ qa ſupplex: tũ qa multa loqueris uera. Nam filia es Hagetoridæ coi mihi inter oẽs qui illa circa loca incolunt hoſpitis ſummi. Hæc locutus eã i præſentiarum ephoris qui aderant commendauit. Poſtmodũ in æginam quo illa uoluit ducendã curauit. Poſt huius mulieris digreſſum continuo mantinei ſuperuenerunt: re iam cõfecta: qui ſe animaduertentes uẽiſſe ſero ad pugnam magnæ iacturæ loco id ſibi eſſe putauerunt: ſed idoneos ſe eſſe ad ſumẽdas de ſe pœnas dixere. Itaq; cognito medos qui cum Artabazo erant fugæ ſe mandaſſe: eos in theſſaliã uſq; perſecuti ſunt: & ſi uetantibus lacedæmoniis inſequi fugientes. Idem poſtea domum reuerſi duces ſuos exilio mulctauerunt. Poſt mantineas aduenere heleí qui itidẽ ut mãtinei magno id ſibi detrimento exiſtimantes domum regreſſi ſunt: ſuoſq; & ipſi duces exilio mulctauerunt. Hactenus de mantineis & heleis. Erat ad platæas in exercitu æginetarum e primoribus Lampõ Pythei: qui Pauſaniam adiens infandiſſima uſus eſt orõe inquiens fili Cleombroti rem tu mirificam & magnitudine & fulgore geſſiſti: cui dii tribuerunt: ut liberata græcia omnes quos nouimus græcos gloria ſupergredereris. Quod ſupereſt i hac re agas ita ut & tu maioř fama celebreris: & aliquis barbarorum poſthac caueat nefanda facinora perpetrare in græcos. Etenim Leonidæ apud thermopylas interempti reciſo capite Mardonius ac Xerxes truncum in crucem ſuſtulerũt: quibus ſi uicem reddes: laudem nanciſceris primum ab omnibus ſpartiatis: Secundo loco ab uniuerſis græcis. Si quidem ſuffixo Mardonío Leonidam patruum tuum fueris ultus. Hæc Lampon gratiam ſe initurum ratus apud Pauſaniam dicebat. Cui reſpondens Pauſanias tuam inqt

hoſpes ægineta beniuolentiam atq; prouidentiã amplector: tamen ab æquitate iudicandi deerras. Nam & me & patriam quos in altum extuliſti ob hæc geſta ad nihilum redigis: cum ſuades mihi ſæuire in mortuum: aiſq; me auditurum melius ſi iſtud fecero: quod barbaros decet potius facere q̃ græcos: quodq; in illis & exprobramus. Quare ego neq; æginetis neq; iis quibus iſta probantur aſſentior: contentuſq; ſum ſpartiatis placer̃: ut honeſte agam honeſteq; dicam Leonidæ cui me iubes parẽtare affirmo & ipſi & cæteris qui apud thermopylas occubuerunt magnifice eſſe parẽtatum innumerabilibus horum funeribus. Tu uero poſthac ad iſtud conſulendum ne me adieris: quod tibi impũe eſſe loco beneficii ponas. Hoc cum ille audiſſet abiit. Pauſanias edito ꝓpoſito ne quis de præda quid tangeret: iuſſit ſeruos omnem comportare pecuniam. Illi per caſtra diſperſi inueniũt tentoria & argento referta. Lectoſq; auro & argento cõſtratos: crateras etiã aureas phialaſq; & alia uaſa potoria: nec non ſaccos ſuper plauſtra interlucentibus ĩtus incluſeris ex auro & argẽto lebetibus. Quĩ etiam e cæſorum cadaueribus exuebant armillas & torques & acinaces aureos. Nam uarii generis ueſtimẽta nullius momenti habebantur. Earum rer̃ multum furto ſubtrahentes ſerui æginetis uenundabant: multum quod occultare non poterãt repræſentabãt. Vnde prĩcipiũ extitit ingẽtiũ diuitiarũ æginetis utpote aurum a ſeruis pro ære mercantibus: collata pecunia decimam ſelegerunt: ex qua tũ deo quĩ delphis eſt: tripes aureus ibi repoſitus eſt inſiſtens ſuper tricipiti ex ære colubro proxime arã tum deo qui ẽ ĩ olympia Iuppiter æreus decem cubitorum: tum deo qui ẽ apud Iſthmum Neptunus æreus ſeptem cubitorum. Hac parte ſelecta cæteras inter ſe diſtribuerunt pro ſuo quiſq; merito accipientes. Itemq; pallacas perſarum & aurum & argentum & reliquam pecuniam cum iumentis. Quæ autem peculiariter data ſint qui optimã operã nauauerunt ad platæas refertur a nemine: data tamen fuiſſe arbitror. Certe Pauſaniæ ſunt ex omnibus dena & ea electa dono data ex mulieribus: equis: talentis: camelis &

item ex cæteris rebus. Feruntur autem hæc quoq; acta esse. & Xerxem dum e græcia fugit: omnem apparatum suū ex auro argentoq; & peripetasmatis Mardōio reliquisse: & Pausaniā dum eum apparatum uidit: iussisse pistores & coquos cœnā sibi uti Mardonio instruerent: quod cum illi fecissent tum Pausanias lectos intuentem aureos argēteosq; probe instratos: mensas etiam aureas ac argenteas magnificumque cœnæ apparatum propositis bonis stupefactum imperasse per iocū suis ministris ut laconicam instruerent cœnam. Id cum illi ex spacio multum distante fecissent: ibi eūdem cachinnatē accersisse græcorum duces: eisq; ubi conuenerunt inter ostendendum utriusq; cœnæ apparatum dixisse. Viri græci hac ego uos de causa cōuocaui: q uolebam uobis amentiā medorum ducis ostendere: qui cum talem uitam duceret: ad nos subigendos uēit: qui tā misere uictitamus. Hæc Pausanias apud græcorum duces dixisse fertur. Interiecto deinde tēpore complures platæensium reppererūt loculos auri argentiq; & aliarū pecuniarum. Hoc quoq; rei apparuit postmodū in his mortuis carne nudatis ut cum eorum ossa comportarēt unum in locum platæenses inuētum sit caput nullam futuram hēns: sed ex uno osse solidum. Item maxilla cum eo quod super maxillam est habens dentes & si distinctos: tamē ex uno osse uniuersos tam molares q̄ cæteros. Quinetiam ossa uiri quīq; cubitorum. Postero die cum Mardonii cadauer non extaret incertum a quibus hominibus subtractum: Audiui tam iam diuersos illū sepelisse: & ob id permultos scio ingentia dona ab Artonte Mardonii filio accepisse. Quis curā susceperit cadaueris Mardonii humādi: pro cōpto nō potui audire: habet tamē hius rei non nihil famæ Dionysophanes uir ephesius. & Mardonius quidē hoc modo tumulatus ē. Græci uero posteaq̄ prædam dispertierunt: cæsos seperatim quisq; suos tumularunt: lacedæmonii tribus sepulcris effectis. In eorū uno sacerdotes: e quibus fuere Posidōius & Amōpharetus & Philocyō & Callicrates. In altero reliquos spartiatas. In tertio seruos humauerunt. Hunc ī modū lacedæmonii sepulti sūt.

Tegeatæ uero & athenienſes ſuos utriq; promiſcue condide-
runt: nec non megarenſes atq; phliaſii ſuos ab equitatu iter-
emptos. Horum omnium ſepulcra fuerunt plena. Nã alio-
ſepulcra quæ ad platæas oſtenduntur: ea ſunt quantum ego
accipio ab iis excitata: qui erubeſcebãt ſe a pugna abfuiſſe cũ
ſero ſuperueniſſent. Quippe tumulus illic uiſit qui dicitur
ægĩetarum: quem ego audio decem poſt hãc pugnam annos
rogatu æginetarum ab Cleade Autodici uiro platæenſi illorũ
hoſpite excitatum fuiſſe. Græcis ſtatim a cæſorum humãtõe
in agro platæenſi inito conſilio uiſũ eſt bellum thebis infe-
rendum: petendumq; eos qui cum medis ſenſiſſent: & i prĩs
Timegenidẽ & Attaginum: qui principes factionis extitiſſẽt:
& in eos dedidiſſent non prius ab urbe diſcedendum q̃ eam
euertiſſent. Hoc ubi decreuere undecĩo a pugna die mouẽtes
obſedere thebanos iuſſos dedere quos diximus uiros. Abnu-
entibus dedere thebanis agrum eorum populabãtur: mu-
adoriebantur. Quibus ab agro uaſtando non diſcedentibus
uicesimo die Timegenides ad populares ita inquit: Viri the-
bani quando quidem græcis ita conſtitutum eſt non prius
abſcedere ab oppugnatione thebarum q̃ aut eas expugnaue-
rint: aut nos dedideritis abſit: ut noſtra cauſa thebanus ager
amplius uexetur. Sed ſiue per cauſam depoſcendi nos pecu-
cunias cupiunt: pecũias eis publico demus. Nam & publice
cum medis ſenſimus: non autem nos ſoli: ſiue re uera depo-
ſcentes nos urbem obſident: noſipſi nos in diſceptationem
exhibemus. Eum thebani ſane probe & opportune locutum
arbitrantes: e ueſtigio caduceatorem ad Pauſaniam miſere:
uelle ſe uiros dedere. Ea re inter eos conuenta Attaginus ex
urbe profugit. Cuius liberos ad ſe Pauſanias adductos cul-
pa abſoluit negans pueros factionis medicæ eſſe participes.
Ceteri quos thebani dedidere ipſi quidem putabant ſe crimẽ
refutaturos ac pecunia elapſuros. Pauſanias autem hoc ipſũ
ſuſpicans fore ubi illos accepit dimiſſis omnibus ſociorum
copiis corinthum deductos ſupplicio affecit. Hæc hactẽus
quæ ad platæas & ad thebas geſta ſũt. Artabazum Pharnacis

ut e platæis fugiẽs porro ſe pripuerat. Theſſali cum ad ipſos uenit hoſpitio inuitatum interrogabant de reliquo exercitu ignari prorſus rei ad platæas geſtæ. Iſte intelligens ſi omnẽ ueritatem pugnæ referret aditurũ ſe uitæ diſcrimen cũ ſuo exercitu (fore enim ut omnes cognita re ipſum adorirent): Ideo ne apud phocenſes quidem rettulerat quippiam: ad theſſalos autem ita locutus eſt. Equidem uiri theſſali maturo ut cernitis q̃celerrime peruenire in thraciã miſſus cũ hac exercitus parte ad quoddam negocium tranſigendum. Mardõius ipſe cũ ſuo exercitu aderit noſtris ueſtigiis iſiſtẽs: cui hoſpitium & officium præſtate. Hæc enim uos in tempus præſtitiſſe non pœnitebit. Hæc fatus copias feſtinabundus p theſſaliam macedoniamq; agebat recta thraciam uerſus tanq̃ uere properans ac regionem mediterraneam præcidẽs peruenit byzantium permultis ſociorũ in itinere relictis: qui uel a thracibus obtruncati ſunt: uel q̃ fame atq; labore erãt euecti. Ex byzantio nauigiis traſmiſit in aſiam. Hunc in modũ iſte rediit. Quo autem die ad platæas male pugnatum eſt a perſis: eo die contigit hoc apud mycalam Ioniæ geri. Cum autem delon græci cõſiderẽt ii qui una cum Leutychida lacedæmonio nauibus uenerant eo appulſi ſunt. E ſamo legati Lãpõ Thraſyclei & Athenagoras Archiſtratidæ & Hegeſiſtratus Ariſtagoræ miſſi a ſamiis clam perſis ac tyrãno Theomineſtore Andromadantis: quem perſæ tyrannum ſami cõſtituerant. Hi cum audierunt duces uerba fecit Hegeſiſtratus multa & uaria: fore enim ut ſi tantũmodo hos uiderent Iones a perſis deficerent: nec barbari expectarent: & ut expectarent tamen non aliam prædam talem iſti reperirẽt. Præterea deos inuocans obſecrabat ut græcos græci liberarent ulciſcerentq; barbaros: quæ facilia dicebat factu eſſe: quia naues illorũ ſegnes eſſent ad curſum: nec pares græcis ad prælium. Si quid uero apud hos ſuſpitionis ſubeſſet: ne dolo deducerentur dicere paratos eſſe ſe ut in horũ nauibus pro obſidibus agerentur. In his obſecrandis cũ multus eſſet hoſpes ſamius ſciſcitabatur eũ Eutychides ſiue ominis gratia uolens

audire nomen ſiue caſu id deo agente. Samie hoſpes quod tibi eſt nomen? Ille reſpondet Hegeſiſtrato. Eutychides interpellata ſi qua ille reliqua eius oratione ſi quā iſtituerat: accipio īquit pro augurio Hegeſiſtratū hoſpes ſamie effice tu ut nauigemus data nobis p te & iſtos qui tecū ſunt fide ſāios ꝓmptos eſſe ad ineundam nobiſcum ſocietatem. Hæc locutus & rē pariter exequi aggreſſus eſt. Nam cū ſamii extemplo fidem interpoſito & iure iurando dediſſent: de ſua ſocietate cū græcis Eutychides dimiſſis domū cæteris legatis iuſſit eum: cuius nomen pro augurio acceperat ſecum nauigare. Græci eū illic diem commorati: poſtridie pulchrī litauere aruſpice Deiphono Euenii apollinata ex apollonia quæ eſt in ſinu Ionico. Huius patri Euenio tes huiuſmodi contigit. Sūt in hac apollonia ſacræ Solis oues: quæ interdiu ſecundum flumen paſcuntur: quod e monte lacmone per apolloniatem agrum fluit in mare iuxta oricō portū. Eas noctu ſtabulantes in ātro non procul ab urbe cuſtodiūt delecti uiri diuitiis & genere inter populares ſuos ſplendidiſſimi ſīgulis annis ſinguli ꝙ ex oraculo quodam apolloniatæ eas oues permagnificiant. Ibi Euenius. Hic cum aliquando delectus ad cuſtodiendas oues non excubaret uigilans ſed obdormiſſet: ingreſſi antrū lupi circiter ſexaginta oues trucidarunt. Id ubi iſte animaduertit rem ſupreſſit: neminique apperuit habens in animo totidem mercari quas ſubſtitueret. At apolloniatæ ubi acceperunt (neq; enim eos quod geſtum erat latuit) adductum in iudicium Euenium condemnauerūt: ut quia uigiliam edormiſſet uiſu priuaretur. Quem poſteaq̄ excæcauerūt: mox eis neq; pecora fœtificauere: neq; humus pro conſuetudine fructum ferre. Erant autē illis pecora & ī dodona & in delphis. Interrogati ꝓphetæ cauſam mali præſētis: reſponderūt cauſā eſſe quia cuſtodem ſacrarū ouiū Euenium inique luminibus orbaſſēt: ſe enim immiſiſſe lupos: nec prius ab illius ultione ceſſaturos q̄ ei ſatiſfeciſſent ex iis quæ ī eum perpetraſſent: prout ipſe ſibi ſuo arbitrio ſatiſfactū putaret. His præfectis daturos ſe Euenio tale domū ꝙ habētē pleriq; homīum

putarent beatum. Hæc apolloniatis ſunt reddita oracula. Quæ apolloniatæ ſilentio ſupprimẽtes quibuſdam e ciuibus exequenda delegauerunt. Iſti hunc in modum putarũt exequenda. Euenium in ſtatione ſedentem adeunt: eiq; aſſidentes aliis de rebus uerba faciunt: donec deueniunt ad miſerãdam hominis calamitatem. Ita introducta eius rei mẽtione perconctantur quã multam optaret: ſi eam uellẽt pẽdere apolloniatæ. Hic qui oraculum nõ audiſſet: ſe optare dixit duo prædia ciuium quos nomĩabat: quoq; patrimonia omĩum apolloniatum putabat eſſe pulcherrima: & præterea domicilium quod in urbe ſciebat eẽ optimũ. Hoq; ſi cõpos effectus eſſet: nõ infenſum ſe poſthac fore dicebat: ſed hac ſatiſfactione contentum. Hoc cum reſpondiſſet Euẽius: tũc ii qui ei aſſidebant excipientes: Eueni inquiunt hanc tibi ſatiſfactionem apolloniatæ pro ereptis oculis tibi rependunt ex oracuło eis reddito. Euenius ubi omnem rem audiuit: indigno animo tulit ſeſe fuiſſe deceptũ. Ciues ea prædia a dominis mercati huic qui illa optaſſet dedere: qui mox deinde inſitam diuinationem optinuit. Vnde celebratiſſimus euaſit. Huius Euenii filius fuit Deiphonus: qui ductus a corĩthiis exercitui uaticinabatur. Quanq; illud quoque audiui Deiphono negocium in græcia fuiſſe exhibitum: q; ſe filiũ Euenii cuius nõ eſſet nũcuparet. Poſteaq; litauere græci claſſem e delo ſamum uerſus ſoluerũt: quã cũ ſamũ appuliſſẽt: ad templum Iunonis eam locauere ſeſe ad præliũ nauale apparantes. Eoq; curſum ad ſe eſſe perſæ audientes & ipſi cæteras naues ad continentem rducunt præter phœniſſas: quas abire permiſerant. Non enim cenſebant pugnam nauale ſibi eſſe capeſſendam cum pares hoſti nõ eſſe ſibi uiderẽtur. In continentem autem ideo nauigabant: ut eſſẽt ſub ſuo peditatu qui apud mycalẽ agebat præcepto Xerxis ab aliis copiis relictus ad Ioniã tutandam numero ſexaginta milia duce Tigrane omnium perſaq; & ſpecie & ſtatura eminentiſſimo. Ad hunc exercitum conſtituerant refugere duces ꝑſicæ claſſis: ſubductiſq; nauibus munimenta ualli circundare in illarum

ſuumq; præſidium. Hoc inito cõſilio profecti ſũt ad potni-
enſium templum mycales præteruecti ad Geſonem & Sco-
lopontem ubi Cereris eleuſinæ cernitur templũ: quod Phi-
litus Paſiclis condidit ſectans Heleum Codri in colonia mi-
leti locanda uenerunt. Ibi ſubductas naues munimento cir-
cundederunt & e ſaxis ſtipitibuſq; felicium arborũ: quas ipſi
exciderũt: & circũ munitiones depactis ſudibus ſe inſtruxerũt
tanq̃ & obſidendi & uictoria potitum. In utrunq; enim ca-
ſum ratione inita ſeſe apparabant. Hos abiiſſe in continẽ-
tem poſtq̃ accepere græci tanq̃ eos barbari effugiſſent ægr̃ fe-
rebant incerti quid agerent retro ne ſe reciperent an tenderent
in helleſpontum. Tandẽ neutrum hor̃ uiſum eſt eſſe facien-
dum: ſed porro eundum in continentem. Præparatis igitur
ad pugnam nauales tabulatis aliiſq; quibuſcunq; opus erat
ad mycalen nauigant: & cũm proximi caſtris hoſtium fuer̃:
neminẽ ex aduerſo obuiã ferri uidẽt: ſed naues ĩtra murum
ſubductas & magnam uim peditatus pro littore diſpoſitam.
Ibi primum Eutychides nauem littori applicãs q̃maxime ap-
propinquare poterat Iones per præconem compellabat inq;
ens. Viri Iones quicũq; e uobis me exauditis ĩtelligite quæ
dico. Nihil .n. hor̃ quæ uobis mãdo ĩtelligunt pſæ. ubi pu-
gnam conſeruerimus: debetis ãte õnia reminiſci libertatis:
Deĩde teſſeræ hebes. Hoc qui e uobis nõ audiit ab eo q audi
it diſcat. Huius facti eadẽ mẽs fuit quæ Thẽiſtoclis ad artẽi-
ſium: q̃ uidelicet hæc uerba ſi laterent barbaros inductura ad
obſequendum Ionas eſſent: ſin delata ad barbaros redderẽt
eis græcos infidos. His per Eutychidem admonitis ſecundo
loco græci naues littori admouent: & ex illis in littus egreſſi
ſeſe ad pugnandum inſtruebant. Quod facientes cũ cerne-
rent perſæ & ſcirent ſamios fuiſſe adhortatos arma ſamiis a-
dimunt ſuſpicati illos ſentire cũ græcis. Quippe ſamii ex-
ceptos circa atticam athenienſes a Xerxe: & illuc claſſe bar-
baror̃ deuectos redemerãt omnes: athenaſq; cũ uiatico remi-
ſerant. Quo nomine non in minimam ſuſpitionem uene-
rant q̃ quingẽta hominum capita hoſtium Xerxis liberaſſẽt.

Prætetea mileſiis tanq̃ maxime locoꝝ gnaris perſæ imperãt: ut compita quæ ad cacumina mycales ferunt cuſtodiãt eo cõſilio facientes id ut mileſii ab exercitu abeſſent. Hunc in modum ab iis Ionibus qui aliquid reꝝ nouarꝝ molituri uidebantur ſi facultatem nacti eſſent. Perſæ ſibi præcauerunt iidem facta ex gerris teſtudine ſeſe conſtipauerant. Græci ubi inſtructi fuere ire in barbaros tendunt: quibus eũtibus aduolauit ĩ uniuerſum exercitum rumor: caduceũq; ſupra fluctus poſitum apparuit. Rumor autẽ huiuſmodi ad eos ferbatur græcos acie in boetiis ſuperaſſe Mardõii copias. Multis autem ſignis res quæ diuinitus fiunt declarant: & ſi tũc eodem die contigit utraq; clades ea quæ ad platæas accepta: & quæ ad mycalen accipienda erat. fama quæ huc ad græcos uenit: reddidit eos multo ferociores: & ad ſubeundum ultro periculum alacriores. alteꝝ etiam quiddam concurrere contigit: ut ad utrãq; pugnam fuerint Cereris Eleuſinæ templa. Nam apud ipſum Cereris phanum (ut a me ſuperius demõſtratum eſt) in agro platæẽſi pugna cõmiſſa eſt: & itẽ in mycale iuxta Cereris delubrum pugna erat cõmittenda. Vt nõ ab re uenerit ad iſtos fama uictoriæ Pauſaniæ: atq; græcoꝝ. Nã pugna ad platæas diluculo diei geſta eſt: apud mycalẽ ueſperi: Quaꝝ utranq; eodem eiuſdem menſis die geſtam eſſe. Non diu poſt ab his rem repetentibus annotatum eſt ante rumoris aduentum. ſubibat iſtos timor non tam de ſe ipſis q̃ de græcia: ne Mardonio ſubiiceret. At ubi fama hæc ad eos aduolauit: ĩpẽſius atq; properantius ad congrediendũ proceſſerunt tanto animo græcis ac barbaris in pugnam tendentibus tanq̃ inſulæ eis & helleſpontus propoſita premio eſſent. Atheniẽſes & qui iuxta erant inſtructi pene dimidium copiaꝝ iter tenebant per littus atq; plãiciem. Lacedæmõii autẽ & deinceps collocati p cõfragoſa & montes quæ dũ lacedæmonii circũibant: Interĩ athenienſes in altero cornu præliabantur. Perſæ quoad ſibi gerra manſere: recta ſeſe defenſauere nihilo inferiores hoſtibus. Poſtea uero q̃ athenienſiũ & eoꝝ qui cũ atheniẽſibus erãt copiæ ãnixæ ſũt: uehemẽrius

ſe mutuo adhortantes ut laus operis ipſoꝝ eſſet nõ lacedæ/
moniorꝝ : tũ cõmutari iam res & deiectis gentis græci cõferti
impreſſionem facere in perſas . Illi accepto impetu perdiu
reſtitere . Ad poſtremum in munitiones ſfugerẽ : cum qbus
pariter irruperunt athenienſes & corinthii & ſicyonii & troe/
zenii . ita n . erãt ii in acie collocati . Vbi uero & murus captus
eſt : Ibi barbari non roboris memores eſſe : ſed fugæ prætercq̃
perſæ . Hi ſoli ad paucos redacti pugnabant græcis aſſidue ĩ
murꝝ irruentibus . Quoꝝ duo duces Artayntes & Ithamitres
claſſiarii exercitus duces effugerũt : totidẽ pugnãtes occubu/
erũtq̃ . Mardontes & pedeſtrium copiarꝝ dux Tigrães adhuc
dimicantibus pſis : ſupuenere lacedæmonii ac ſocii : qui eos
q ſupererant trucidauerũt . Ipſoꝝ quoq; græcoꝝ cõpluſs il/
lic cecidere : & cũ alii ex ſicyonis : tũ eoꝝ dux Perilaus : quĩ/
etiã ſamii q ĩ exercitu medoꝝ militabãt : quibus adẽpta arma
fuerãt : ubi uiderunt ſtatim ab initio pugnam pertinaciorem
quoad poterant græcis ſuppetias ire . Quos ĩchoaſſe cernẽ/
tes alii Iones ita & ipſi a perſis deficiẽtes adorti ſũt barbaros .
Mileſiis præceptũ erat ut exitus uiarꝝ cuſtodirent pſarꝝ ſalu/
tis gratia : ut ſi qui caſus (quẽadmodũ accidit) eos deprehen/
diſſent : mileſiis ducibus ſalutem ſibi ad Mycales cacumina
cõpararent . Huius quidẽ rei cauſa mileſii illic collocati fue/
rant : neue ſi pugnæ adeſſent aliquid innouarẽt . At illi e cõ/
trario pſus q̃ iuſſi fuerant fecere : aliiſq; quæ ad hoſtẽ fere/
bant uiis in barbaros ingruere : & ad extremũ in eis mactan/
dis omniũ extitere hoſtiliſſimi . Hunc in modũ Ionia iterũ
defecit a pſis . In hoc prælio prædariſſima inter græcos ope/
rã nauauerant athenienſes : & ex athenienſibus Hermolytus
Euthyni uir in pancratio celeber : cui poſtea cõtigit ut bello
inter athenienſes & caryſtios in pugna apud cyrnũ agri cary/
ſtii facta cæſus in geræſto iaceret . Secũdũ atheniẽſes egregii
extitere corinthii troezeniiq; : ac ſicyonii . Græci perq̃ multis
barbaroꝝ aliis in pugna aliis in fuga ĩterfectis : eoꝝ naues in/
cẽderũt . totũq; murꝝ egeſta illinc in littus præda : & qbuſdã
pecuniarꝝ theſauris reptis ubi caſtra atq; naues cremauere :

uela fecerunt: & cum ſamum appulſi ſũt: conſultabãt de gẽte ionia tranſferenda: & ubinam in græcia illã locari oportere: cuius ipſi imperium obtinerent. Neq; enĩ uidebat eis fieri poſſe ut per omne tempus ionibus tutandis præeſſẽt: ſperandũ eſſe ut Iones a perſis rebellaſſe gauderẽt. Ad hæc magiſtratus lacedæmonioꝝ cenſebant emporia nationum græcaꝝ: quæ cum medis ſenſiſſent eiectis incolis danda cũ territorio ionibus habitanda: athenienſes e contrario nõ eſſe pricipatũ Ioniæ ſũmouendũ: nec lacedæmonis de ipſoꝝ colõiis conſultandũ. Et cum in hoc contenderent athenienſes: libenter eis ceſſere peloponnenſes: atq; ita ſamios & chios & leſbios ac cæteros inſulanos qui ſecum militabant ad ſocietatis fœdus adegerunt: data acceptaq; fide cũ iureiurãdo ſe pmanſuros in ſocietate: nec ab ea deſcituros hoꝝ iureiurando accepto ad pontes ſoluendos nauigauerũt tãti adhuc illos intentos ſe eſſe inuenturos. Et iſti quidẽ in helleſpontũ nauigabant. Ii uero barbari qui profugerant non ita multi cũ ad cacumina mycales pueniſſẽt ſe ſardis recipiebãt. Qui dũ iter faciũt Maſiſtes Darii filius: q pugnæ male geſtæ affuerat conuitiari Artayntæ cũ aliis multis ꝓbris: tũ uero dicẽs illũ muliere fuiſſe ignauiorẽ: ita illã præfectura adminiſtraſſet: dignũq; omni malo eſſe qui de regia domo male meritus eſſet. Apud perſas ſummo opprobrio datur audire ſe muliere eſſe ignauiorem. Artayntes ubi multa audiit indigne ferens: acinacem in Maſiſtem ſtringit interficiendi auidus: quẽ in irruentem cernens Xenagoras Praxilai uir halicarnaſſeus ut ſtabat a tergo hõinẽ mediũ accipit: ſublatũ hũi allidit: interĩaq; ſatellites Maſiſtis affuere. Eo facto Xenagoras & ipſius Maſiſtis gratiam iniit: & Xerxis cuius fratrem ſeruaſſet. Quippe ab eo ob hãc rem totius ciliciæ præfectura donatus eſt. Nihil hoc amplius inter uiam barbari egerunt: ſardiſq; peruenerunt ubi rex erat: & ex eo tẽpore quo prælio nauali male geſto athenis illuc ꝓfugerat. Sardibus autẽ tũc agẽs adamabat uxorẽ Maſiſtis: quã & ipſa illic erat. Ea cũ potiri nõ poſſet neq; dõis miſſitãdis: neq; ui quã

afferre nolebat fratris Maſiſtis ſpectu : quæ res & mulierem retinebat probe gnarã non ſe coactũ iri ui . Ibi Xerxes cætera prohibitus huc euaſit ut filio ſuo Dareo in matrimonium daret filiam huius mulieris ac Maſiſtis : exiſtimans ſi hoc fe-ciſſet:cõmodius ſe illa potitur . Contracto matrimonio ali-iſq; ex conſuetudine celebratis ſuſa ꝓfectus eſt . Eo poſtq̃ peruẽit : & uxorem Dareo domum duxit : ita demũ ab uxo-ris Maſiſtis amore ceſſauit adamata ex familiaritate nurus Maſiſtis filia: cui nomẽ erat Artayntæ . Qua cũ potiret pro-ceſſu temporis rs patefacta eſt hunc ĩ modũ. Ameſtris uxor Xerxis amiculum quod ipſa texuerat grãde atq; diſtinctũ & ſpectatu dignum uiro donauit . Quo ille delectatus atq; a-mictus ad Artayntam ſe confert . Atq; ubi ſe oblectauit cũ ea iuſſit a ſe petere mulierem quæ optaret ſibi fieri in remũe-rationem obſequii . Omnia enim quæ peteret impetraturã. Ad hoc illa reſpondens(debebatur enim toti familiæ ĩfortu-niũ)dabis ne inquit mihi quicquid abs te petiero? Xerxes õ-nia alia potius eam petituram ratus cũ iureiurando promi-ſit . Qui poſtq̃ iurauit : mulier intrepide amictũ popoſcit . Xerxes enimuero recuſare non ob aliud q̃ quod ueſtem Ame-ſtrin :ne ſic illa rẽ quæ agebatur iampridẽ ſuſpicata deprehẽ-deret . Offerre ei & urbes : & ĩmenſam uĩ auri & copias mi-litum : quibus nemo præter illam eſſet præfecturus . Ex-imium autem donum eſt apud perſas exercitu donari. Ver-cũ non poſſet perſuadeꝛ mulieri :amiculũ dedit . Quo do-no illa ſupra modũ læta eo geſtando geſtiebat . Ameſtris u-bi mulierem habere amiculũ reſciuit : & rem geſtam non in puellam cõcepit ſed odiũ:in illius matrẽ penes quam culpã & quam huius rei auctorem eſſe credebat exitium machina-tur . Obſeruato itaq; tempore quo uir ſuus Xerxes regalem ĩſtrueret : quæ cœna ſemel quot annis eo die quo rex creatus eſt inſtruebatur . Cœnæ nomẽ perſice tycta : græce telion .i. perfecta : in qua rex ſolum caput ornatur . Perſaſque ſtre-nis donat . Hoc die obſeruato Ameſtris a Xerxe petiit ut ſe Maſiſtis uxore donaret . Xerxes id indignum factu

nefariumq; arbitrari uxorem germani dono dari : eamq; ĩsõtem negocii illius cuius causa uxor sua eam flagitaret. Tãdẽ huius precibus euictus & instituto quo nefas est regia cœna proposita orantem non exorare inuitus admodum annuit : tradensq; uxori ac iubẽs facere quod liberet : germano ad se accersito ita inquit. Masista tu Darii filius es : idẽq; mihi frater : præterea uir eximius : tamen cũ ista mulier cũ qua cõtuberniũ habeas noli haberẽ : in cuius locũ dabo tibi filiã mea : cũ q̃ cõtuberniũ habeas. Istã autẽ quã ĩ matrimõio habes (nõ .n. mihi uidet habẽda) missam facias. His uerbis stupefactus Masistes domũ ĩqt quã tu mecũ orationẽ habes ĩportunam : qui uxorem ex qua liberi mihi sunt adolescẽtes & filiæ : quaꝝ unam tu filio tuo duxisti uxorem iubes me ĩlinquere : quæ mihi est ex animi mei sententia ut filiam tuam in matrimonio ducam. Equidem rex & si magnifacio me dignari coniugio filiæ tuæ : tamẽ neutrum istoꝝ faciam. Tu uero q̃ nequaq̃ necesse habes noli hoc ad rei me cogere : alius non ĩferior me existet maritus filiæ tuæ : sine me meæ uxoris cõsuetudine frui. Hæc ille cum ĩspõdisset : percitus ira Xerxes atqui inquit. Ita tecum Masista ageturꝫ ut neq; iam tibi filiam meam nuptum dem : neq; tu consuetudine tuæ diutius fruaris : ut discas accipere oblata. Masistes his auditis extra abiit hactenus locutus domine nõdum interemisti. Hoc ĩterim tempore dum Xerxes cum fratr̃ colloquitur : Amestris accitis satellitibus Xerxis uxorẽ Masistæ excarnificat : mãmillas præcidit : easq; canibus abiicit : præcidit nasꝫ : aurꝫ : labra : lĩguam : atq; ita excarnificatam remittit domum. Haꝝ rerum cũ nihil audisset Masistes : metuens tamen aliquid sibi esse mali cursu se domum propipiebat. Vbi uero mutilatã uxorem uidit : confestim inito cũ liberis consilio abiit bactra cum illis & aliis quibusdam tãq̃ prouinciam bactriam ad defectionem inducturus : & plurimũ mali r̃gi facturus : quod & contigisset (ut mihi uidetur) si occupasset ad bactrios & ad sacas ascendere. Etenĩ præses erat bactrioꝝ : a prouincialibus q; diligebatur : sed hæc eum ppetratuꝫ Xerxes audiẽs missis

aduerſus hominem copiis & ipſum & liberos & copias in iti-
nere trucidauit. De amore Xerxis & nece Maſiſtæ hæc hacte-
nus. Græci a mycale profecti helleſpontum uerſus: primū
circa lecton ſtationem habuerunt a uentis intercepti. Inde
ſoluentes Abydon tenuerunt: ponteſq; quorū præcipue cau-
ſa illuc ierant credentes ſe adhuc eos intentos eſſe inuentu-
ros cum repperiſſēt ſolutos deliberabāt Leutychidi & qui cū
eo erant lacedæmoniis uidebatur in græciam redeūdū: athe-
nienſibus autem & eorum duci Xanthippo illic manendum:
ut cheronneſum tentarent. Itaq; peloponnenſes quidem a-
bierē. Athenienſes uero abydo in cherōneſum traiiciētes: Se-
ſtum obſidebāt. Huc poſtq̄ auditū eſt græcos in helleſpon-
to adeſſe tanq̄ ad omnium eius tractus urbium ualidiſſimo
muro præditam conuenere cum alii ex aliis circa oppidis: tū
ex cardia Oeabazus uir perſes qui arma e pōtibus illuc com-
portauerat. Tenebant autem id oppidum īdigenæ. Aeoles
iunctis perſis pariter & magna ſociorum frequentia tyranni-
dem illius prouinciæ obtiebat Xerxis prætor Artayctes uir il-
le quidem perſa: ſed dirus tamē & facinoroſus: qui Xerxem
athenas tendentem ex eleunte circumuenit petitis Proteſilai
Iphiclo geniti pecuniis. Etenim eſt in eleunte cherſōneſi
Proteſilai ſepulcrum & ei phanum circumiectum: ubi īerat
ingens uis pecuniæ nec non phialæ aureæ argenteæq; & ars &
ueſtis aliaq; dōaria: quæ Artayctes rege donāte compilauit:
his uerbis eum circumueniens. Here eſt hoc in loco domus
uiri græci qui cum militum copiis terram tuam adortus me-
ritas morte pœnas dedit: eius mihi domum dato ut diſcant
alii non militare aduerſus regionem tuam. Hæc dicēdo fa-
cile erat perſuadere Xerxi ut largiretur ſibi domum eius uiri
de quo nihil ſuſpicabatur iſtum ea ſentire. Enimuero
ſentiebat Artayctes Proteſilaum in prouīciam regis militaſ-
ſe: q uidelicet perſæ omnem aſiam ſuam eſſe arbitraban-
tur: & eius ſemper qui potitur regno. Hic poſtq̄ pecuniis
ab rge donatus eſt: eas ab eleūte ad Seſton exportauit: pha-
numq; ſeuit & coluit: & quotiens eleuntē pergebat: ī adyto

id eſt in templi loco inacceſſo cum mulieribus concūbebat. Tunc autem ab athenienſibus obſidebatur nullis rebus præparatis quæ pertinerent ad tolerandam obſidionem: quā nō expectauerat ex improuiſo a græcis inuaſus. Illi poſteaq; ſibi obſidentibus aduenerat autumnus grauari peregrinam a patria expeditionem quoniam murum expugnare non poſſent. Itaq; orare duces ſuos ut ſe illinc reducerent. Duces negare ſe prius id facturos q̄ aut murum expugnaſſent: aut ipſos reſpublica athenienſium accerſiſſet. Adeo res illa ei cordi erat. At ii qui cum Artaycte intra muros erant in ōnē adducti calamitatem adeo ut fūibus lectorum elixis ueſcerētur: ubi iam ne hæc quidem habebant ita ſub noctem capeſſerunt fugam cum alii perſæ: tum Artayctes & Oeabazus delapſi a poſteriori murorum parte: quæ præcipue deſtituta ab hoſtibus erat. Poſtq; illuxit cherſōnitāi e turribus rem indicauere athenienſibus: portaſq; patefecere. Athenienſium pleriq; fugientes perſas perſequentibus alii urbem tenuere: Oeabazum in thraciam fuga elapſum thraablſinthii exceptū Pleſtoro indigenæ deo ritu ſuo immolauerunt. Cæterum eius comites aliter interfecerunt. Artayctes autem cum ſuis inita poſterius fuga cum pauci eſſent ſuper ægos fluēta circumuenti cum perdiu ſeſe defenſaſſēt: partim occubuerūt: partim uiui ſunt capti: quos græci alligatos Seſtum duxerūt: interq; eos Artayctem cum filio ſuo. Fertur a cherſōnitanis uni eorum qui iſtos aſſeruabant dum carnem ſalſam torret tale oſtētum extitiſſe. Offa illa ſalſuræ primis impoſita reſiliit palpitauitq; quemadmodum piſces recens capti: qua de re cum circumfuſi admirarentur: Artayctes oſtētum ut uidit accito uiro qui ſalſuram coquebat hoſpes inquit athenienſis non eſt quod iſtud metuas oſtentum: quod non tua cauſa extitit ſed mea. Proteſilao qui eſt apud eleuntem ſignum dante qui mortuus ac ſale conditus habet a diis poteſtatem eum a quo iniuriam excepit uexandi. Hunc igitur ei donaria ſtituere in animo habeo præ pecuniis quidē quas e templo ſuſtuli huius dei centum talenta pendā: pro mea

uero ipſius ſalute ac filii ducenta. Hæc pollicens Xāthippū athenienſium ducem non perſuaſit: tum ſua ſponte animatum: tum ab eleuntus exoratum: quo Proteſilaum ulciſcerē/tur ut hominem interimeret. Itaq; adductum hunc in littus in quo Xerxes traiectum iunxerat: ut alii aiunt in tumulum urbi madyto imminentem depactis humi aſſeribus ſuſpenderūt filio eius ante patris oculos lapidibus obruto. His actis athenienſes in græciam remeauerunt portantes tum alias pecunias: tum uero arma pontium tanq̄ apud templa repoſituri. Nec aliud præterea quippiam geſtum eſt per eū annum. Huius Artayctæ qui ſuſpenſus eſt auus paternus fuit Artembares: qui oratiōem quādam habuit apud perſas: quam orationem excipientes perſæ ad Cyrum detuleruntin hæc uerba. Quandoquidem perſis Iuppiter prīcipatum dedit & ex uiris tibi Cyre Aſtyage deiecto agedum demigrantes ex hac rḡione: quam & exiguam habemus & aſperam optīeamus meliorem aliam. Multæ ſunt nobis confines urbes: multæ longinquæ. Quarum unam incolētes efficiemur admirabiliores apud pleroſq;. Decet autem hoc eos uiros facerī qui poſſunt. Nam quando facultas nobis præſtabitur melior q̄ dum multorum hominum imperiū habemus & uniuerſæ aſiæ. Hac oratiōe audita Cyrus haudquaq̄ admiratus iuſſit eos illud facerī: ſed ita ut iubēdo admoneret ſe poſthac præpararēt nō ad īperādū aliis āplius: ſed aliis parēdū. Natura.n.cōparatū eē ut e mollibus rḡiōibus molles uiri exiſtāt: neue ex eadē terra admirādæ fruges & egregii bello uiri gignātur. Hac Cyri ſententia perſæ ſuperati a ſua deſtiterūt: præoptaruntq; exile ſolum incolentes imperare aliis q̄ campeſtre colentes aliis ſeruire. Deo Gratias.

Herodoti Halicarnaſſei patris hiſtoriæ traductio e græco in latinū habita p uiū eruditiſſimū Laurētiū Valēſē ſīgularem noſtris tēporibus ciuē rōanū ſub Nicolao .v. ſūmo pōtifice. Venetiis īpreſſū ē hoc opus p Iacobū Rubeū natione Gallicū. Anno dnī. M.cccc.lxxiiii. Nicolao Marcello duce Ven.

Integerrimo Atq; Optimo Patricio Nicolao Donato Benedictus Brognolus Salutem Plurimam dicit.

Cum ab meo docendi munere non nihil interdum ocii detur uir generosissime: ea multum āimo meo obuersata est cogitatio cū aliquid nobis desit num magis aliis causis id fiat an culpa nostra. Nam quēcūq; considero: nullum facile repe-rire possum: quem non aliquid quod ei opus sit desiderare cōspiciam: non senatorē: nō ducē belli: nō negociatorem: non quemuis aliū: neq; solū uitam ducentem actiuam: si-ue rempublicam: siue suos tantūmodo ac se ipsum curet: sed etiam placidam & quietam: ut ex hoc quoq; mihi uerū esse cōstet: quod ille ait barbarus quidē sed prudentissimus: Non uni omnia deos dedisse. Nec me fugit quot & quanta sint: quibus pro suo quisq; statu atq; instituto alii aliis magis minusue indigeamus: & q̄ multis rebus & quibus fiat ut non modo quæ nobis desint facile comparare nō ualeamus: sed ne quæ sīt quidē cōseruare. Siquidem non solum quibus corpus nostr̄ alat ornet ue partī p nobis: partī pro aliis pacanda sūt secundū fortunā uniuscuiusq; & dignitatē: ueꝝ etiam nec minus quibus ingenium excolatur: ratioq; perficitur: & siqua nobis agenda sunt: ad eorum pleraq; adiumē-tis hominum indigemus: & ptocellis: tempestatibus: naufragiis: ruinis: incendiis: uetustati: calamitatibus: eluuionibus: pestilentiis: uastitatibus: aliisq; huiuscemodi rebus subiecti sumus: quibus ope humana non facile rīsisti potest: quibus interdum momento temporis tā grauiter affligimur: ut damna nostra resarciri: & res nostræ in pristinum statum reduci ne ex longo quidē interuallo facile queant: neq; solū in aliis rebus: sed etiam in nostris litterar̄ studiis in quibus ut alia omittā: ea calamitas semel ptolemaide accidit uel in omne tempus deflenda ut ad septingenta milia uoluminum dum a barbaris urbs ea diripitur incensa fuerint. Sed cum īgenium quod nobis a deo tributum est aīaduerto: eius uim tantā esse deprehendo: ut nihil uideam: quod si eo re-

cte utamur nos : assequi posse non existimem . Ingenium enim est quo quicquid latet inuenit : quo quicquid abstrusum est eruitur : quo unumquodq; quid sit & quale deprehenditur : quo rerum omnium causæ percipiuntur : quo artes omnes : quo scientiæ: quo denicq; omnium rerum humanarum & diuinarum cognitio cõparatur : quibus rebus qdnam esse posset quod ad nos pertineret : ad quod acquirẽdũ & rationem inire & facultatem comparare nequiremus? cum præsertim ratio etiam nobis data sit : qua & ingenium excolere : & iusticiam & reliquas uirtutes omnes adipisci ualeamus : quibus ut ait poeta Nulla uia inuia est : quibus incõmoda naturæ etiam emendantur : quasq; qui habeat : nemo potest non beatus esse : sed nobis ipsi plericq; desumus : nos bona nostra negligimus: nos patimur ingenium nostrũ rude esse: aut malis artibus ipsum exercemus : tantumq; abest ut aliquid utile uestigemus : ut quæ a maioribus nostris sũmo studio ac diligentia inuenta fuerunt ac nobis relicta negligamus ac perire patiamur . Quæ res si nõ parua causa est indigentiarum nostrarum & amissis artibus ac scientiis neglectis ue uel maxima rerum agendarum faciendarumq; facultas tollitur : ea quidem est minor & cũ hi simus qui ut benigne ac fortiter inuicem adiuuantes omnia ferre & incõmoda arcere : & cõmoda nanciscí ualeamus quæcunq; opus sit : sic inter nos deserẽtes ex his quicq; uix facere queamus : uidere nescimus: ut & præsidiis & subsidiis mutuis muniti : & õnibus rebus necessariis referti simus : sed quasi aliqs sine aliis uitã cõmode possit ducere : nec commoditas omnium ex cõmuni quodam modo pendeat cõmoditate inter nos deserimus ac neglecta humana societate cõtra naturã nos res nostras agere dicimus : aut etiam alios quicq; scire aut habere inuidemus : Quod si omnes uerum amaremus : si ingenio recte uti : si in res utiles & necessarias tempus & diligentiam pro uiribus cõferre uellemus : si studium : industriam : probitatem : reliquasq; uirtutes exercere : si inter nos amare : si boni & hũani esse : quales inter se Essæi fuisse traditi sunt : si mutuis

iter nos beneficiis certare nõ cerneres hũc magnopere desiderare consilia aliena: illi adiumẽta hominũ deesse; alium alia re indigere: sed uitam omnium potius mũitam: & dãdo accipiendoq; & mutuandis facultatibus & cõmodis (ut ait Cicero) nulla re egere. Vt enim neq; pauca sit neq; parua: quibus non nulli indigeant: ea tamen neq; plura esse neq; maiora: q̃ ut ingeniis hominum: & uirtutibus parari possint uel uno argumento planissime perspici poterit si animaduertemus quẽadmodũ in tanta plerorũq; ignauia atq; socordia tamq; parua hominum caritate non nulli tamen industria sua tot ac tanta cõmoda omnis fere generis assequantur: ut ꝑpemodum nihil uideas quod eis desit. Quod & illis multo facilius uberiusq; eueniret & aliis q̃ntum natura rerum pateretur: si unusquisq; & in se & in aliis suo uellet officio fungi. Nam quod attinet ad tẽpestates & ꝑcellas: incendia: & alias huiuscemodi res quæ fortuitæ appellãtur: q̃ uel nullas uel non ex aliquo rationabili ordine uenientes causas habere putantur licet stulte: primum omniũ non sæpe fiunt: neq; omnes pariter attingunt: deinde siue eueniant ꝑpter crimĩa nostra ut ex eis pũiamur emẽdemurq;: culpa in nobis hæret: siue ut sit quod uirtutẽ assequaũr aut ꝓbemur cum bõi facti fuerimus & ꝓbati: licebit ea aut auertere: aut declĩare: aut fortiter ferre. & siqd mali acceptũ fuerit aut dãni emendare aut reparare præsertim his temporibus: quibus omniũ fere rerũ artes & scientiæ a maioribus inuentæ sunt ac nobis relictæ: qbus quãta facultas sit qcquid uolueris faciendi nemo est qui non intelligat. Nisi forte maiores nostri & lapides e terra ad usus nostros necessarios excidere & aurum: æs: ferrũ argentũ effodere potuissent: & rationem ualitudinis curãdæ inuenire: & agrorũ cõlendorũ: & nauigandi: nec non aliarũ rerũ artes & scientias: & urbes domos quoduis genus operum extruere: & siquid amissum esset reparare: & in cælũ usq; penetrãr: & illic arcãa oĩa ĩdagãr: & ꝓximis tẽporibus alii alias quasdã artes & res mirandas inuenire pŏtuissent: nos quibus omnia ea inuenta cũ omniũ fere generũ operibus

relicta ſunt aut ingeniis careremus : aut in poteſtate ſi-
derum uel fortunæ uel fati ſi quod eſſet alicuius ue alius rei
poſiti eſſemus: ut nec quicq̃ comprehendere nec ullam uirtu-
tem conſequi aut exercere ualeremus. Quæ ſi eſſẽt nec quiſ-
q̃ aliquid inueniret : nec laudem ex ullo facto reprehenſionẽ
ue : nec premium aut pœnam mereretur: quæ q̃ falſa ſint ab
aliis manifeſtius oſtenſum eſt : & rebus ipſis declaratum : &
ſapientiſſimorum uirorum auctoritate certius cõfirmatum :
q̃ ut ulla amplius indigeat probatione. Quæ cum ita ſint
liçet multis pleriq; indigeamus: & uariis fortunæ incommo-
dis non ſolum impediamur ne ea comparemus : ſed graui-
bus etiam damnis ac malis interdum afficiamur : neminem
tamen iure admiraturum arbitror in eam me adductum ſen-
tentiam: ut cenſeam cum aliquod nobis deſit non tam aliud
quippiam accuſandum eſſe : q̃ ignauiam hominum ſocor-
diamq; ac alia uicia : nam ſi conſtat quantũ dictũ eſt tãtum
ingenium poſſe & uirtutem : hæcq; nulli rei ſubiecta eſt :
ſed libera : nec a deo deſeritur : ſed potius adiuuatur : quid
putem eſſe : quod ad nos pertineat : quod ſi nobis ipſi adeſ-
ſe uelimus : & iuicem ut ratio poſtulat adiuuare : aſſequi ne-
queamus? Cum præſertim ad artes ac ſcientias quas a maiori-
bus inuentas habemus opera quoq; omnis fer generis ab eiſ-
dem facta ſumma copia extent : & pro ſententia omnium eti-
am facile ſit inuentis addere. Sed cum mihi in mentem ue-
nerit tale quiddam cogitare ex multis rebus : quæ uel ingeni-
is hominum fuerunt excogitatæ : uel uirtutibus effectæ : p-
ximis tamen annis ex huius artis inuentione : qua libri im-
primuntur : factum eſt ut id uehementius cogitarim. Cum
enim omnes artes neq; liberales ſolum : ſed etiam pingendi
fingẽdi q; & aliæ huiuſcemodi mihi uehementer probentur :
q; & ingenii ſunt : & commodæ : hanc tamen eo pluris mihi
factẽdam ſtatui : q; ad noſtra litterarum ſtudia pertinet: quæ
ſi maturius inuenta fuiſſet : tanta optimorum librorum co-
pia fieri potuiſſet : quia maiotibus ſummo ſtudio ac diligẽ-

tia compoſiti fuerunt : ut neq; bellis : neq; incendiis : neque temporibus : quæ maximam uim habere deprehenduntur tam multi conſumi potuiſſent : quin beneficio huius artis plures ſuperfuiſſent : aut reparari facile ualuiſſent. Nouimus enim ex infinita pene optimorum librorum copia qui ab antiquis conſcripti fuerant: nobiſq; relicti q̃ pauci partim deſidia hominum : partim temporibus : partim aliis atque aliis cauſis ſupereſſent : & horum ipſorum q̃ difficulter & q̃ pautis etiam copia fieret : & propterea q̃ multi ſtarent quo hæc minus litterarum ſtudia ſine quibus uita noſtra rudis admodum & inculta manet q̃uis ad ea aptiſſimi eſſẽt capeſſerent : q̃ ſine libris in ipſis profici non poteſt : & ii ſine ſumma difficultate ac ſumptu : nec ſic quidem niſi a diuitibus comparari poterant : ad quæ excribenda tota hominis uita non ſufficiebat : inuenta eſt ars libraria: qua uiginti uiri intra menſem plus librorum imprimant: q̃ centũ antea intra annum excribere potuiſſent : cuius artificii neſcias quid potiſſimum laudes celeritatem imprimendi : an elegantiam litterarum : an q̃ non tam multa : q̃ quæ eſt diligentia uniuſcuiuſq; ex his impreſſoribus emendata uolumina habeamus. Vt qui litteris operam dare nunc uelint : & hanc ſupellectilem: qua nulla eſt melior parare & q̃minimo & q̃facillime nunc ea facere poſſit. Verum tamen huius digniſſimi artificii inuentores non ii ſunt : qui ipſi per ſe libros poſſint ut oportet imprimere: ſed & ipſi aliis atque aliis indigent : nec minimum qui exemplaria recognoſcant : atq; emendent. Quæ cum ita ſint licet ex hoc meo docendi inſtituto nullo modo tãtum mihi temporis uacui detur : quantum ad hanc rem opus eſſet : nec alia quæ ad eam requirantur omnia mihi ſuppetant : tamen ſentiens quod ſupra dixi inter nos iuuare oportere cum togatus fuerim a pleriſque ipſorum : nec non a quibuſdam aliis uiris digniſſimis & præcipue a genoroſo patricio ueſtro Dominico Bolano unico integritatis: modeſtiæ : ac probitatis exemplo : ut quãtum

quemadmodũq; poſſem ſaltem ex ocio quod mihi eſſet recognoſcerem: hõ potui non eis obſequi. Sed cũ ipſis aliquot iã uolumĩa emendarim: ꝓxime tamen in Herodoto: quem Laurẽtius Vallenſis ſuperioribus annis traduxit: hanc Iacotino: qui ex his artificibus nec diligentia: nec elegantia litteraꝝ ulli cedit operam dedi. Cum autem cogitarem cuinã potiſſimum hanc meam recognitionem ſi qua eſt dirigerem: tu in primis occurriſti dignus cui eam dedicarem: cuius neſcio quã uirtutẽ primum laudem. Nam ut alia omittam es prudẽtiſſimus: ſed non minus innocens: bonitate praſtans: ſed nõ minus modeſtus: quibus rebus ſi cuicũq; notus ſis nõ paruũ tui excitas amorẽ: illud tamen eſt: quo q̃ntũ ad me attinet ipſe teneor omni te nõ ſolum cultu aut ueneratione: ſed etiam obſeruantia ꝓſequi: q; ea me beniuolentia es cõplexus qua uiros doctos & bonos ſoles. Itaq; & antea ſemper ex quo me dignum iudicaſti quẽ iter tuos numerares: q̃cunq; ĩh re mihi honori aut uſui eſſe poſſes præſto fuiſti: & nũc in dies non minus ades: atq; adeo ita ut petitionem meam plerunq; præuenias: & multo ſæpius tu ex me nunquid te uelim quæras: q̃ ego te q tibi nihil parco quotiẽs tua opera mihi opus eſt rogem: quæ res ſi ab infimo quouis mihi ita conferrentur: equidẽ non poſſem nõ fateri ei me plus debere q̃ præſtare poſſem: nedum cum abs te tribuantur: qui cum hac magnificentiſſima ac præſtantiſſima ciuitate natus ſis: quæ eſt iuſticiæ domicilium: religionis præſidium: fidei propugnaculũ: & ea Donatorum familia quæ iter patricios non poſtremas fert partes: & eo poſtremo patente Hermolao Dõato: q integritate longe præſtantiſſimus erat: qui & antea: & cũ eſſet procurator ſancti Marci: qui honor poſt principatũ hac ĩ urbe ꝓximus eſt: õne genus uirtutis ita colebat: ut nõ tãtũ ſplẽdoris ab eo acciperet: q̃ntũ decoris ex ſuis uirtutibus illi adderet: ĩ õni uita tua ea cõſtãtia: grauitate: modeſtiaq; te geſſiſti ac geris: ut cũ iis õnibus de uirtute & gloria certaꝝ uidearis. Quẽadmodũ igit alii ſũmi uiri non aſpnãt pua mũera ſubditoꝝ ſuoꝝ & cliẽtũ cũ bõa mẽte offerant:

ſic tu recognitionem hanc noſtram qualiſcunq; ſit non re-
pudiabis: cum animo tibi deditiſſimo dirigatur. In qua li-
cet non ignorem quantum ſit in libris emendandis omnia ſic
uidere ut nihil prætereatur quod ſit caſtigandum præſertim
aliis etiam curis occupato: tamē ſic arbitror rem ſucceſſiſſe:
ut exceptis duobus locis forſitan aut tribus ſummum nulli-
us fere ponderis: in quibus nec codices quidem græcos ſatis
fideles inueni: nihil præterea ſit quod indigeat correctione.
Te autem nō fugit Herodotum eſſe patrem hiſtoriæ: a quo
principe genus dicendi hiſtoricum ornatum fuit: ipſumque
non ſolum dulcem & ſuauem eſſe: ſed tanta etiam eloquen-
tia: ut ea orator noſter quemadmodum ipſe teſtatus eſt ma-
gnopere delectaretur. Itaq; eum inter alios libros tuos carū
habebis: & cum ocium tibi ex adminiſtratione reipublicæ: &
aliis negociis tuis dabitur ut ipſum in manus ſumas: id ita
facies interdum ut Benedicti tui meminiſſe non dedigneris.

Vale.